



Tom 3.

GRÆCIÆ
EIVSQVE INSULARVM
ET
ASIÆ MINORIS
NOMISMATA,
AB HVBERTO GOLTZIO
QVONDAM SCVLPTA,
LVDOVICI NONNI
COMMENTARIO ILLVSTRATA.

THE GREAT

REPUBLIC

OF

THE UNITED STATES


OF AMERICA

AND

THE DISTRICT OF COLUMBIA

AND

THE TERRITORIES



LVDOVICI NONNI
COMMENTARIVS
IN
HVBERTI GOLTZI
GRAECIAM, INSVLAS,
ET
ASIAM MINOREM.

ANTVERPIÆ, IN OFFICINA PLANTINIANA BALTHASARIS MORETI. M.DC. XLIV.



Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Getty Research Institute

SER^{MO} ET POTENTISSIMO
PRINCIPI
ALBERTO,
ARCHIDVCI AVSTRIÆ,
DUCI BVRGVNDIÆ,
PRINCIPI BELGARVM,
LVDOVICVS NONNIVS
DEDICAT CONSECRATQVE.



COMMENTARIOS hosce, in
Huberti Goltzij Græciam,
sub Augusti nominis Tui au-
spiciis, SER^{ME} PRINCEPS,
in publicum prodire patior;
& venerandæ hunc Anti-
quitatis Thesaurum, dudum defossam, operâ
que meâ expositum, C. T. lubens meritò de-
dico consecrôque. Nam si agricolæ pretiosioris
metalli ramenta in agro inuenta fundi domino

tenentur deferre; quanto magis ego, Veterum hæc Nomismata, Auro quouis contrà cara, quibus Græciæ vetustas illustratur, Tibi, Domine, offerre debeo; non solùm quòd in Belgicâ Tuâ nuper eruta, sed etiam cùm cetera Goltzij Opera, Maioribus Tuis, Auo Patrique FERDINANDO & MAXIMILIANO, Optimis Maximisque Principibus, & PHILIPPO II. Hispaniarum Regi Potentissimo, Socero Tuo, inscripta sint; cui potiùs quàm tibi tantarum virtutum heredi dignissimo hoc Opus inscribatur; præsertim cùm non vniuersi solùm, sed & Belgarum singuli tantum tibi debeamus, vt numquam soluendo pares futuri simus. Tuâ enim operâ factum, quòd à continuo quadraginta annorum parricidali bello, tandem aliquando respiramus, liberum spiritum ducimus, & Pacis artibus fruimur; quæ diuturni belli tædio exagitata discessum parabant, nisi Prudentia Tua Liberalitasque manum illis iniecisset: nam & Professoribus stipendia auxisti, & iuventutem ad Musarum sacra inuitasti. Vespasianum ac M. Antoninum Imperatores Vetustas laudibus extollit, quòd Rhetoribus & Philosophis hono-

honores & salaria decreuerint : Tu verò omnium Scientiarum Professoribus illa auxisti. Pompeio Magno laudi fuit, Doctorem atria inuisere: Tu verò non solùm incomparabilis Viri Iusti Lipsij, sed etiam aliorum subsellia non dedignatus es adire; vt exemplo tuo cunctorum animos ad honestas Artes excitares. Gaudeant alij ambitiosis nominibus, & deuietarum gentium calamitatibus insultent, dum ex alienâ iniuriâ famæ æternitatem aucupantur; hic Africanus, ille Asiaticus, hic Germanicus aut Macedonicus nuncupetur. Arrideat aliis Martiale nomen, vt Ferrei, Audaces, Intrepidi appellentur: Tibi sanè gloriosius, nobis iucundius, quòd PIVS, quòd PACIFICVS diceris, quòd inter SOTERES atque EVERGETAS annumeraris. Verus enim honor & sibi superstes fama non vanis nominibus, aut inani titulorum serie, sed populorum felicitate, ciuium salute æstimari debet. Blandiebatur sibi Augustus Cæsar, quòd Marmoream relinqueret Urbem, quam Lateritiam acceperat. Tu verò, SERENISSIME PRINCEPS, qui ex ferrea Rempublicam Auream effecisti, hoc est, tranquillam

quillam & felicem, quantò magis æquum est vt glorieris ? Procliue enim est domos exstruere, vrbes nouis ornamentis excolere, infanas moles excitare ; sed populos in partes deductos componere, bella sedare, Iustitiam colere, ingenuas Artes reuocare, hoc operosum, hoc omni laude maius, & pænè diuinum est. Sed mitto hæc, opportuniùs alibi prædicanda. Nunc, quod institui, Munus hoc meum vides, ab animo certè Tibi deuoto, etsi alia desint, æstimandum; quod te, SERENISSIME PRINCEPS, pro innata Tibi Clementia facturum confido. Deum interim Optimum Maximum veneror, vt Te PATRIÆ PARENTEM, FVNDATOREM PVBLICÆ QUIETIS, LITTERARVM VINDICEM, diutissimè nobis superstitem esse velit, & Reipublicæ Christianæ commodis conseruare; vt ex temporaria hac tranquillitate, quâ perfruimur, solidam verámque PACEM nobis concilies: quod vt fiat, mecum vniuersa exoptat Belgica. Antuerpiæ Kalendis Aprilis M. D C. XX.

AD LECTOREM.



ECCE tandem Huberti Goltzij Nomismata, qua GRÆCIAM eiusq̄ INSULAS & ASIAM MINOREM tangunt, è tenebris situq̄ eruta: latuissent fortè adhuc, nisi studio curaq̄ Jacobi Biai ex Orci quasi cancellis protracta fuissent: quamprimum in manus meas venerunt, statui illa Commentario illustrare, & à fugitiua obliuione ingeniorum altricem GRÆCIAM quoquo modo vindicare. Sed cum animaduertissem in cateris Goltzij Operibus ab Antiquitatis peritis potissimum ipsorum Nomismatum interpretationem requiri, quam ille, tamquam canis Nilum, tantum delibauit; conatus sum Spartam illam exornare, & pro captu meo Antiquitatis tenebras discutere. Nam Historias singularium urbium enarrare, ut ille in Magna Græcia & Sicilia fecit, hoc esset verè Iliadem texere. Athenæ enim, Sparta, Theba, Corinthus, cateraq̄ nobiliores urbes integra sibi Volumina deposcerent: tanta singularum claritas! Sed nec illud omnino à me neglectum; nam pauca de cuiusq̄ origine rebusq̄ gestis addidi, ne GRÆCIAM in ipsa GRÆCIA Lector requireret: mox Nomismatis cuiusq̄ explicationem subiunxi. Quæ si omnium palato non responderit, veniam dabis homini occupato, & agrorum imperijs obnoxio, qui subcisuis tantum horis huic rei vacare potuit: accedit materia difficultas; siquidem

Auia Pieridum peragro loca, nullius antè
Trita solo.

Quotus enim quisq̄ GRÆCIÆ Nomismata attigit, immò si VVolfangum Lazium excipias, non vidi hætenus, qui aliquod pretium opera præstitit. Difficile itaque fuit vestigia ponere per abrupta & lubrica viarum, pleraque verò adeò
è
obscura

obscura & implexa, ut Oedipo opus habeant; quare si aliquando à via aberrantem conspexeris, venia potius quam indignatione prosequeris. Sed hæc hæctenus: nunc de Goltzij instituto pauca habere, erat illud quatuor libris omnem GRÆCIAM complecti. Primus Magnam Græciam & Siciliam habet. Secundus Epirum, Acarnaniam, Amphilochiam, Ætoliam, Achaiam, Peloponnesum, Atticam, Bœotiam, Locridem, Thessaliam, Macedoniam, Cherronesum, Thraciam. Tertius verò Cappadociam, Galatiam, Pontum, Bithyniam, Mysiam, Phrygiam, Maoniam, Lydiam, Ioniam, Cariam, Doridem, Lyciam, Pamphyliam, Ciliciam, Syriam, Phœniciam, Ægyptum & Africam contineret, si Tabula temporis iniurias vel Autolyçi alicuius manus potuissent effugere: nunc reliquia tantum exiles magni Operis supersunt, atque ex clarissimis Prouinciis ignobiliores tantum ad nos perueniunt, Colchus; Cappadocia, Galatia, Pontus, Bithynia. Quartus verò Insulas plerasq; Græciæ prosequitur. Ego verò in his ordinem leuiter mutauit; nam Tabulas, quæ ad Asiam Minorem, siue Tertium librum spectarent, in Quartum reieci. Et Insulas preposui; nam cum Græciæ pleraq; coniuncta sint, cur post Asiam & Africam illas collocarem? præsertim cum ex Insulis in Asiam facillima sit nauigatio. Hæc te monere volui, mi Lector; vale & frue.

ELENCHVS CAPITVM
ET TABVLARVM
IN HVBERTI GOLTZII
GRÆCIAM.

TABVLA I. *Dyrrachium.*

Dyrrachium à Dyrrachio Neptuni filio. Epidamnus dicta. Appianus dissentit à cæteris. Diuersæ olim vrbes Dyrrachium & Epidamnus. Corcyræorum colonia. Occasio belli Corinthiaci. Quid Poletes. Creugas nobilis Athleta.

TAB. II. *Apollonia.*

Apollonia Corinthiorum colonia. Gylacia dicta. Nymphæum celebre. Aristoteles emendatus. Satyrus hic captus. Oraculum.

TAB. III. *Bullis. Antigoniam.*

Bullis colonia. Cornucopiæ. Amaltheæ cornu.

Chaonia.

Chaonia præcipua olim Epiri Prouincia. à Chaone Heleni fratre dicta. Nobiles hic canes. Scyphus Herculis.

TAB. IV. *Omphalum. Epirotæ.*

Epirus Chaonia & Dodona dicta. Incolæ Pyrrhidæ. Septuaginta vrbes vna die à Paulo Æmylio subuersæ. Iupiter Ἀρείος. Achilles Ἀχιλλεύς dictus. Tauri Epirotici.

Pyrrhus Rex.

Epiri Reges à Pyrrho orti. Tharritas primus humanitatem induxit. Pyrrhi res gestæ. Cur victoria alata. Diana peculiariter in Epiro culta.

TAB. V. *Thesprotia.*

Thesprotij vnde dicti. Dodonæum Oraculum. Columba cur dicatur responsa dedisse. Æneæ donaria. Dodonæum æs. Fons ἀναπανομήσιος.

Buthrotus.

Ab Heleno condita. Vnde illi nomen. Colonia Romanorum.

Ambracia.

Corinthiorum colonia. ante Troianum bellum condita. à Romanis obfessa. Signa omnia ablata, & mox restituta. Lis Deorum de Ambracia. Ouidius à nemine hætenus intellectus, explicatur. Iuno Sceptraferæ seu Regina.

TAB. VI. *Amphilochij.*

Dissensus auctorum super conditore Argi Amphilochij. ab Ambraciotis imbuti institutis Græcorum. distincti ab Acarnanibus. Acheloi cum Hercule lucta.

Acarnania. Thyrrium.

Ab Acarnane Alcmæonis filio dicta. Curetis olim. à Telebois habitata. Soli Græcorum ad Troiam non profecti. illorum fides & constantia in aduersis. cum Ætolis variè pugnarunt.

Actium.

Seruij lapsus super Apollinis Actiaci templo. Ludi Actiaci antiquissimi. Leucata. pugna Actiaca. Ludi quinquennales. Colonia Romanorum. Nicopolis vrbs diuersa ab Actio. Templum Veneris Æneadis. Gryphes Apollini sacri.

T A B. VII. *Naupactum.*

Naupactum nunc Locris nunc Ætolis adscriptum. Doriensium colonia. Marcianus emendatus. Messenij illud incoluerunt, mox à Lacedæmonis eiekti. Diana Ætola.

Ætolia.

Ætolus Endymionis filius. Ætolia duplex. ἀρχαία καὶ ὀπίσθητος. Cur Euripidi μιζοκάρβατος. Optimi funditores. Illorum virtus aduersus Gallos. Libertas illis à Romanis adempta. Achelous amnis.

Calydon.

Euenus amnis Lycormas dictus. Apri Calydonij dentes Augustus Romam transtulit. Diomedis res gestæ. Diana Laphria. Apollo Lathræus.

Locri.

Ozolæ Locri Epicnemidorum coloni. Cur Hesperij dicti. vnde Ozolæ. ad Thucydidis ætatem barbari.

T A B. VIII. *Phocis.*

Phocis à Phoco Ornithionis f. dicta, in Daulide non nidulantur hirundines. Thessalos egregiè vincunt Phocenses. Delphicum templum spoliant. Bellum sacrum. à Philippo Amyntæ f. deuicti.

Delphi.

Delphi & Pitho vocata. Umbilicus terrarum orbis. Oraculi Delphici initium. Coretas Pastor. Tripus. Cortinæ varia Etymologia. Virgines primò oraculo præfectæ. Templum Delphicum variè exstructum. Cræsi donaria. Phlegyas. Sylla impunè illud spoliat. Nero c c c c c. æneas statuas abstulit, & oraculi locum deleuit.

T A B. IX. *Achaia.*

Achaia duplex. Ægialia dicta, Sicyonia & Ionia. Achæi Iones Ægialiâ expellunt. Illorum instituta etiam Magnæ Græciæ populi amplexi sunt. Dymæi auctores Achaiei fœderis. Romanis suspectum fuit. Causa Achaici belli. Hadriani in Achæos beneficia.

Ægium.

Olenia Capella. Conuentus Achæorum hîc habitus. Philopœmen primus alibi conuentum hunc iussit celebrari. Iupiter Homagyrius. Ceres Panachæa, Achæa. Ilythia eadem cum Lucina. Cur facem gestet.

Patra.

Cur dicta Α'εση. Odeum ex hostium manubiis structum. Colonia ab Augusto ducta. Soli Patrenses inter Achæos liberi. Festum Dianæ Laphriæ. Fons mirus, qui de ægrorum salute aut morte iudicabat. Panachaidos Mineruæ templum.

T A B. X. *Olympia.*

Iouis Olympij templum. Oraculo quondam celebre. Ludi Olympici. Iphitus Olympiadas primus instituit. Iupiter Orcius. Hellanodicæ. Gymnici ludi. Pœna in mulieres lata. Iunonium certamen. Porticus Heptaphonos. Alphæus amnis. Mirum de eius aqua. Minerua etiam fulmen mittit.

Pylus.

Pylus.

Triplex Pylus, à Neleo & Nestore habitata. Iuno Ammonia. Nelei boues.

Messenia.

Bellum Messenium cum Lacedæmoniis. Aristomenis fortitudo. De morte eius dissentiunt Plinius & Pausanias. Epaminondas Messenios in Peloponnesum reducit. *ἑκατόμφοια*. Aristomenes CCC. Lacedæmonios Ioui Ithomatæ sacrificat.

Trazen.

Variè olim vocata. Neptuno sacra. Hippolyto virgines & iuvenes detondebant comam. Iupiter *ἰδούτερος*. Minerua *πολιάς*. Neptunus Rex.

T A B. X I. *Gythæum.*

Laconica *ἑκατόμφοια* dicta. Primò hîc celebrata *ἑκατόμφοια*. Argos Achaicum. Gythæum ab Apolline & Hercule exstructum. Philopœmen nauali prælio victus.

Lacedæmon.

Pelopis posteris ab Heraclidis eieci. Dux Regum familiæ Ægidæ & Euryphontidæ. Defuncto Cleomene Regum imperium abrogatum. Cassandri tempore muris cincta. Lycurgi legibus DCCC. annis paruerunt. Cur ad Tibiæ cantum prælia ineunt. Polydorus Rex.

Arcades. Eua.

Arcas ferendarum frugum rationem incolas docuit. Cur *πρωσέλληνοι*. Musicæ maximè periti Arcades. Megalopolis ab Epaminonda condita. Mercurij ornatus. Iupiter Lycæus.

Stymphalus.

Iuno Stymphali educata. triplex illi templum, aues Stymphalides.

T A B. X I I. *Argos.*

Argos *Ἀργεῖον*. Danaus *ἰδούφθορος*. arx Larissa. Series Argiuorum Regum. Nemæi Ludi ab Adrasto instituti. Ludorum præfides cum pulla veste. Iupiter Larissæus, Milichius. Apollo Lycius vel Lycæus. Neptunus *πρωσπυλυσίος*.

Epidaurus.

Triplex Epidaurus. Stephanus Byzantinus emendatus. Æsculapij ortus. Vnde artem medendi habuit. Cur illius templum extra urbem. Cur anguis illi appingitur. Pariæ serpentes. Æsculapius sub serpentis specie cultus. In eius Luco nefas nasci aut mori quemquam. Ægri in fano eius decumbebant. cur Laurea coronatur.

Corinthus.

Solis & Neptuni contentio de vrbe. Acrocorinthus *Ἡλιόπολις* dicta. Vellei Paterculi lapsus. Bacchiadarum regnum. Cypselus Tyrannus. Demaratus Corinthius. Timoleon. à Mummio euersa. æs Corinthium. Iulius Cæsar Corinthum restituit. Pictura hîc inuenta, & triremes structæ. Cur Pegasus in Corinthiorum nummis. Chimæra. Iupiter Capitolinus. Minerua *χαλινίτις*. Corinthij ab Hercule genus ducunt.

T A B. X I I I. *Megara.*

Megara & Nisa dicta, etiam Alcathoë. Megarensium curiæ cur Heroum tumulus inclusus. Lapis citharæ sonum referens. Ceres *μαλοφόρη*. Megarici Philosophi.

Nisæa.

Nisæa etiam Minoa. Nifus à filia Scyllâ Minoi proditus.

T A B. XIV. *Athena.*

Athenæ etiam Ποσειδωνία nuncupatæ. Amphyction urbem Mineræ consecrat. Cecrops cur Διφύης. Archontes perpetui, mox decennales, deinde annui. Eloquentia supra omnes Græciæ vrbes floruit. muri longi XL. stadiorum. Lych-nus aureus ἄσβεστος. de Areopagi principio variant auctores. Templum Iouis Olympij. de moneta Athenientium. Figlina opera Athenis reperta. Draco in Mineræ tutela. Cicadæ in crinibus. Ara Clementiæ.

T A B. XV. *Anaphlystus. Cranij.*

Atticæ Tribus decem. Variè illorum nomina mutata. Iulius Pollux emenda-tur. Alcmaeon iussu Oraculi Tribus ab Eponymis vocavit. templum Veneris Coliadis.

T A B. XVI. *Bœotia.*

Bœotia τεῖθαλατῶς. Strabonis lectio firmata contra Nicolaum Gerbellium. Auris Bœotia. Musis à Piero Macedone nomina indita. Cupido Praxitelis. Neptūnus Cadmi familiæ auctor. Apollo Ismenius.

Theba.

Cadmæa arx à Cadmo condita, non Thebæ, quæ à Zetho & Amphione ex-structæ. ἐπάπυλος. nomina septem portarum diuersimodè tradita. Bellum The-banum. Græciæ principatum habuit. ab Alexandro dirutæ. à Cassandro in-stauratæ. Hercules prius Alcæus dictus. Bacchus barbatus Δίμορφος.

T A B. XVII. *Ismene. Fastia. Tanagra.*

Interpretis Strabonis lapsus. Triton vino obrutus. Eunosti sacrario fœminæ arcebantur. Corinna Poëtria Pindarum superat.

Harma.

Amphiarai hic oraculum per somnia reddebatur.

T A B. XVIII. *Anthodon.*

Stephanus Byzantinus emendatus. Glaucus in Deum mutatus gustato gra-mine.

Opuntij.

Deucalion Opus vocatus. Protogeniæ vrbs. Virgines Locrenses ad Troiam missæ per mille annos. Polybij interpretis lapsus. Primum hic Herculi sacrificatum à Mœnetio. quid Mineræ sidus.

Locri.

Locrus à Deucalione ortus. Iuno Pharygæa. Minerua Zosteria.

T A B. XIX. *Theffalia.*

Theffalia vnde dicta. Eustachius & Stephanus obiter emendati. Theffalia olim lacus. Olympus ab Ossa terræmotu separatus. Tempe amœnissimus locus. Ara Iouis in cacumine Olympi. Moneta primum à Theffalis signata. Minerua Itonia.

Heraclea Trachin.

Heraclea diuersa ab antiqua Trachine. Lacedæmoniorum colonia. Achilli olim subdita. Deianira hac in vrbe se occidit.

Lamia.

Belli Lamiaci causæ. Athenienses & Ætoli primi bellum mouent. Leosthenes Antipatrum in Bœotia superat, Eiusdem mors. Antipater victor præsidium Athenis imponit.

T A B.

T A B. XX. *Ethnesta.*

Demetrias.

Demetrium olim Pyrrasum dictum. Demetrias à Demetrio Poliorceta dicta. Plinius eamdem cum Pagasa credit. Sinus Pagasicus Demetriacus vocatus.

Larissa.

Larissa non est ab Acrisio condita. non procul à Pharsalicis campis sita. Acrisius à Perseo imprudenter occisus. Larissa *ακριμασις*. Stephanus Byzantinus emendatus. In Thessalia primum Equi inueniri.

Metropolis.

Metropolis Cæsari se permittit. Contra Ætolos se defendit. à Philippo vastata. Minerua Ithomia.

T A B. XXI. *Pagasa.*

Pagasis Argo nauis structa. Pagasæus Apollo. Sinus Pagasicus etiam Pelasgicus & Pagæaticus dictus.

Pthiotis.

Pthiotis regio Deucalioni subdita. Myrmidonum sedes. *Θερπειδιον*.

Scotussa.

Dodonæum Oraculum ex Scotussa in Thesprotidem translatum. Alexandri Pheræi crudelitas. Polydamas nobilis Athleta.

Magnesia.

Plures olim Magnesiæ. Sagittarij celebres. Magnetis lapidis natura & diuersa genera. Plinius emendatus. Equestri gloria clari.

T A B. XXII. *Macedonia.*

De Macedonia nomine variant auctores. Macetia dicta. Martianus Capella emendatus. Macedonia diuisio. Metellus Macedonicus prouinciam facit. Macedonia Libera, Maritima, Prima, Salutaris. Macedonum Reges ab Hercule oriundi. Asylum Herculis Nepotes primi aperuerunt. Iupiter sub Tauri specie Cererem vitiat.

Pella.

Pella Regum sedes. Eius descriptio. Euripides Poëta hic sepultus.

T A B. XXIII. *Thessalonica.*

Thessalonica olim Therme dicta. Vrbs olim valida. Theodosius Imp. hic baptizatus: magna Thessalonicensium cædes. Constantis somnium se Thessalonicam ire. Licinius Cæsar hic occisus. Ianus ex Thessalia in Italiam venit.

T A B. XXIV. *Cassandra.*

Potidæa olim dicta. Corinthiorum colonia. Pallene Phlegra vocata. à Romanis & Eumene frustra oppugnata.

Antigonia.

Ab Antigono Gonata condita. Romanorum ad illam clades.

Torona.

Torona Protæi vxor vrbi nomen dedit. Sinus Toronaicus. à Brasida Atheniensibus erepta. C. Martium Prætorem repulit.

Olynthus.

Artabazi crudelitas in Olynthios. bellum cum Amynta & Lacedæmoniis. à Philippo occupatur. Callisthenes Olynthius.

Atho

Atho.

Montis Atho altitudo . Eius umbra in Lemnum peruenit . Acroathos Macrobij . Dinocrates Architectus. *ἀθωνόβειος* cur hodie dictus . Iupiter Athous .

Bisaltæ.

Bisaltæ fortissimi viri . Equino sanguine & concreto lacte viuunt . Rex Bisaltarum sex filios suos excæcauit .

T A B. X X V. *Amphipolis.*

Perfarum sacrificium circa Nouem vias . Atheniensium coloni à Thracibus cæsi . Cur Amphipolis dicta . Stephani lapsus . Rhœsi ossa hic condita . à Philippo occupatur . Accipitrum mira venatio . Diana Tauropolos .

Philippopolis.

Ponropolis & Trimontium dicta . diuersa ab Hadrianopoli .

Abdera.

Abderus à Diomedis Equis peremptus . Colonia Teiorum . quo tempore colonia deducta . Xerxi cœnam parant . à Ranis & Mumbus Abderitæ patria expulsi . ab Hostilio Prætoze direpta . Democritus Philosophus . Cora eadem cum Proserpina .

T A B. X X V I. *Maronea.*

Ismarus Homero dicta . Chiorum colonia . Vinum Maroneum . incolæ à Philippo crudeliter necati . *Διονύσιος Σώτηρ* . Lynces & Tigrides Baccho sacra . Tympanum Bacchi sacris adhibitum . *Νεωνόβει* .

Cherronesus.

Miltiades Isthmum Cherronesi muro conclusit : coloniam Atheniensium deduxit . Protefilai delubrum . Hecubæ tumulus .

Lysimachia.

Lysimachia condita , vbi prius Cardia . Vnde dicta Cardia . terræmotu subuersa Lysimachia . ab Antiocho instaurata .

Perinthus.

Heraclea cognominata . Samiorum colonia . à Megabyzo capta . Frustra à Philippo obsidetur . Byzantium Perinthiis à Seuero Imperatore in seruitutem traditur . Thraces peculiariter Martem , Liberum & Dianam colunt .

T A B. X X V I I. *Byzantium.*

Byzas Argonautarum tempore vixit . eius vxor Phidalæa . Megarensium colonia . Iustini hallucinatio . ante Pausaniam condita . Antonina dicta . Vberima hîc piscatura . Philippi conatus spreuit . Romanis fida . Triennio à Seuero obfessa , & demum euersa . Gallieni laudabile facinus . à Constantino ornata . mirandæ Byzantium turres . Signis abundabat . Diana Orthosia .

Therna. Apollonia.

Ante Cyri regnum l. annis condita à Milesiis . Apollinis Colossus Capitolinus . Guillelmi du Choul hallucinatio . Gratia olim vestibus induta . Senecæ locus egregius .

T A B. X X V I I I. *Agessus.*

Apollo Pythius , Delphinius . Laurus Apollini sacra .

Dionysopolis.

Crunos an eadem cum Dionysopoli . Diana Ephesia .

Tomi.

Milesiorum colonia . Absyrthi Medæ fratris cædes hîc perpetrata . Ouidij exilio clara .

Istrus.

Istrus, Agathyrsi.

Agathyrfus Herculis filius. Cæruleo colore crines tingebant. nobilitatis id signum. Apollo Hyperboreus.

T A B. X X I X. *Macedonum Reges.*

Caranus ducibus Capris Edyffam occupat. Cavit ne quis successorum Trophæum excitet. Perdiccas locum sepulturæ sibi posterisque eligit. Argeus Galaurum stratagemate superat. Mimallones vnde. Æropus in cunis ante aciem positus suis victoriam parit. Alexander Persarum legatos in conuiuio occidit. Diues cognomine. Archelaus litterarum amans & Euripedis.

T A B. X X X. *Philippus.*

Philippi res gestæ. primus aureum nummum Philippicum percussit. Græcorum libertatem subuertit. Dux aduersus Persas totius Græciæ consensu creatur. à Pausania trucidatur. Trophæum ab illo erectum contra Pausaniam. Minerva Alcida.

T A B. X X X I. X X X I I. X X X I I I. X X X I V.

Alexander.

Alexandri res gestæ, & mors. Ammon arietinis cornibus. Alexander arietinis cornibus, non hircinis, vt Plutarcho visum. Cincinni capillorum cornua. in galea etiam cornua gestata. Olympiadis cum Dracone concubitus. Dracones mansueti Bacchi sacris adhibiti.

T A B. X X X V. *Cassander.*

Cassander Chiliarchi munere ornatur. à Polysperchonte deficit. Olympias in eius fratres & amicos sæuit. à Cassandro necatur. Alexandri filios tollit. Thebas instaurat. Cassandriam condidit. Homeri studiosus.

Antipater & Alexander.

Antipater matrem Theffalonicam occidit. à Pyrrho fugatur. à Lyfimacho focero interficitur. Alexander à Demetrio occisus. Error illorum qui hunc putant Alexandrum Epirotam.

T A B. X X X V I. *Demetrius.*

Demetrius à Ptolomæo vincitur: mox ducem eius Cillem superat. Athenas occupat. Ptolomæum nauali prælio vincit. Regium nomen assumit. Antigonus in prælio ad Iffon occisus. Macedoniam occupat. à Pyrrho mox expullus. à Seleuco victus, in libera custodia periiit.

Pyrrhus.

Pyrrhus correptis Demetrii militibus Macedoniam occupat. illam cum Lyfimacho diuidit, & mox amittit. Antigonum Demetrii superat. Argis interficitur.

Lyfimachus.

Philosophiæ deditus, Callisthenis auditor. Leoni an obiectus fuit. Ferocissimæ gentes illi vt fortissimo attributæ. à Getis captus. Agathoclem filium occidit. à Seleuco proffigatus & cæsus.

i

T A B.

T A B. XXXVII. *Ptolomæus Ceraunus. Meleager.*

Seleucum sustulit. Nuptias sororis Arsinoës appetit. Macedoniâ solus potitur. Cassandriam occupat. sororis filios tollit. illam expellit. à Gallis cæsus. cur *νεαύνος* dictus.

T A B. XXXVIII. *Antipater. Sothenes.*

Gallos superat. Regno præponitur ob virtutem. à Brenno mox victus.

Antigonus. Gonatas.

Thebanos prælio vincit. in patrem pius. Gallos profligat. à Pyrrho victus, eius filium Helenum in regnum remittit. Gallo-græcos fundit. Athenas occupat, & Acrocorinthum. Zenoni familiaris. Cur Gonatas dictus. Eusebij lapsus.

Demetrius.

Patris cladem vitus, Macedoniam & Epirum occupat. Aratum Sicyonium superat. Philæ oppidi conditor.

Antigonus. Dofon.

Aliquando Tutor, aliquando *Δώσω* dictus, & *ἐνεργήτης*. Macedonum seditionem compefcuit. Cleomenem vincit. Spartam occupat.

Philippus.

Cum Hannibale fœdus init, contra Romanos. Infeliciter Apolloniam tentat. à Romanis vincitur. Tota Græcia aduersus illum confurgit. à Flaminio debellatur. Demetrium F. veneno tollit.

Perseus.

Ingens belli apparatus à Patre relictus. Equestri prælio victor. Dardanos superat. à Paulo Æmylio victus & in Triumphum ductus.

F I N I S.



IN INSVLAS GRÆCIÆ ELENCHVS.

TABVLA I. *Corcyra.*

DVplex Corcyta. Cur *Σπέρονον*. Phæacia olim. Iason cum Medea hic nuptias celebravit. Corinthiorum colonia. Bellum inter Corcyræos & Corinthios. Bouis indicio piscatura fruuntur.

Leucas.

Leucas quondam continens. Saltus ex Leucata petra ad sedandos amoris ætus. Viris tantum permittitur. Sappho mascula. Vnde vis illa scopulo indita.

TAB. III. *Cythera.*

Porphyris dicta. Chilonis dictum de Cythera. Veneri sacra. cur illa Cytheræa dicta.

Aegialix.

Serapis cur Calathum capite gestat. Macrobij & Ruffini opinio.

Creta. Corycus.

Vnde dicta. *ἐπύκρη* antiquissimi incolæ. Plinius obiter emendatus. *ἐκατόμ-πολις*. maris imperio potita. *εἰόπλα* hic inuenta. Minos Iouis auditor. Talus Cretæ custos. Herculis beneficio serpentes & feræ ex Insula sublata. Cista in Bacchi sacris.

TAB. VI. *Camara, Cyda, Lappa, Cydonia.*

Apollonia dicta. à Cydone Apollinis filio mox ita vocata. à Metello expugnata. Miletus à Lupis nutritus. in Creta nullæ Noctuæ. Diana Britomartis & Dictynna dicta.

TAB. VII. *Phæstus.*

Phæstus ab Herculis nepote condita. à Gortyniis euerfa. Iphis puella in marem versa. Epimenides *καθαρτής*. eius anima emissaria.

TAB. VIII. *Helena. Cranaë.*

Helena Cranaë Homero dicta. Helenium hic natum ex Helenæ lachrymis.

Eubæa.

Olim Bœotix annexa. Abantes & Leleges primi incolæ. Euripus Eubœæ. Diuerfa de illo Liuius ab aliis scriptoribus sentit.

Aedipsus.

Herculis balnea. aquæ Hellowix. Frigidæ scaturigo salubris repentè exaruit, cum bibituris vectigal esset impositum.

TAB. XII. *Carystus. Cerinthus.*

Stephanus emaculatus. Solini lectio restituta. Dryopum colonia. Carystius lapis *ἡζαιομήδος*. mantilia ex illo parata. Carystix aues.

Istiaa.

Ab Atheniensibus condita. Oreum mox dicta. Stephanus emendatus.

Scyrus.

A Pelasgis primò habitata, mox à Chalcidensibus. deinde Dolopum sedes. Cimon ossa Thesei Athenas retulit. Pallas littoralis.

T A B. XIII. *Peparethus.*

Cretenses Peparethum incoluere. Olei & Vini ferax.

Thasus.

Aurariis metallis diues. Thasus Cadmi socius aut frater. Pariorum colonia. ab Hercule expugnata. Phœnices metalla detexerunt. Theagenes nobilis athleta M.CCCC. coronas accepit. Herculis Thasij templum antiquissimum. vinum mirandæ naturæ.

Lemnus. Myrina.

Vulcano sacra. à Pelasgis habitata. illorum crudelitas in Atticas mulieres. Miltiades illam occupavit. mulierum in viros crudele facinus. terra Lemnia. Labyrinthus nobilis. Cur Vulcano pileus appingitur. Vulcanus & Minerva artium inuentores.

T A B. XIV. *Tenedus.*

Tennes Cygni filius. Eius fano tibicines arcentur. Cur Biceps vultus cum securi. Tenedia securis. Apollo Sminthius.

Lesbus.

A Pelasgis culta. Octo olim urbibus habitata. Vinum Lesbium. Orphei caput, & Lyram Lesbum appulisse ferunt. Neanthi Pittaci F. casus. Sappho nobilis Poëtria.

Mytilene.

Mytilenorum defectio. Athenienium sæuum decretum in illos. Pittaci cum Phrynone pugna. Apollinis Maloentis templum.

T A B. XV. *Eressus.*

Theophrasti patria. Tyrtamus primo vocatus. Aristotelis scholæ successor. patriam bis à Tyrannide liberavit.

Chius.

Potens olim Insula. ab Atheniensibus deficiunt. primi Græcorum emptis mancipiis vsi sunt. à Mithridate in Pontum translata. Mulierum egregia virtus. Homeri imagine nummos signabant. Fons mirus Chiorum. Sphynx alia Græcorum, alia Ægyptiorum. Aruisium vinum.

T A B. XVI. *Samus.*

Ephesij Samios expellunt. ab his Samothracia nominata. Polycrates Tyrannidem inuadit. mira eius fœlicitas & infœlix exitus. Pericles Samum expugnat. Samæna. Pythagoras. Iunoni chara. Vitex sub qua Iuno nata. Mercurius *χαειρότας*.

T A B. XVII. *Icarus.*

Ab Icaro Dædali filio dicta. à Samiis culta. Vinum Prammium. Diana Tauropos.

Tenus.

Zethi & Calais sepulchrum. Neptuni fanum celebre.

Andrus.

Stephanus emendatus. Oenotropæ Anij filia. Fons Andri vini saporem referens. Minerua *Ταυροβόλος*.

Delus.

Delii varia Etymologia. olim vaga inter vndas, sed Latonæ partu immota. Rhenia Delo coniuncta. Ara Cornea. Apollinis Genitoris ara. Græciæ commune Ærarium. in Delo nefas quenquam nasci aut mori. raro terræ motibus concussa. Olea sub qua Latona peperit. Cur Muli Lunæ vehiculo adhibiti.

T A B.

T A B. X V I I I. *Naxus. Cythnus.*

Thraces primi incolæ. Bacchi nutrices rapiunt. Otus & Ephialtes illos profligant. Ariadna hîc à Theseo relicta. Octimestres fœtus hic vitales.

T A B. X I X. *Seriphus.*

Saxum Seriphium. Cur tota insula saxosa. Ranæ hic mutæ.

Siphnus.

Opulenta olim. Thesaurus Siphniorum apud Delphos. Auraria eius corrupta.

Paros.

Arcades coluerunt Parum: Isidori suspecta lectio. Seruius emendatus. Virgilius explicatur. aduersa Miltiadis in Paros expeditio. Archilochus Poëta.

T A B. X X. X X I. X X I I. *Cos vel Coos.*

Hercules insulam vastat casô Eurypylo Rege. Coæ vestes. Apellis opera. Philetas Coos. Hippocrates maximis honoribus cultus. Nebrus antiquissimus Medicus. Claudius Coos tributorum immunes facit. Asylum.

T A B. X X I I I. *Syme.*

Ialyfi filia Syma. Nireus pulcherrimus Græcorum ad Troiam. Naufus insulam habitauit.

Carpathus.

Carpathium mare. Tetrapolis olim. Iolcus colonix deducendæ auctor. Carpathius Leporem.

Rhodus.

Varia eius nomina. Iupiter Atabyrius. Rosis pulcherrimis abundat. Telchines malefici. Phorbas serpentes tollit. Rhodos cur clara: rebus nauticis excellebat. Colossus Solis. Rhodos Soli sacra.

T A B. X X I V. X X V. *Megista. Chelidonia.*

Veteris Græciæ termini. Nauigantium periculis notæ. aliis duæ, aliis tres.

Cyprus.

Cur Ceraftis dicta. homines in illa Cornuti. Stephanus emaculatus. Cur Veneri sacra. Insulæ fertilitas. Teucrî Soboles ad Nicoclem durauit. Opes Cyprî Romam allatæ.

T A B. X X V I. *Paphus.*

Augusta cognominata. ab Agapenore condita. Venus Paphia. eius simulachrum. Venus Vrania an eadem cum Paphia.

Amathus, Carpasia, Ceraunia.

Amathusij Ceraftæ dicti. hospites Ioui immolabant. Adonis Osiris hic cultus. Persis maximè fidi. Aurea poma.

T A B. X X V I I. *Aradus.*

Tota insula scopulus est. Mela explicatus. Fons aquæ dulcis in medio mari.

T A B. X X V I I I. *Melita.*

Phœnicum colonia. Didonis soror Anna à Batto hic excepta, diuersus ab illo qui Cyrenas condidit. Iunonis celebre fanum. Melitei Catelli.

Lipara.

Liparus Rex. Plinius obiter emendatus. Cur Ventis dicebatur Æolus præesse. Dorica colonia Marciano dicta. Pyriticam exercuere cum Iustitia.

F I N I S.

IN ASIÆ TABVLAS ELENCHVS.

TABVLA I. *Colchi.*

Græci multas in Asiam colonias duxerunt. Velleij lapsus. Miletus plurimas colonias emisit. Pontus *Ὀζυρος*. Colchi ab Ægyptiis oriundi. Barbari olim, mox commerciis dediti. Colchis aurifera. Dioscurias. Minerua Asia. Valerius Flaccus explicatur.

Macrocephali.

Hippocratis opinio de Macrocephalis.

Cappadocia.

Cappadoces *Ἀνατολίης* Herodoto. Variè olim diuisa. Libertatem oblatam spernunt. Pessimis moribus præditi.

Trapezus.

Creuit capta à Latinis Constantinopoli. à Turcis opprimitur. Mellis mira natura.

TAB. II. *Ariarathes Rex. Ariobarzanes Rex.*

Series Cappadociæ Regum. Ariarathes variij.

TAB. III. *Gallatia.*

Tres eius præcipuæ gentes, Trocmi, Tolistobogi, Tectosages. Gallogræcia dicta. quo tempore Galli in Asiam traiecerunt. Stipendiaria illis Asia. Attalus primus illos bello superauit. Buccellarij cur Galatæ dicti.

Amisus.

Milesiorum & Atheniensium colonia. à Lucullo libertate donata. à Mithridate exornata. Ægides ab Afris mutuarunt Græci. Bassares.

TAB. IV. *Sinope.*

Sinope Afopi filia. Antolycus Heros. Regia Mithridatis. à Lucullo capta, & seruata. Colonia Romanorum. Sinopites Iupiter. idem cum Serapi.

Rex Mithridates Eupator.

Res eius gestæ. Corporis custodiam Tauro, Equo & Ceruo committebat. Cur ab Asiaticis Dionysius vocatus.

Heraclea.

Bœotij oraculo moniti Heracleam condunt. Generosum facinus in Atheniensibus. Clearchus Tyrannus.

TAB. V. *Chalcedon.*

Bithynni, qui & Thynni, ex Thracia oriundi. Chalcedon à Megarensibus condita. Cæcorum oppidum. à Valente dirutum, & mox restauratum. dies XXI. cuiusque mensis illis nefastus. Consilium Chalcedonense. Apollinis oraculum. templum Iouis Vrij.

Rex Nicomedes Epiphanes.

Regum Bithyniæ series. Auctor generis Zippætes Thrax.

Nicomedia.

Diuerfa vrbs ab Astaco. Tzetis lapsus super Prusia Monodonte. terræ motibus sæpe diruta.

Nicæa.

Nicæa in sinu lacus Afcanij condita. Synodus Nicæna. Occupata à Latinis Constantinopoli, imperij sedes Nicæam translata.

Prusa.

Duplex Prusa. de eius conditore variæ auctorum sententiæ. Prusa ad mare eadem cum illa quæ ad Olympum.

F I N I S.

APPROBATIO CENSORIS.

RECENSVI *Commentarium C.V. Ludovici Nonnij in Tabulas Huberti Goltzij, qua Graciam, Insulas, & minorem Asiam complectuntur: nihilq̄ in eo reperi, quod non ad easdem mirificè illustrandas, & prædictarum Regionum origines, nomina, situm aliq̄, qua ad Antiquitatem faciant cognoscenda, luculenter conducatur; dignumq̄ iudicavi, qui, ut Doctorem manibus teratur, prælo commissus lucem adspiciat. Ita testor hac XII. Junij anni M. DC. XIX. Antuerpia.*

LAVRENTIUS BEYERLINCK
Archipresbyter Antwerp.

NOMISMATA

GRÆCIÆ

VNIVERSÆ.

NOTES

GENERAL

INFORMATION

FOR THE

ΔΥΡΡΑΧΙΩΝ





TABVLA PRIMA

ΔΥΡΡΑΧΙΩΝ



TABVL SECVND A

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ





ΑΙΣ

ΗΔ

ΑΙΣ

ΚΑ





ΑΙΣ

ΒΟΥ

ΑΙΣ

ΣΤΙΣ


ΒΥΛΛΙΟΝΩΝ



ΑΥΒ

VI


ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ



ΑΥΙΕ

ΑΥΙΥ

ΧΑΩΝΙΤΩΝ





ΑΥΙΥ

ΑΥΥ

TABVLA TERTIA

ΟΜΦΑΛΙΤΩΝ



ΕΙΥ


Π

ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ




Ρ III Δ

Ρ III γ



Ρ V γ

Ρ VI γ



Ρ VII β

Ρ VIII δ

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΥΡΡΟΥ



Ρ IX γ

Ρ X γ

TABVLA QVARTA


ΘΕΣΠΡΩΤΙΩΝ



Α Ι γ

Α Ι δ

ΒΟΥΘΡΩΤΙΩΝ



Α Ι Ι γ


Α Ι Ι δ

ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ



Α Ι V γ

Α Ι V δ



Α Ι V I γ

Α Ι V I δ



Α Ι X β

Α Ι X γ

TABVLA QVINTA

ΑΜΦΙΛΟΧΙΩΝ



Α Ι Δ

Α Ι Ι Υ

ΑΚΑΡΝΑΝΩΝ



Α Ι Ι Ι Υ

Α Ι Ι Ι Υ


ΘΥΡΡΗΩΝ



Α Ι V Β



Α Ι V Ι Υ

ΑΚΤΙΩΝ



Α Ι V Ι Ι Υ

Α Ι V Ι Ι Ε





Α Ι Ι X Δ

Α Ι Ι X Υ

TABVLA SEXTA

ΝΑΥΠΑΚΤΙΩΝ



Α Ι Υ

Β

ΑΙΤΩΛΩΝ



Α Ι Ι



Α Ι Ι Ι



Α Β Ε

Α Β Ι Β

ΚΑΛΥΔΩΝΙΩΝ



Α Β Ι Α

Β Ι Ι Ι

ΛΟΚΡΩΝ




Α Ι Χ Υ

Α Χ Υ

TABVLA SEPTIMA

ΦΩΚΙΔΟΣ



ΑΙΥ


ΑΠΒ

ΔΕΛΦΩΝ




ΑΠΙΥ

ΑΠΙΒ




ΑΠΙΥ

ΑΠΙΒ



ΑΠΙΒ

ΑΠΙΒ



ΑΠΙΥ

ΑΠΙΥ

TABVLA OCTAVA


ΑΧΑΙΩΝ



Α Ι γ




Α Ι Ι γ



Α Ι Ι Ι γ




Α Ι Ι Ι Ι γ



Α Ι V γ





Α Ι V Ι γ



ΑΙΓΙΕΩΝ



Α Ι V Ι Ι γ



V Ι Ι Ι

ΠΑΤΡΕΩΝ



Α Ι X γ




Α Ι X γ



TABVLA NONA


ΟΛΥΜΠΙΑΣ



Α Ι Υ



Α Ι Υ



Α ΙΙ Β



Α ΙΙ Υ




ΠΥΛΙΩΝ




Α V Υ



Α VI Υ



ΜΕΣΣΗΝΙΩΝ




Α VII Υ



Α VIII Υ




ΤΡΟΙΖΗΝΙΩΝ



Α IX Υ



Α X Υ



TABVL DECIMA



ΓΥΘΕΑΤΩΝ



Α Ι Δ



Β



ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ



Α ΙΙ Δ



Α ΙΙ Δ



ΑΡΚΑΔΙΩΝ



Α V Δ



Α V Δ



ΕΥΑΙΩΝ



Α VΙΙ Δ



Α VΙΙΙ Δ





ΣΤΥΜΦΑΛΙΩΝ



Α ΙΧ Δ



Χ



ΑΡΓΕΙΩΝ





Α Ι Β



Α Ι Β





Α Ι Β



Α Ι Β




Α Ι Β



Α Ι Β



ΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ



Α Ι Β



Α Ι Β



ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ



Α Ι Β



Α Ι Β



TABVLA XII

ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ



ΑΙΥ



ΡΙΙ



ΡΙΙΙΥ



ΑΙΙΙΙ



ΑΕΥ



ΑΕΙΙΙ



ΜΕΓΑΡΑΙΩΝ



ΑΕΙΙΙ




ΑΕΙΙΙΙ



ΝΙΣΑΙΩΝ



ΑΕΙΧΥ



ΑΕΧΙ



ΤΑΒΥΛΑ ΧΙΙΙ

ΑΘΗΝΑΙΩΝ



TABVLA XIII

ΑΘΗΝΑΙΩΝ





XX XXI

XXII XXIII



XXIII XXV



XXVI XXVII



XXVIII

XXIX




ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΩΝ



ΑΙΥ

ΑΠΥ

ΚΡΑΝΙΩΝ




ΕΠΥ

ΠΙ



TABVLA XV

ΒΟΙΩΤΩΝ



TABVLA XVI

ΘΗΒΑΙΩΝ






Ε Ι ς

II

HIMENIΩΝ





ΦΑΣΤΙΩΝ



Α ΙΙ ς

Α ΙΙΙ ς

TANAΓΡΑΙΩΝ



Α V ς



VI

ΑΡΜΑΤΕΩΝ



Α VII β

Α VIII β






Α IX α

Α X ς

TABVLA XVII




ΑΝΘΗΔΩΝΙΩΝ



Ε Ι Δ


Η

ΟΠΟΝΤΙΩΝ



Α Ι Ι Β



Α Ι Ι Γ



Α V Γ


Α V Δ

ΛΟΚΡΩΝ



Α V Ι Α

Α V Ι Β



Α Ι Χ Δ

Α Ι Χ Ε

ΤΑΒΥΛΑ ΧVΙΙΙ

ΘΕΣΣΑΛΩΝ



Α Ι γ



Α Ι Ι γ



Α Ι Ι Ι γ



Α Ι Ι Ι γ



Α Ι V γ




Α Ι V Ι γ



ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ ΤΡΑΧΙΝΙΩΝ




Α V Ι Ι Δ



Α V Ι Ι Β



ΛΑΜΙΕΩΝ



Α Ι X γ



Α Ι X γ



ΤΑΒΥΛΑ ΧΙΧ



ΕΘΝΕΣΤΑΙΩΝ



Α Ι Β





Π




ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ



Α Ι Ι Ε




Α Ι Ι Ζ



ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ



Α Ι Υ



Α Ι Υ



Α Ι Ζ




Α Ι Ζ




ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ






Α Ι Ζ



Α Ι Ζ





ΠΑΓΑΣΑΙΩΝ



Ε Γ Υ

Π




ΦΘΙΩΤΙΔΩΝ



Ε Π Υ

Ε Π Ι Ι



ΣΚΟΤΟΥΣΣΑΙΩΝ



Α Ν Β

VI

ΜΑΓΝΗΤΩΝ



Α VII Υ


Α VIII Υ




Α Ι Χ Ε

Α Χ Δ



ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ




Α Ι γ




Α Ι ε




Α Ι Ι δ




Α Ι Ι ε




Α Ι V γ



Α Ι V ε




Α Ι V Ι β




Α Ι V Ι ε

ΠΕΛΛΗΣ



Α Ι X γ



Α Ι X ε


TABVLA XXII

ΠΕΛΛΗΣ



TABVLA XXIII

ΚΑΣΣΑΝΔΡΙΕΩΝ



Α Ι δ

Ε ΙΙ γ

ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ







Α ΙΙΙ γ

Α ΙΙΙΙ γ

ΤΟΡΩΝΑΙΩΝ



ΛΥΝΘΙΩΝ



Α V δ

Α VI δ





ΑΘΩΙΤΩΝ



Α VII δ

VIII

ΒΙΣΑΛΤΙΩΝ



Α IX β

Α X α

TABVLA XXIII


ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ



ΕΙ Δ




Ε Π Δ



Ε Π Υ




Ε Π Υ




ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ



Ε V Δ



Ε VI Ε



ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ






Ε VII Υ



Ε VIII Υ



Ε IX Υ



X

TABVLA XXV

ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ



Α Ι





Α Ι Ι Ε



Α Ι Ι Ι




Ι Ι Ι



ΧΕΡΡΟΝΗΣΙΩΝ



Α Β




Α Β Ι Α




ΛΥΣΙΜΑΧΕΩΝ




Α Β Ι Ι Ε



Ι Ι Ι




ΠΕΡΙΘΙΩΝ



Α Β Ι Χ Υ



Α Β Χ Υ




ΤΑΒΥΛΑ XXVI

BYZANTIΩΝ



Α Ι γ



Α Ι Ι γ




Α Ι Ι Ι γ




Α Ι Ι Ι Β



Α Ε V γ




Α Ρ V Ι γ




ΘΕΡΝΑΙΩΝ



Α Ε V Ι γ



V Ι Ι



ΑΠΟΛΛΩΝΙΩΝ



Α Ε Ι X γ




Α Ε X γ





TABVLA XXVII

ΑΓΕΣΣΙΩΝ




ΑΓΕΣΣΙΩΝ

Α Ι Ε



Π

ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΙΩΝ



ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΙΩΝ

Α Ι Ι Α



ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ



Α Ι Ι Β




ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΙΩΝ

ΤΟΜΙΩΝ



ΤΟΜΙΩΝ

Α V Γ



VI


ΙΣΤΡΙΑΩΝ



ΙΣΤΡΙΑ

ΩΝ

Α VII Γ



VIII

ΑΓΑΘΥΡΣΩΝ



ΑΓΑΘΥΡΣΩΝ

Α IX Γ



ΑΡΧΕΛΑΟΥ



Α Ι γ



Α Ι Ι γ



ΑΜΥΝΤΟΥ



Α Ι Ι Ι γ




Α Ι Ι Ι β



ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ



Α Ι V γ




Α Ι VI




ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΑΛΩΡΗΤΟΥ



Α Ι V Ι Ι γ





Α Ι V Ι Ι Π




ΠΕΡΔΙΚΚΟΥ



Α Ι X



Α Ι X γ




TABVLA XXIX

ΦΙΛΙΠΠΟΥ



TABVLA XXX

ΦΙΛΙΠΠΟΥ



Α Ι γ



Α Ι δ




ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ



Α Ι Ι δ




Α Ι Ι γ



Α Ι V δ



Α Ι V γ



Α Ι V I δ



Α Ι V I γ



Α Ι V I I δ



Α Ι V I I γ



ΤΑΒΥΛΑ ΧΧΧΙ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ



TABVLA XXXII





ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ



ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΡΙΤΗΝ

ΕΡΙΑ

ΕΝ ΤΗ ΕΒΔΟΜΩ




ΕΝ ΤΗ ΟΥΤΩΣ

ΕΝ ΤΗ ΔΕΚΑΤΩ



ΕΝ ΤΗ ΔΕΚΑΤΩ

ΕΝ ΤΗ ΔΕΚΑΤΩ



ΕΝ ΤΗ ΔΕΚΑΤΩ


ΕΝ ΤΗ ΔΕΚΑΤΩ

TABVLA XXXIII

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ



ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ



Ε Π Υ


Ε Π Υ

ΚΑΣΣΑΝΔΡΟΥ





Ε Π Β

Ε Π Β



Ε V Y


Ε V Y



Ε V I Y

V I I I

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ




Ε I X Y

Ε X Y

TABVLA XXXV


ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ



ΑΙΕ

ΑΙΙ

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ



ΑΙΙΘ

ΑΙΙ

ΠΥΡΡΟΥ



ΑΙΙΑ

ΑΙΙΒ

ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ



ΑΙΙΓ

ΑΙΙΔ

ΑΙΙΕ



ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ



II III III

RIE




V VI VII



Α VIII

RIE



ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΚΕΡΑΥΝΟΥ



RIE

XI


ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ




Α XII

XIII

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ



Α Ι β




Α Ι γ




ΣΩΣΘΕΝΟΥ



Α Ι Ι δ



Α Ι Ι ε



ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΓΟΝΑΤΟΥ




Α Ι Ι ς




Α Ι Ι ζ





ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ



Α Ι Ι η




Α Ι Ι θ



Α Ι Ι ι



Α Ι Ι κ





NOMISMATA




INSULARVM

GRÆCIÆ.



ΚΥΤΟΡΙΩΝ





ΜΕΓΑΛΟΥΣΟΥ



ΒΑΓΗΔΑΟΝΙΩΝ



ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥΣ ΕΥΣΕΠΤΟΥΣ





ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ. ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ



TABVL. SECVND




ΚΥΘΗΡΑΙΩΝ



ΑΙΒ

ΑΙΒ


ΑΙΓΙΑΛΕΑΣ



ΕΙΒ

ΕΙΒ

ΚΡΗΤΑΙΩΝ



ΕΙΒ



ΕΙΒ



ΕΙΒ

ΕΙΒ

ΚΩΡΥΚΙΩΝ




ΕΙΒ


ΕΙΒ

TABVL TERTIA



ΚΑΜΑΡΑΣ



Α Ι Ζ




Β



ΚΥΔΑΙΩΝ



Α Ι Ι Ι




Α Ι Ι Ι



Ε Β Ζ




Ε Β Ι Β




ΛΑΠΠΑΙΩΝ



Ε Β Ι Ζ



Ι Β Ι Ι



ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ






Α Ι Χ Ε





Α Ι Χ Ι



ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ



ΦΑΙΣΤΙΩΝ



TAB. SEPTIMA

ΕΛΕΝΙΤΩΝ τῶν ἀσφ. ΚΡΑΝΑΛΙΩΝ




ΚΑΡΥΣΤΙΩΝ



ΑΙΒ



Π




ΚΗΡΙΝΟΙΩΝ



ΑΙΙΥ



ΙΙΙ



ΙΣΤΙΑΙΩΝ



ΑΥΒ



ΑΥΒ



ΑΥΙΙΑ



ΑΥΙΙΥ




ΣΚΥΡΙΩΝ





ΑΙΧΥ



ΑΙΧΥ





ΠΕΠΑΡΗΘΙΩΝ



ΑΙ Γ


Π

ΘΑΣΙΩΝ






ΑΙΙ Γ

ΑΙΙΙ Γ



ΑΕΥ Γ



ΑΕΙΙΙ Γ



ΑΕΙΙΙ Β

ΑΙΙΙ

ΛΗΜΝΙΩΝ



ΑΙΙΙ Γ

ΑΙΙΙ Γ

ΛΗΜΝΙΩΝ




ΑΙΒ





ΑΙΒ



ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ



ΑΙΒ




ΑΙΒ


ΤΕΝΕΔΙΩΝ




ΑΙΒ




ΑΙΒ



ΛΕΣΒΟΥ




ΑΙΒ





ΑΙΒ



ΜΥΤΙΛΗΝΗΣ



ΑΙΒ



ΑΙΒ


TABVLA XIII

ΕΡΕΣΙΩΝ



TABVLA XV

X I Ω N



TABVLA XVI



ΙΚΑΡΙΩΝ




Ε Ι Β




Η




ΤΗΝΙΩΝ



Ε ΙΙ Β




Α ΙΙΙ Κ




ΑΝΔΡΙΩΝ



Α V Β



VI



ΔΗΛΙΩΝ




Α VII Β



Α VIII Β



Α IX Β



Α X Β



ΔΗΛΙΩΝ



ΑΙ Β




Α ΙΙ γ



Α ΙΙΙ γ



Α ΙΙΙ δ



ΝΑΞΙΩΝ



Α ΙV γ



Α ΙV δ



ΚΥΟΝΙΩΝ



Α ΙV γ



Α ΙV δ



Α ΙX γ



Α ΙX δ



ΣΕΡΙΦΙΩΝ



TABVLA XIX



ΠΑΡΙΩΝ



ΑΡΙΒ



Π



ΚΩΙΩΝ



ΑΙΙΙΔ




ΑΙΙΙΒ



ΑΕΥΔ




ΑΕΥΕ



ΑΕΥΖ




ΑΕΥΑ



ΑΙΙΙΒ








ΑΙΙΙΒ





TABVLA XX

ΚΩΩΩΝ



ΑΜΟΡΤΙΝΩΝ



TABVLA XXII

ΣΥΜΑΙΩΝ



RI 6




RII 6




ΚΑΡΠΑΘΙΩΝ



E III 7



III



ΡΟΔΙΩΝ



RV 7



RVII 7



RVII 7




RVIII 7



RIX 7



RX 7



TABVLAXXIII


ΡΟΔΙΩΝ



ΑΙΥ



ΑΙΥ



ΑΙΥ



ΑΙΥ



ΜΕΓΙΣΤΕΩΝ




ΑΥΒ




ΑΥΒ





ΧΕΛΙΔΟΝΕΑΙΩΝ




ΑΥΒ



ΑΥΒ




ΚΥΠΡΙΩΝ



ΑΥΒ



ΑΥΒ




ΠΑΦΙΩΝ



ΑΙΥ





ΑΠΒ



ΚΥΡΡΕΩΝ



ΑΠΒ



ΠΠ


ΑΜΑΘΟΥΣΙΩΝ




ΑΥΥ



ΑΥΥ




ΚΑΡΠΑΣΙΩΝ




ΑΥΥ






ΑΥΥ



ΚΕΡΑΥΝΙΩΝ





ΑΥΥ



ΑΥΥ




ΛΑΠΗΘΕΩΝ



ΕΙΥ

Π




ΤΡΕΜΙΘΟΠΟΛΙΤΩΝ



ΕΠΙΥ

ΙΙΙ

ΤΑΜΑΣΙΤΩΝ



ΕΝΥ

ΕΝΥ


ΙΔΑΛΕΩΝ



ΕΝΥ

ΕΝΥ

ΑΡΑΔΙΩΝ






ΕΝΥ

ΕΝΥ

TABVL XXVII


ΛΟΠΑΔΟΥΣΣΑΙΩΝ



ΑΙ

Β




ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ



ΑΙΙΙ

ΕΙΙΙ




ΚΑΡΑΙΤΩΝ



ΕΙΥ



VI

ΛΙΠΑΡΑΙΩΝ



ΑVII

VIII



IX



NOMISMATA

INSULARVM

ASIÆ.





ИСТОРИЯ

ГОРОДА

САМАРЫ


ΚΟΛΧΩΝ



ΑΡΓΥΡΑ

ΑΡΓΥΡΑ

ΜΑΚΡΟΚΕΦΑΛΩΝ



ΑΡΓΥΡΑ

ΑΡΓΥΡΑ




ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ



ΑΡΓΥΡΑ

ΑΡΓΥΡΑ



ΧΥΛΙΝΑΙΩΝ



ΑΡΓΥΡΑ

ΑΡΓΥΡΑ

ΤΡΑΠΕΖΩΝΤΙΩΝ



ΑΡΓΥΡΑ


ΑΡΓΥΡΑ

TABVLA PRIMA

ΚΑΛΑΤΙΑΣ



ΕΙΥ



ΕΠΥ




ΑΜΙΣΟΥ



ΕΠΥ




ΕΙΙΥ



ΕVΥ



ΕVIΥ



ΕVIIΥ



ΕVIIIΥ



ΕIXΥ





ΕXΥ



TABVLA II ET III.

ΣΙΝΩΠΕΩΝ



Α Ι Υ

Π



ΖΕΦΥΡΙΩΤΩΝ



Α Ι Ι

Α Ι Ι

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙΤΩΝ



Α V Y

VI


ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ



Α VII Ε

Α VIII Ε

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ



Α IX Ι

Α X Y

TABVLA QVARTA


ΧΑΛΚΕΔΟΝΩΝ



ΕΙΥ

ΕΠΥ

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣ



ΑΠΔ

ΠΙ


ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ



ΑΥΔ

ΑΥΙ


ΝΙΚΑΕΩΝ



ΕΒΙΥ

ΒΙΙ

ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ



ΕΙΧ

ΕΧΥ

ΤΑΒΛΑ QVINTA

A

L V D O V I C I N O N N I I

C O M M E N T A R I V S

I N H V B E R T I G O L T Z I I G R A E C I A M .


Δ Υ Ρ Ρ Α Χ Ι Ω Ν .

B

D Y R R A C H I V M .

Dyrrachium Epidamnus dicta. Dyrrachius Neptuni filius. Appianus à cæteris dissentit. Diuersæ olim vrbes. Corcyraorum colonia. Occasio belli Corinthiaci. Quid Poletes. Creugas nobilis athleta.

C



V M breuissimus ex Italia in Græciam traiectus sit Dyrrachij, iure post magnam Græciam ab hac vrbe, tâquam limine, ipsam Græciam auspicabimur. Olim erat Illyrici pars, postea Macedonia attributa, demum sub Constantinopolitanis Imperatoribus, Nouæ Epiri Metropolis. Priscis sæculis Epidamnus vocata, sed propter inauspicatum nomen, à Romanis

Dyrrachium dictum: nam cum compendiosa ibi maximè ex Italia nauigantibus transmissio esset, ominosum illis videbatur, urbem primò appellere, quæ detrimentum, vel damnum significaret: summo enim studio in omni actione sectabantur fausta nomina. Hinc in elocationibus publicis, primo lacum Lucrinum proponebant. in delectu habendo, citabant Valerium, Statilium, aliaque boni nominis vocabula:

D Vocarunt autem Dyrracchium *ἀπὸ δυσραχίας*, quod difficile ibi esset litus, ob cautium aspredinem; vnde, Eustathio teste, primò *Δυσραχίον* dictum: sed ob euphoniā *Δυρράχιον* mox nuncupatum. alij verò, à Dyrracho heroë nomen illi inditum. Stephanus Byzantinus. *Δυρράχιον, πόλις Ἰλλυρικῆ, Ἐπίδαμνος κληθεῖσσι, ἀπὸ Ἐπίδαμνος. τέτρα θυγάτηρ Μελισσα, ἧς καὶ Ἐ Ποσειδῶν Δυρράχιος, ἀφ' ἧς τίτες Μελισσῶνιος, εἶθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθεν.* *Dyrrachium vrbs Illyrica, Epidamnus nuncupata ab Epidamno Heroë prisco, cui filia fuit Melissa, ex qua Ἐ Neptuno Dyrrachius natus, vnde Melissonius etiam dictus est locus, vbi Neptunus cum illâ concubuit.* Eadem apud Constantinum Porphyrogen-

Lib. 116
de Themata-
tibus cap.

E tuit fuisse oppida Epidamnus & Dyrrachium: ita quod Epidamnus à rege quodam barbaro eiusdem nominis sit nuncupata; cuius ex filia nepos Dyrrachius, Neptuno prognatus, nauale vrbi adiecit, nomenq; illi Dyrrachium indidit. Huic, cum bello premeretur à fratribus, Her-

A

cules

cules ex Erythræâ rediens, opem tulit; pactus agri partem, mercedis lo- A
co: vnde Dyrrachini eum, vt agri participem, conditorem suum per-
hibent. non quod Dyrrachium abnegent, sed vt ambitiosè originem
suam potiùs ad deum referant. Incolæ postea à vicinis Liburnis patriâ
expulsi, adscitis mox Corcyræis, qui nauali re tunc temporis polle-
bant, vicissim illos eiecerunt, admixtisque suorum nonnullis, Corcy-
ræi ominosum Dyrrachij nomen in Epidamnum commutarunt, vr-
bemque paulum remōtiori à mari loco exstruxere. Sed vt de nominis
mutatione præposterè iudicat, ita non difficile illi adsentior, duas fuisse B
vrbes; præsertim, cùm doctissimus ille Græcorum Pausanias, eius opi-
nioni subscribat, qui Epidamnios suo tempore regionem quidem co-
luisse asserit, oppidum verò non item: sed aliud, paulo ab illo diffitum;
quod à conditore suo Dyrrachium indigetarunt. quæ opinio nec Dio-
ni Nicæo omnino improbatur.

*Lib. 11.
Eliacorū.*

Quo tempore verò Epidamnij, oblitterato priore nomine, Dyrrachij
adsumere, non omnino liquet. condita autem fuit, Eusebio teste, O-
lympiade xxxviii. circa tempora Tarquinij Prisci, florente Periandro,
Corinthiorum Tyranno. Sita erat in Isthmo, secundum Thucydidem.
Strabo verò illam in Cherroneso collocat.

*Thucyd.
lib. 1.*

Deducta autem fuit colonia à Corcyræis, duce Phallio Corinthio, C
Eratroclidæ filio, qui ab Hercule genus ducebat. quibus & Corinthio-
rum quidam se comites adiunxerunt, alijque Dorici generis coloni.
progressu verò temporis magnis incrementis aucta, virisque, & opibus,
ad finitimum inuidiam vsque floruit. vnde assidua cum vicinis bella;
quibus cùm valde exhausta esset, accessere intestinæ seditiones, exitio-
sum vrbi malum; quibus ciuitatis principes à plebe in exilium acti fue-
re; qui ad finitimos Barbaros confugientes, patriam terra marique assi-
duis populationibus infestant. Incolæ tot malis fracti Corcyram, vt ad
Metropolim, legatos mittunt oratum, ne suos affines penitus perire pa-
tiantur, sed vt exules sibi concilient, & Barbarorum bellum compo- D
nant; sed cùm surdis auribus querelas suas ab illis accipi viderent, Co-
rinthiorum opem implorant, illisque ex oraculi monitu se suaq; omnia,
tanquam colonix deductoribus, dediderunt. Corinthij, illis in tutelam
acceptis, præsidium etiam vrbi aduersus Barbarorum vim imponunt.
Corcyrei Corinthiorum hoc factum ægrè tulerunt; quare confestim E-
pidamnum validis copijs oppugnant. Corinthij classem lxxv nauium
instruunt, vt fidei suæ commissos tueantur. Corcyrei cum lxxx nauibus
occurrunt; & commisso prælio, Corinthios fundunt, fugantq;. eodem-
que die Epidamnij rebus suis diffisi, Corcyræis urbem dedunt. Atrox
hinc bellum ortum, Corinthiacum dictum; quod fax quasi, & incendi- E
uum Peloponnesiaci fuit: quod accuratissimè à Thucydide cōscriptum.
Illyrij verò multos post annos, regnante Teutâ reginâ, aquandi, & fru-
mentandi specie, urbem conati sunt occupare. & cæsis portarum custo-
dibus,

A dibus, iam urbem irruperant. sed ciues, licet improviso malo percussi, Polybius lib. II. acriter pro aris & focis dimicantes, cum magnâ strage illos expulerunt. Sed, cum non desisterent Illyrij vicinis omnibus iniurias facere, ad Romanos coacti confugere; qui anno DXXV. ab V. C. illos ab obsidione Dyrrachij revocarunt: & cæsis aliquot illorum millibus, Teutam regionem ad regni sui interiora fugere compulerunt. Tandem firmatâ pace, Dyrrachium pristinae libertati, cum Corcyrà, & Apolloniâ, restitutum.

B Quum vero incolæ à vicinis sibi Barbaris timerent, & ciues suos illorum commercijs deteriores fieri conspicerent, simulque ut à rebus novis sibi cauere, prudenti consilio ad commeatus & permutationes obeundas, vnum spectatâ probitatis ciuem quotannis elegerunt, qui ad Barbaros commeans, omnium ciuium nomine cum his negotia contraheret, quem Poleten ab isto commeatu nuncuparunt, ut auctor est Lib. De Quæst. Græcis. Plutarchus. alios etiam olim magistratus habuisse, refert Aristoteles v. Politicorum. dicit enim Epidamnios Reipub. statum commutasse, siquidem primo Tribuum Præfectos habebant, quibus abolitis Senatores crearentur.

Sed maximè hæc vrbs inclaruit, rebus circa illam gestis bellō ciuili inter Cæsarem & Pompeium; hîc enim magnâ Cæsar clade affectus. & si C Pompeius tunc institisset victis, actum erat de Cæsare, atque ille dies ciuili bello finem imposuisset.

Celebrem etiam hîc Veneris cultum fuisse, Catullus innuit; vbi illustres vrbes Deæ illius cultu recenset. Epigram. xxxviii.

*Quæ sanctum Idalium, Vriosque apertos,
Quæque Ancona, Gnidumque arundinosam,
Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos,
Quæque Dyrrachium, Hadriæ tabernam.*

D Grauiissimo postea terræmotu corruit Dyrrachium, imperâte Constantino, anno Domini CCCXLVI, teste Eusebio. Non defuere etiam huic vrbi celebres athletæ, inter quos Cleosthenes, qui Olympiade LXVI curvuli certamine vicit; qui etiam primus statuam suam in Olympiâ posuit, In Eliacis. ut auctor est Pausanias. Creugam etiam habuit, nobilem pugilem; qui cum Nemeorum ludis cum Damoxeno Syracusano egregiè decertaret, ingruente iam vesperâ, clarâ voce pacti sunt, ut alter alterius ictum per vires sustineret. Creugas Damoxeno circa caput plagam infixit; hic verò Creugam iussit manum attollere; & sublatâ manu, latus eius erectis digitis ferit: unguium autem robore, & vi plagæ, manum in ventrem immisit, correptaque intestina extraxit: & Creugas extemplo expiravit. Argiui Damoxenum ludis expulerunt, ut qui pactis non stetit; nam pro vnâ pluribus aduersarium plagis affecerat. defuncto autem Creugæ victoriam attribuerunt, eique statuam Argis, in templo Apollinis Lycij, posuerunt.

Hymno de
Romano
Martyre.

Quod ad Numismata aspectat, I. Iupiter est barbâ horridâ, capite A coronato. Observavit hoc Prudentius.

*Ars seminandis efficax erroribus,
Barbam rigentem dum Jovis circumplicat.*

VOX VERO ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΥ, nomen alicuis vel Tribuni, vel Poletæ, aut monetæ præfecti refert. auersâ parte est Apollinis tripus, quam corona laurea cingit. infra, ΔΥΡ. seu Dyrrachium; circum verò, ΦΙΛΩΤΑΣ.

II. Iupiter, cum VOCE ΝΙΚΟΓΕΝΕΣ. auersâ parte Apollinis tripus, quernis folijs coronata. ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ.

Cetera vero numismata bovem habent, cum lactante vitulo; cui ali- B quando frumenti spica, aliquando etiam navis clauus, vuæ botrus, aratrum, vel alucaria adsunt. Nihil aliud videntur designare, quàm agriculturæ illos studiosos fuisse: agrumque illis fuisse compascuum, & fertilem: hoc enim boues designare Pausanias auctor est. dicit enim, Carystios & Plataenses boues Apollini Delphico, devictis Medis, dedicasse; quod expulsis Barbaris perfectam sælicitatem essent adepti, & liberam terram ararent. In quinto verò numismate victoria etiam est alata, coronam utraque manu gerens. an quod hic Meniscus ludicro aliquo certamine victor evasit? vel quod naualem aliquam victoriam obtinuit? quod gubernaculum navis ostendit, quod infra bouem conspicitur: C vel quod re nauali plurimum valuerunt.

In nono etiam Herculis claua adiecta, quia Dyrrachini Herculem, tanquam conditorem suum, venerabantur, vt ex Appiano ostendi. quid verò aduersa numismatum pars designet, εὐδὲν ἔροξω, peritiores explicabunt.

Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ι Α Τ Α Ν .

A P O L L O N I A .

Apollonia Corinthiorum colonia. Gylacia dicta. Nymphæum D celebris hic locus. Bitumen fossile. Aristoteles emendatus. Satyrus hic captus. Oraculum.

V I C I N A Dyrrachio nobilissima vrbs erat Apollonia, Corinthiorum quondam colonia, teste Plinio. Strabo verò à Corinthijs, & Corcyreïs ædificatam refert. Stephanus Byzantinus, etiam γυλακίαν Gylaciam vocatam dicit, Ἄπολλωνία, πόλις Ἰλλυρίας, ἐν ᾗ ἔκειντο Ἰλλυριοὶ, κατ' Ἐπίδαμνον. ὑπερὸν Διακοσίων Κορινθίων ἀποικία εἰς αὐτὴν ἐπέβη, ἧς ἠγείτο Γύλαξ, ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε. Apollonia, Illyrici vrbs, quam habitauerunt primò Illyrij, prope Epidamnium. postea ducentorum Corinthiorum colonia, quam duxit Gylax, qui Gylaciam il- E lam nuncupavit. Alibi vero γυλάκειαν vocat. Sita autem erat ad Aoum amnem, quem Hecatæus Acantem, Dion vero Anam vocat. Distabat quidem à flumine x. stadijs, Strabone teste; à mari verò lx. seu, vt Plinius, vii. m. p. Primò autem Illyrici, postea Macedonia limitibus inclusa. vrbs hanc

A hanc quondam optimis legibus institutam fuisse auctores tradunt, adeo ut Augustus Cæsar, huc missus ab auículo Iulio Cæsare fuerit, ut litteras, & disciplinam militarem addisceret; hæseritque ibi, donec in curia Auunculum à Senatu cæsum nunciatum fuit. bello vero ciuili inter Cæsarem & Pompeium magis inclaruit, ob res circa illam gestas. Cæsar enim assueta usus celeritate, hyemante licet pelago, Brundusio in Macedoniam traiecit, Apolloniam & Oricum prius occupauit; quam venturum hostes suspicarentur. Arx autem imposita erat vbi, quam cum Lucius

Cæsar De bello ciuili lib. 1.

B ab Apolloniatis exigeret, illi duros se negarunt, neque portas consuli præclusuras, neque iudicium sibi sumpturos, contra atque omnis Italia, Populusque Romanus iudicasset, quorum voluntate cognita arce clam excessit: ciues verò Cæsarem recipiunt. Erat in Apolloniatum finibus celebris olim locus, qui Nymphæum dicitur, non procul ab Aoo amne; Petra ibi est quæ flammam assidue eructat, cui fontes subsunt, vnde tepentes aquæ, & bitumen assidue emanat; & quod admiratione dignum, nec solum vicinum exurit, aut ab ignium vicinitate sterile

Strabo.

C mulo locus est vbi bitumen effoditur, quod vero effossum est temporis spacio denuo repletur, & terra in fossas ingesta, denuo in bitumen transformatur. De quo & Aristoteles lib. De admirandis auditionibus. *In Apollonia quæ regioni Atlantinarum proxima exstat, bitumen fossile enasci, picemque aquarum more scaturientem emanasse proditur, haud à Macedonia differentem, nisi hæc crassior nigriorque illa existeret, Cæterum nec longe ab ea regione, ignis omnibus anni temporibus flagrat; at locus qui cõburitur, non multum extenditur, sed amplitudinem quinque accubantium occupat, redolet vero sulphur, alumenue, prope autem hunc, herbæ profunde nascuntur, sed quod alicui admirationem inducere posset, potissimum est, arbores magnas interuallo cubitorum quatuor ab igne distare.*

D Sed monendus est. Lector, corruptum esse Aristotelis textum; nam quo loco habet, *ἐν δὲ τῇ Πηλοποννήσῳ τῇ Πηλοποννήσῳ κειμένη τῇ Ἀτλαντικῶν χωρῶν.* legendum *ταυταντικῶν.* Taulantij enim populi erant Illyrici, inter quos Ptolemæus Apolloniam collocat. Plinius lib. II. cap. VI. *Nymphæi crater dira Apolloniatis suis protendit, ut Theopompus tradidit, augetur imbribus, egeritque bitumen temperandum fonte illo ingustabili, alias omni bitumine dilutus.* Hoc genus bituminis liquidum fuisse idem auctor ostendit. *Liquidum est Apolliniaticum, quod Græci Pisphaltum appellant, ex argumento picis & bituminis.* Circa

Lib. xxxv. cap. xv.

Dion. lib.
xli.

Non procul etiam ab Apollonia oraculum fuit quod quia diuerso ab alijs modo edi consueuerat, non pigebit huc referre. Thure accepto, precibusque eius rei ergò quam volunt factis, ipsum thus vt secum preces deferat ad ignem proijciunt; tum si ratum sit futurum votum, ab igne euestigio thus corripitur, ac si forte extra ignem delapsum fuerit, accurrens ignis id arripit, & consumit: sin irritum futurum sit votum, non consumitur ab igne thus: ac etiamsi in ipsam flammam conijciatur, recedit atque refugit. ita in vtramque partem ignis futura prædicit, excepta tamen morte ac nuptijs, de quibus nefas ducunt oraculum hoc consulere.

Hymno de
Romano
Martyre.

I. II. Bacchus est coma pexa & hedera coronatus, quem ornatum graphicè Prudentius explicat.

Dum defluentem leuiter flectens comam.

Lunat capillos, & corymbos Liberi

Ab auersa parte meta est cum corona ex olea, vel lauro, quod non ita pronum est discernere. Reliqua numismata eiusdem cum Dyrrachinis sunt generis, agrorum nempe fecunditatem designant.

B Y A A I O N O N .

B V L L I S .

Bullis colonia Romanorum. Cornucopia. Amalthea cornu.

III. De
bello ciuili.
li.

Supra Dyrrachium & Apolloniam sedes habebant Bulliones, qui apud Cæsarem corruptè Bellidenses vocantur, nam secundum Plinium Ballidenses legendum, vt monuerunt iam pridem viri docti. Stephanus Byzantinus βύλλιδα Illyrici maritimam urbem dicit; Myrmidonum & Neoptolemi opus. Straboni vero βουλλίονες nuncupantur, non secus ac numismata. Ptolomæus Bullidem urbem inter Elymiotas Macedoniae populos collocat, à Romanis postea Colonia eo deducta, vnde à Plinio Bullidensis Colonia vocatur. Ab hac autem longe est diuersa βύλλης Pausaniae & Stephani; siquidem illa Phocidis vrbs est, nostra autem Bullis, postquam in Cæsaris potestatem deuenerat Apollonia, statim missis legatis eius se imperio subiecit.

Epistola
ad Iccium.

Numisma Bullidensium ab vna parte Iouis vultum, ab altera vero Cornu exhibet, cum spicis & vna botro, quod vndique anguis circumplectitur. abundantiae id annonae, pacis item, & felicitatis, signum esse, nemo ignorat. vnde Horatius

— aurea fruges

Italia pleno diffudit cornu.

In Romanis vero nummis passim cornucopiae sine angue visuntur, quae hic adiectum videmus. an quod indicat, prudentia & sapientia omnium rerum abundantiam comparari, cuius symbolum anguis est. Cornu vero hoc

A hoc fingunt ab Hercule Acheloi fronte reuulsum, Nymphisque datum, quæ varijs id fructibus repleuerunt; alij putant Amaltheæ capræ, Iouis nutricis fuisse, vnde nectar prefluebat.

A N T I G O N E Ω N.

A N T I G O N I A.

B **N**ON vnum tantum huius nominis oppidum, sed varia & diuersa fuisse, auctores fidem faciunt; nam & in Epiro inter Chaones, in Macedonia, in Arcadia, Bithynia, & Syria, à Stephano Antigonix recēsentur. Strabo Nicæam Bithynix celebrem urbem ab Antigono Philippi F. Antigoniam nuncupatam refert. apud quem leuiter etiam hoc nomen deprauatum inuenitur *Α'ντιγόνηα* pro *Α'ντιγόνηα*. De hac vrbe, scriptorum infrequentia, & temporis iniuria, nihil nobis reliquerunt quod diceremus. I. Mulier est turrato capite, ita enim veteres vrbes depingebāt, vt fluuios taurino vultu aut cornibus ornatos. auersa parte obeliscus, vel meta potius est, cum corolla ex hederæ folijs, botrisque vuæ; quod procul dubio in Bacchi honorem factum fuit:

c II. Minerua est cum Galea & cono insigni, & Pegaso volucris equo. obseruabimus in hisce Græciæ nummis Mineruæ cassidem varijs cælaturis insigniri, aliquando enim oleæ ramus, nunc Triton, vel pistrix, nunc Pegasus, vel noctua, aliquando vero biga, aut quadriga conspiciuntur, vt suis locis dicetur.

X A Ω N I T Ω N.

C H A O N I A.

D *Chaonia præcipua olim Epiri prouincia, à Chaone Heleni fratre dicta. Nobiles hic canes. Scyphus Herculis.*

O R D I N I S ratio postulat primum de Epiro, mox de singulis eius partibus, & prouincijs dicere; sed quia mihi religio est alieno in opere ingeniosum esse, tabularum ordinem sequar; & nunc de Chaonia, mox de Epiro dicam; inter cuius præcipuas prouincias erat Chaonia. nam, Strabone teste, totius quondam Epiri sibi vindicarunt imperium Chaones, postea & Molossi: dicta autem est à Chaone quodam Troia- xii. Aeneidos.
no, vt Virgilio placet.

Morte Neoptolemi, regnorum reddita cefsit

E *Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque omnem, Troiano à Chaone dixit.*

Seruius vero in Comm. & Isidorus in Etymologico, dicunt nomen hoc regioni inditum, ab Heleno fuisse, in memoriam fratris sui, quem im-

prudens in venatione occiderat, quasi ad solatium fratris extincti. Pyrrhus certe, Achillis filius, amisso paterno regno cum hisce locis confidisset, Heleno ob singularem prudentiam, & vaticinandi scientiam, Chaoniæ Regnum, & Hectoris Andromachem, quam in diuisione Troianæ prædæ in matrimonium acceperat, vxorem dedit. Insigniores vrbes habuit, Oricum, Panormum portum, Hecatompedum, Omphalium. Ceraunij etiam montes hic incipiunt, & sinum vsque Ambracium pertingunt, nautis olim formidabiles, vnde Silius Italicus.

Et magno late distantia ponto

Terruerant pauidos accensa Ceraunia nautas.

Poëtæ etiam ob immensam altitudinem interdum Acroceraunia vocât, Horatius. *Infames scopulos Acroceraunia.*

Aliqui tamen Acroceraunia ab Ceraunijs distingunt, & diuerfos montes dicunt. hæc regio, vt & Molossorum, generosos admodum olim canes alebat, quos refert Iulius Pollux, ab illo prognatos cane, quem ex ære Monæfio fabricauit Vulcanus, inspiritaque illi anima, Ioui dono dedit, Iupiter Europæ, illa Minoi, Minos Procridi, hæc Cephalo magni muneris loco dedit, cuius hæc erat natura, vt nihil illam effugeret Ouidius Lelapa vocat, quem fingit in lapidem conuersum, dum vulpem Theumesiam confectatur.

v. Saturn.
C. XXI.

I. Hercules sedens supra leonis spoliū, sinistra manu clauam, dextra vero poculum habet, quo liquorem quendam effundit, humi vero ramus hederæ videtur iacere, Leonis exuuiæ, & claua, consueta eius insignia passim appicta, non poculum. Macrobius dicit scyphum Herculis esse poculum, non secus ac Cantharum liberi Patris, ideoque à Virgilio dictum.

Et sacer impleuit dextram scyphus.

Lib. XI.

Fictores etiam veteres non sine caussa Herculem cum poculo fecisse, & interdum quassabundum & ebrium; non solum quod is heros bibax fuisse perhibetur, sed etiam quod antiqua historia est, Herculem poculo, tanquam nauigio, ventis immensa maria transmisisse. Athenæus vero refert poëtâs fabulatos Herculem in poculo nauigasse, quod is amplis poculis liberalius se inuitare consueuisset.

O M Φ A Λ I T Ω N.

O M P H A L I V M.

IN Chaonia vrbs erat Omphalium, Ptolemæo teste. Stephanus illam in Thessalia collocat, aliam item in Creta; sed nihil de illa apud scriptores notatu dignum obseruo.

A Π Ε Ι Ρ Ω Τ Α Ν.

E P I R O T Æ.

*Epirus Chaonia, & Dodona dicta. Incola Pyrrhida. LXX
urbes uno die à Paulo Aemilio subuersa. Iupiter
A'geu⊙. Achilles A'σπέλ⊙. Tauri Epirotici.*

B Epirus à Meridie Italiae obiecta est, & Hadriatico mari clauditur; ab Arcto verò, Macedoniam respicit; ab Oriente Achaiâ, & Acheloo amne; & ab Occidente Acroceraunijs montibus, & Ionio pelago, terminatur. Dicta autem ἡπειρος, quod tota continens sit. in nummis verò ἄπειρος, Doricâ dialecto. Dionysius Alexandrinus Ὠρκίην, ab Orico, nobili vrbe, indigetat. Martianus verò Capella Chaoniam, à populis Chaonum: Scholiastes verò Homeri ex Thrasymbulo historico Dodonam vocatam scribit. cum enim post Græcorum illud diluuium Deucalion in hæc loca deuenisset, à columba oraculi vate admonitus, humani generis reliquias eò loci collegit, regionemque à Dodone, Iouis & Dodones Nymphæ filio, nominauit. Incoluere eam primi Pelasgi, qui, Bœotiae finibus ab Æolensibus eiekti, hîc confedere. quod nec Homerum fugit Iliade. π. Ζεῦ ἄνα Δωδωναίῃ Πελασγικῇ. *Dodonæ rex Pelasgice Iupiter.* Iustus auctor est ex Trogo Pompeio, Molossorum primum in hac regione fuisse regnum; deinde Pyrrhum, Achillis filium, amisso per absentiam Troianis temporibus paterno regno, hisce locis confedisse, à quo incolæ primùm Pyrrhidæ, postea Epirotæ dicti. Plutarchus in vitâ Pyrrhi, non populos, sed regum successores, Pyrrhidas vocatos asserit.

D Diuisa autem fuit Epirus in quatordecim gentes, vt ex Theopompo refert Strabo. ex quibus præcipuæ erant Molossi, & Chaones; post illos Thesprotij, Cassiopæi, Amphilochi, Acarnanes, non incelebres fuerunt. & licet multis magnisque montibus tota regio prædita esset, valde tamen populosa, & frequentibus oppidis habitata fuit. adeo vt ex Polybio referat Strabo, Paulum Æmylium, debellato Perse, vltimo Macedonum rege, vnâ die septuaginta Epiri vrbes solo æquasse; addit Liuius, tantam prædam fuisse; vt equiti quadringenti denarij, pediti ducenti contigerint; centum verò & quinquaginta millia capitum in seruitutem abducta. Tota verò regio egregiè fertilis, sed optimis pascuis præcipuè fœlix; vnde & procera armenta gignit. hinc & εὐβοῖος ab Eustathio dicta, quod pulcherrimos boues nutrit. Ouidius *herbidam* vocat, quod pascuis abundet; quod & Homerus obseruauit, qui duodecim bouum & ouium Vlyssis armenta in Epiri pascuis fuisse scribit.

Aristo-

III. Hist.
Anim.
Cap. XX.

Aristoteles verò, vaccas ibi proceras admodum esse, nec amphoras A singulas implere; mensuræque eius dimidium in animis duabus præstant. erectus opus sit, qui emulget; aut vt paulum se inclinet, quoniam sedendo vbera contingere nequit. Oues ibi etiam esse Pyrrhicas, à rege Pyrrho cognominatas, egregiâ magnitudine.

In Epiro etiam Iouis Dodonæi erat templum, oraculo illustre, de quo suo loco. celebre hîc etiam fanum, Ioui Ἀρείω, seu *Martiali*, sacrum, in vrbe Passarone, vbi reges quotannis, teste Plutarcho, in vitâ Pyrrhi sacra faciebant. ibique iureiurandum Epirotis præstare, recipe- reque, consueuerant. hi, secundùm leges regnum se administraturos, illi, B regiam auctoritatem sanctè se conseruaturos promittebant.

Achilles etiam in Epiro vt Deus colebatur, Plutarcho auctore, quod ab illo genus ducerent regionis principes; ac patrio sermone Ἀσπετων vocabant.

Posterioribus vero seculis, translata Imperij sede Constantinopolim, Epirus in veterem & nouam diuisa fuit, vt Notitiæ Imperij liber nos docet. Sed venio ad numismata.

I. II. Iouis vultum, ab vnâ parte; aquilam verò, eius armigerum, ab alterâ, cum fulmine: in honorem Dodonæi Iouis, cuius hic celebre oraculum. confirmat meam opinionem corona quærnea, quâ Iouis caput ornatum est. huius enim arboris maxima ibi copia, vnde Statius.

Et nemorum Dodona parens.

Quercum verò Ioui consecratam fuisse, testatur in Georgicis Virgilius. — Ioui quæ maxima frondet

Esculus, atque habitæ Graijs oracula quercus.

III. Virilis & muliebris vultus est: cum dictione κλιπέρχσ. Iouis & Iunonis dubio procul sunt. nullam enim deam veteres Ioui, præter Iunonem, coniungebant. Ab auersâ parte fulmen coronæ quærneæ inclusum in Iouis honorem, cum dictione Ἀπειρώτων. Doricâ dialecto, quibus solenne est, η & ω in α mutare. D

IV. Iouis & Iunonis vultus. ab alterâ parte, ferociens taurus, quærneæ coronæ inclusus. Supra diximus, generosa imprimis armenta Epirum producere, sed tauros præcipuè, quod Ouidius non ignorauit, vbi Calydonij apri magnitudinem inusitatam exaggerat.

Meta-
morph.
VIII.

Quanto maiores herbida tauros

Non habet Epirus, sed habent Sicula arua minores.

Postrema duo numismata nihil peculiare habent, nisi quod vnum Iouem, alterum vero Iunonem referat; in cuius auersâ parte obeliscus, vel meta striata, est.

E

B A Σ I.

A
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΥΡΡΟΥ.

P Y R R H V S R E X.

Epiri reges à Pyrrho orti. Illorum series. Tharritas primus humanitatem induxit. Pyrrhi res gesta. Cur victoria alata. Diana peculiariter hic culta.

B **I**N Epiri descriptione nulla à me Regum mentio facta, eo consilio, quod hoc loco commodissimum de ijs dicere mihi visum. Primus Epirotarum Regum auctor Achilles filius fuit Pyrrhus; qui, exutus auito imperio, in Epirum Heleni suasu venit; ibique ex Andromachâ Hectoris varios liberos suscepit, Molossum, Pielum (vel vt alij Piale) & Pergamum; cæso mox Pyrrho inter aras Delphis, ab Oreste Agamemnonis filio, Epiri regnum ad Pielum deuenit. Pergamus enim in Asiam traiecit, Arioque, Teuthranix principe, singulari certamine superato, Pergamo ciuitati nomen indidit; Molossus Heleno in regnum successit, excluso proprio filio Cestrino. qui cum Epirotis, sponte eum Pausanias in Atticis. sectantibus, regionem trans Thyamin flumen occupauit; quam Cestrinam à nomine suo vocauit. Pielo varij reges successerunt, qui, quod barbaris erant moribus, ad Tharippum, vel Tharritam, ignoti posteris fuere. Hunc verò Græcis litteris imbutum fuisse, & humanissimis institutis ciuitates formasse, ferunt. Tharritæ filius fuit Alcetas, Alcetæ Arybas, & Neoptolemus. ex Neoptolemo Alexander natus, qui in Lucaniâ cæsus fuit; cuius soror item Olympias, Alexandri Magni mater. Arybbæ vero & Troadis filius Æacides. Hic ex Pithiâ, Menonis Thesfali filiâ, Deidamiam & Troada filias, & Pyrrhum, nobilissimum Epiri regem, procreauit. qui iam ab infantiâ variè fortunæ aduersis fuit exercitus; bimulus enim, propter odium patris, ab inimicis ad necem **D** quæsitus, furtim amicorum operâ ad Glauciam, Illyrici regem, est delatus. qui, tam fortunæ eius commiseratione, quàm infantilibus blanditijs commotus, cum aduersus Cassandrum Macedoniae regem, protexit. Reuocatus deinde in paternum regnum ab Epirotis, odio in fauorem iam verso. Sed, cum redeuntem Cassander magnis Macedonum copijs inuaderet, necdum confirmato regno, in Aegyptum ad Ptolemæum Lagi F. se recepit; vbi cum maximæ virtutis indicia varijs bellis dedisset, filiam illi vxorem dedit, & classè Aegyptiacâ in paternum regnum reduxit. Pyrrhus, iam rerum potitus; Corcyrae bellum intulit, quod insulam illam regioni suæ oppositam videret. quare, ne sedes **E** hæc esset Epiri inuadendi commoda, illam occupauit. Plutarchus verò, dotis loco cum Lauassa Agathoclis filiâ accessisse Corcyram, antea ab Agathocle captam. Hinc à Tarentinis aduersus Romanos in Italiam euocatus. qui, ne patruo Alexandro, Neoptolemi filio, inferior

rior videretur, aut magno Alexandro minores spiritus gerere, Tarentum magnis copijs venit; non tam supplicum precibus inductus, quàm ambitiosâ cupidine occupandæ Italiæ. Dubio ibi Marte aliquoties certatum. Primo enim prælio, Elephantorum potiùs inusitatâ specie, quàm militum suorum virtute, victor fuit. sed adeo cruentâ victoriâ, vt Pyrrhum dixisse ferant, si aliâ iterum pugnâ Romanos vicerimus, omnino perijmus. cuius atrocitatem pugnae testatum fecit, affixo titulo, in templo Iouis Tarentini; quo hæc scripsit.

Paulus O-
rosius.

Qui ante hac inuicti fuere viri, Pater optime Olympie, hos ego in pugnâ vici, victusque sum ab iisdem.

Animum deinde ad Siciliae Imperium adiecit. quare, relicto Tarentinis præsidio, in Siciliam traiecit; vbi aduersus Carthaginenses, & Marmertinos, multa secunda prælia confecit. Sed, cum in Italiam magnâ festinatione cum victore exercitu rediret, auersis ab illo Siculorum animis, qui proditos se rati, pari celeritate Siciliae regno excidit, ac illud occupat. Nec dissimili fortunâ in Italiâ vsus. Ingenti enim prælio à Romanis, duce M. Curio Dentato, superatus, in Epirum, fugienti similis, reuersus est: vbi iterum blandientis fortunæ vultum expertus est: Antigonom enim Gonatam, Macedonum regem, magnis subnixum copijs, debellauit; parumque abfuit, quin vniuersâ iterum Macedoniâ potiretur. nam in medio victoriæ cursu, à Cleonymo Spartam euocatus, cum Spartanos, sociosque, acie vicisset, ab vrbis expugnatione repulsus fuit. Hinc Argos impetum vertit, vbi in confertâ turbâ dimicans, tegulâ aniculæ manu in caput eius missâ cecidit. Vir magnus, & qui, peritiâ rei militaris, inuictoque animi robore, omnes suæ ætatis reges longè superauit. Primus hic castra metari, loca peritè disponere docuit. Vnde Hannibal, excepto Alexandro magno, cæteris cum ducibus præposuit. Sed, insanâ spe occupandi aliena, proprijs frequenter etiam partis excidebat. adeo vt scitissime Antigonus illum aleatori compararit, qui secundos quidem iactus faceret, sed fortunæ beneficio nesciret vti. Fuit hoc mirandum in Pyrrho, non habuisse communi hominum more dentes discriminatos, sed continuum os, leuibus quibusdam rimulis diuisum. Pollex illi etiam fuit in dextro pede, cuius tactu lienosis medebatur, galli prius albi sacrificio facto; quem cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt Plinius & Iularchus, sed seorsum in loculo conditum fuisse.

Iustinus
Lib. xxvi.

Defuncto Pyrrho, filius eius Alexander in regnum successit, & Antigonom Macedoniâ expulit: sed ab Antigoni filio Demetrio iterum recepta, & Epirus occupata; Alexander spoliatus auito regno, cum exul ad Arcadas confugisset, non minore Epirotarum desiderio, quàm socio- rum auxilijs, restituitur, mox fato functus. Vxor eius Olympias, & germana soror, tutelam regni, & filiorum, Pyrrhi & Ptolemæi, suscepit. sed vtroque immaturo fato sublatis, mater gemino funere afflictâ, non diu

A diu filijs suprauixit. Supererant ex stirpe regiâ sola Nereis virgo, cum sorore Laodamiâ. Nereis nupsit Geloni, Siciliae regis filio: Iustinus lib. XXVIII
 Laodamia, cum in Dianæ fanum confugisset, populi concursu impiè interficitur. quod facinus Dij immortales assiduis cladibus gentis, & prope interitu totius populi, vindicarunt. Extincto regali Epirotarum stemmate, Reipub. status popularis factus fuit, & in Illyriorum mox potestatem deuenit Epirus; postea verò Macedonum imperio obnoxij fuere. paucis tantùm exceptis, qui ad Ionium mare habitabant. Soluta autem illorum imperio, cuncta in Romanorum ditionem concessere. Pausanias in Messeniis.

Ex hac regione, auorum memoriâ, Georgius ille Castriota, cognomento Scanderbegus, prodijt; qui Epiri magnam partem, quam nunc Albaniam vocant, Turcis eripuit; & tantâ felicitate cum illis bellauit, vt, cum maximis cladibus illos affecisset, nunquam prælio victus fuerit; manu verò adeo promptus, & inuicto corporis robore fuit, vt diuersis in prælijs supra duo millia Barbarorum sua manu interfecerit, hostemq; sæpius, vnico gladij ictu, ad umbilicum vsque diuiserit, vt fide digni scriptores memorant. sed, illo defuncto, statim ad Turcarum imperium tota Epirus redijt: tantum fiducia in vno viro fuit.

I. Caput viri galeatum, cuius id sit, incertum; Pyrrhi certè non esse, alia eius numismata ostendunt. puto Martis esse. Fuluius Ursinus inter imagines clarorum virorum Pyrrhum hoc pacto spectandum dedit, manifesto errore, vt sequentia nomismata ostendunt. Ab auersâ parte victoria est pennata, quæ trophæum exornat; cum inscriptione, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΥΡΡΟΥ. Depingitur autem cum alis victoria; quia, teste Latino In Panegyrico. Pacato, *Hominum, cum fortunâ euntium, non cursus est, sed volatus.* Prudentius Victoriæ habitum lib. Aduersus Symmachum graphicè depingit.

*Vincendi quæris dominam? sua dextera cuique est,
 Et Deus omnipotens; non pexo crine virago,
 Non nudo suspensa pede, strophioque recincta,
 Nec tumidas fluitante sinus vestita papillas.*

II. Diana est, cum arcu & pharetrâ, quæ ab Epirotis peculiari etiam studio culta. Ostendit id Iustinus, qui Laodamiam ad Dianæ fanum, Lib. XXVIII
 E tanquam asylû, confugisse dicit. quæ, cum nefario populi concursu interfecta esset, facinus à Dijs cum interitu penè totius populi vindicatû. nam sterilitatem, famemque, passi; & intestinâ discordia vexati, externis ad postremum bellis penè consumpti sunt. Miloque, Laodamiæ per-
 B corflu,

cuffor, in furorem verſus, nunc ferro, nunc ſaxo, in ſumma dentibus A
laceratis viſceribus, duodecimo die interiit. Auersâ parte victoria eſt a-
lata, cum coronâ in vnâ manu, & trophæum in alterâ. Fuere autem duo
trophæa à Pyrrho excitata; debellato Antigono, Macedonum Rege, &
Galatis. Arma quidem Galatarum Mineræ Ithoniæ; Macedonum verò,
In Atticis. Ioui Dodonæo conſecrauit, vt refert Pauſanias. ſed Plutarchus vnus
tantum trophæi meminit.

Θ Ε Σ Π Ρ Ω Τ Ι Ω Ν .

T H E S P R O T I A .

*Theſprotij vnde dicti. Dodonæum oraculum. Columba cur di-
catur reſponſa dediſſe. Æneæ donaria. Dodonæum æs.
Fons ἀναπαυομένῳ.*

NON ignobilis Epiri regio Theſprotia; quam à Theſproto quo-
dam ita dictam, ad Dionyſium Alexandrinum refert Euſtathius.
Hunc Laocoontis filium fuiſſe, Stephanus Byzantinus aſſerit. Apollodo-
rus inter numeroſam Lycaonis prolem Theſprotum recenſet. incolas
etiam vocatos fuiſſe *Αἰγεςαίης & Ἀμυμναίης. Ægeſteos Amymnaeos*, à
ducibus forte Aegæſto & Amymno, auctor eſt Stephanus Byzan-
tinus.

Antiquiſſimis ſæculis non obſcure fuere populi; ſiquidem Theſeus
& Perithous à Theſprotiorum rege, in Cichyro vrbe, quondam Ephy-
ra dicta, in vincula coniecti fuerunt, quod illius vxorem contra hoſpitij
ſacra conati fuiſſent rapere. Perithous quidem à ferociſſimo regis ca-
ne Cerbero diſcerptus fuit, Theſeus verò Herculis ope è vinculis libera-
tus; Homerus etiam refert Vlyſſem hoſpitio fuiſſe exceptum à Phædo-
Odyſſæe T. ne Theſprotiorum rege: In hac regione circa Cichyrum palus erat Ache-
ruſia, fluuius item Acheron, cocytus etiam ibi manat aquam voluens
valde inamœnam viſu. qua de cauſa probabile eſt, Homerum tum alia
de rebus inferorum auſum fingere, tum fluuijs etiam ab his qui in Theſ-
protia ſunt nomina impoſuiſſe.

Sed maximam regioni claritatem dedit Iouis Dodonæi oraculum.
vnde Pindarus, *θεſπρωτίδα Δωδώνην*, Theſprotiam Dodonam, vocat; & Ho-
merus, vbi de Theſprotis mentionem facit, Dodonæi oraculi meminit:
licet poſterioribus ſæculis, Strabone teſte, Molofforum iuri attributum
fuerit. Situm id erat in monte Tomaro, circa cuius radices centū fontes
ſcaturire Plinius refert ex Theopompo. Templum id Dodonæi Iouis à
Ca. CCXXV Theſſalo extructum tradit Iulius Hyginus, omniumque oraculorum,
quæ

A quæ in Græciâ fuere, vetustissimum fuisse auctor est Herodotus. De cuius origine variatvetustas. Alij enim geminas columbas ex Ægypto auolasse, vtramque nigram; vnam quidem, in Africam: alteram verò, Dodonam, in Epirum, venisse. quæ, fago insidens, humanâ voce præcepit, vt eo loci Ioui oraculum conderent. quæ verò in Africam euolauit; iussisse Afris, vt Ioui Ammoni etiam oraculum struerent. quod Silius Italicus etiam canit.

Lib. III.

*In gremio Thebes geminas sedisse columbas,
Quarum Chaonias pennis quæ contigit oras,
Implet fatidico Dodonida munere quercum.*

B Herodotus verò asserit, fœminas fuisse duas sacerdotes, à Phœnicibus In Ennet- auectas; quarum vna apud Thespyros venundata, ibi oraculum sub pe. quercu condidit: illamque eius interpretem fuisse. incolas verò illam vocasse columbam; quod, cum barbara esset, non absimile quid auibus sonaret. interiecto verò tempore columbam humanâ voce loquutam, quod Thespytiorum sermonem didicisset. Poëtæ verò hâc de causâ tradidere quercum vaticinatam fuisse, quod sub fago oraculum seruetur. Homerus.

Odissæ. I.

C *Τὸν δ' εἰς Δωδώνην φάτο Βήμηραι, ἔφρα θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψιπέμοιο Διὸς Βελλῶ ἐπακρότη.*
*Hinc autem in Dodonem dicebat ire, vt Dei
Ex quercu altâ Iouis consilium audiret.*

D Vnde & Valerius Flaccus Iasonis nauem Argo, *fatidicam* vocat, quod ex lignis Dodonæ siluæ compacta fuerit; licet Apollodorus tantum vnica tabulam ex Dodonæ lignis in prorâ habuisse dicat. Quo tempore verò oraculum id primò cultum in Græciâ sit, non conueniunt Scriptores. Eusebius xxxiii. Olympiade Græcos Dodonæ oraculo primum vsos scribit. quod minor; nam Homeri ætate, seu potius Troiano bello, id in vsu fuisse, supra ostendi. &, ne Poëtæ fides suspecta sit, confirmabo id grauissimi historici, Dionysij Halicarnasæi, testimonio. qui refert, Aeneam in templo Dodonæ Iouis crateras obtulisse; quorum adhuc suâ ætate aliquot exstabant, litteris antiquissimis insculptis, quæ Troianos muneris auctores testarentur.

Hic etiam duas columnas sublimes fuisse, auctor est Zenodotus; in quarum vnâ posita erat peluis ærea, in alterâ pensile pueri simulacrum, flagellum æreum manu tollentis: quoties autem vehementior ventus flaret, impulsæ scutica crebrius peluem feriebat, illaque percussa ad multum temporis tinnitum referebat. Plinius hoc tangit, licet aliquantum à Zenodoto diuersus, de sepulchro Porfennæ regis. *In summo orbis* Lib. xxxvi
æreus, & petasus vnus, omnibus est impositus, ex quo pendeant excepta catenis cap. xlii.
tintinnabula, quæ vento agitata longè sonitus referant, vt Dodonæ olim factum.

B 2

Vnde

Vnde parcœmia, Δωδωναῖον χαλκῆϊον, *Dodonæum æs*. quò videtur respexisse A
 Satyra VI. Iuuenalis.

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas

Pulsari —

Mirus etiam circa Iouis Dodonæi templum fons erat, quem *Ἀναπαύο-*
 Lib. II. *μενον* vocabant; de quo Plinius. *In Dodone Iouis, fons cum sit egelidus, &*
 cap. III. *immensas faces extinguit; si extinctæ admoueantur, accendit; idem meridie semper*
deficit. quâ de causâ ἀναπαύομενον vocant, *mox crescens, ad meridiem noctis ex-*
 Lib. VI. *uberat. ab eo rursus sensim deficit.* Huius rei causam apud Lucretium vide-
 bit curiosus lector. B

Nummi duo Pyrrhi regis sunt. Vultus est acer, nasus aquilinus, deniq;
 Alexandri magni genium aliquem exprimunt. qui nihil commune ha-
 bent cum vultu superioris tabulæ. auersâ parte vnus, quadrigam cum
 alatâ Victoria, ad curulem aliquam fortè victoriam respicit; alterius verò
 equitem habet, qui hostem confecit; in memoriam fortè alicuius pug-
 næ equestris.

B O Y Θ P Ω T I Ω N.

B V T H R O T V S.

Ab Heleno condita. Vnde illi nomen. Colo-
nia Romanorum. C

INTER Thesprotios, post Dodonam, præcipua vrbium erat Buthro-
 tus. Ptolemæo Buthrotorum sinus dicitur. nomen illi à Buthroto
 conditore. Alij verò, vt Teucer Cyzicenus apud Stephanum, ferunt He-
 lenum, versus occasum nauigantem, cum in Epiro ἀποβατήρια sacrificar-
 et, bouem victimarij manus effugisse, & per Pontum ad hunc vsque si-
 num peruenisse; hærente adhuc in ceruice vulnere, eoque loci moribun-
 dum procubuisse. Helenum, veluti fato quodam monitum, Buthroto ex
 facto nomen imposuisse. D

Sita autem erat vrbis in ore portus, quem Strabo *πηλώδη*, seu cæno-
 sum, dicit. locus verò est instar cherronesi, seu peninsulæ, egregiè à Ro-
 manis frequentatus. nam & illorum coloniam postea fuisse, ex Plinio
 constat. Virgilius in tumulo fuisse vrbem ostendit.

Lib. III.

Protinus ærias Phæacum abscondimus arces,

Littoraque Epiri legimus, portuque subimus

Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem.

Dionysius etiam Halicarnasseus dicit, Æneam cum socijs Buthroti por-
 tum tenuisse, atque hinc itinere duorum dierum Dodonen ascendisse,
 oraculi petendi causa. E

I. Qui-

A I. quidam, monti insistent, vnâ manu columnæ innititur; alterâ faciem gestat.

II. Pyrrhus rex ab vnâ parte; ab alterâ bos, humi procumbens; quem genu premit alata mulier, victoria fortè, atque vnâ manu cornu, alterâ verò nescio quid gerit. forte ad bouem alludit, qui loco nomen hic procumbens dedit, vt supra dictum.

ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΩΝ.

ΑΜΒΡΑΚΙΑ.

B *Corinthiorum colonia. Arte Troianum bellum condita. A Romanis obsessa. Signa omnia ablata, & mox restituta. Lis Deorum super Ambracia. Quidij locus à nemine intellectus explicatur. Iuno Regina, & Sceptrifera.*

C **I**llustris admodum Epiri vrbs erat Ambracia, siue antiquitatem eius, situm, vel opes spectes. ab Ambrace enim, Herculis nepote, Dexameni filio, ita vocata; vt grauis auctor asserit, Dionysius Halicarnasæus; vel, vt Stephano placet, ab Ambrace, Thesproti filio, Laocoontis nepote. cum prius Eponia, & Paralia, dicta esset. Strabo à Corinthijs conditam dicit, duce Cypselo, & Gergaso. Marcianus Heracleotes à Cypseli filio Gorgo ductam coloniam refert.

Μετὰ τὴν μολοπίαν ἐξ Ἀμβρακίας Κορινθίων Ἀποικίος ἐστίν. ὤκισεν δὲ ὁ Κυψέλης αὐτῷ πρῶτον παῖς Γόργος. —
Ab his Molossis Ambracia colonia est Corinthiorum, condidit quam Cypselo Primum creatus Gorgus.

D Inter Thesprotiæ vrbes à Goltzio numeratur, cui & Stephanus suffragatur. Ptolemeus verò inter Acarnanes recenset. sed prouinciarum limites non eosdem semper fuisse, quis tam hospes in historiâ est qui ignorat. sita autem erat vrbs in intimo nobilissimi sinus recessu, qui hinc Ambracius dicitur, loco admodum eminenti, & conspicuo. Sed lubet T. Liuij verba adducere, quibus Ambraciæ situm graphicè describit. *Ambracia tumulo aspero subiecta est (Perranthen incolæ vocant) vrbs, qua murus vergit in campos & flumen, occidentem, arx, qua posita in tumulo est, orientem spectat. amnis Arethon ex Acarnaniâ fluens cadit in sinum maris, à nomine propinque vrbis Ambracium appellatum, præterquam quod hinc amnis munijt, hinc tumulus, muro quoque firmo septa erat, patente in circuitu paulo amplius tria millia passuum. Arethon amnis nauigabilis, & ad comportanda, que vsui essent, opportunus, præter ipsa mœnia fluit.*

E Ante Troianum bellum videtur condita fuisse; siquidem auctor est

Dionysius Halicarnassæus, Æneam in Italiam nauigantem, Ambra- A
ciam adijisse: cuius rei clara vestigia adhuc suo æuo exstitisse, templum
nempe veneris, & sacellum Aeneæ, prope paruum theatrum, in quo vi-
sebatur parua statua, prisca operis, huic heroï consecrata, cui quotan-
nis sacerdotes victimas offerebant, quas illi Ἀμφιπόλιες vocabant.

Situs verò beneficio, & incolarum industriâ, ad insignem clarita-
tem postea peruenit. regio enim tota fertilis, & maris beneficio, am-
nisque oportunitate, vicinorum commercijs aptissima erat. vnde
Archestratus apud Athenæum, χαῖραν εὐδαίμονα, *felicem regionem*, vocat.
Thucydides verò omnium vicinorum bellicosissimos dicit Ambra- B
ciotas; varia enim cum finitimis bella gesserunt. bello enim Pello-
ponnesiaco Argos Amphiloichicum expugnart; sed Amphiloichij, A-
theniensium & Acarnanum copijs subnixi, Ambraciotas expule-
runt, & patriam iterum occuparunt. qui clade hac exasperati po-
tius, quàm fracti, magnâ suorum manu comparatâ, & Chaonum
auxilijs conuocatis, Argos iterum tentant. sed, cùm irritos suos cona-
tus animaduenterent, omnem in suburbanos agros iram vertunt, & re
infectâ donum rediere. infeliciter deinde tentatâ Strato, Acarnaniæ vr-
be, & nauali prælio circa Patras cum Peloponnensibus socijs à Phor-
mione, Atheniensium duce, superati, non tamen quieuerunt; sed, adultâ
hyeme, Amphiloichiorum agros infestis populationibus vrunt, & Ol- C
pas expugnant. sed non impune, nam paucos post dies à Demosthene,
Atheniensium & Acarnanum duce, circa Idomenen maximâ cæde per
insidias profligantur. auctor enim est Thucydides, maiorem toto Pe-
loponnesiaco bello cladem vni ciuitati non accidisse. vnde pax cum
Amphilochijs, & Acarnanibus, in centum annos statuta fuit. cum Mo-
lossis verò feliciter illos pugnasse auctor est Pausanias. cùm enim no-
cturnas insidias Ambraciotis Molossi parassent, accidit asellum, vicino
agro expulsus, procaci clamore asellam insequi; sequebatur rusticus,
qui asellum fustibus abigebat, obscuris & incompositis vocibus. qui-
bus perturbati Molossi, intempestiuè ex insidijs consurgunt. quibus D
detectis, Ambraciotæ summo impetu illos inuadunt, & magnâ cæde
fundunt, fugantque. quâ de causâ asinum æneum Delphis dedica-
runt. Magna deinde incrementa longâ pace sumpsit, præsertim post-
quam rex Pyrrhus in illâ regiam suam habuit. Sed postquam Ambra-
cia imprudenter se Ætolorum partibus applicuit, & Antiochi gratiâ bel-
lum cum P. R. gessit, magnis calamitatibus oppressa fuit. à M. enim
Liuus lib. Fulvio Nobiliore, Epirotarum suasu, qui vrbis felicitati nimiam inuide-
bant, obsessa fuit; sed magnis animis patriæ defensionem moliti sunt.
varijs enim assiduisq; eruptionibus machinas eius corruerunt, arietibus E
verò quassatos muros refecere, & nouum pro veteri summâ celeritate
obiecero. cumq; apertâ vi parum res procederet, cuniculis tentata est.
sed noua res aduersus illos, qui in cuniculis erant, excogitata; dolium à
fun-

A fundo pertusum, quâ fistula modica inferi posset, & fistulam ferream, operculumque ferreum, & plurimis locis perforatum, fecerunt. hoc tenui plumâ completum dolium, ore in cuniculum verso posuerunt. per operculi foramen, prælongæ hastæ, quas sarissas vocant, ad summouendos hostes, eminebant. scintillam leuem ignis, inditam plumæ, folle fabrili ad caput fistulæ imposito, flando accenderunt. inde non solum magna vis fumi, sed acrior etiam fœtor quodam nidore ex adustâ plumâ, cum totum cuniculum compleisset, vix durare quisquam intus poterat. tandem, intercedente Aminandro, Athamantum rege, qui multum temporis Ambraciæ exulauerat, vrbs dedita est: & Consuli corona aurea centum & quinquaginta pondo oblata; signa omnia ærea, marmoreaq; & tabulæ pictæ, quibus ornata ciuitas erat, sublata omnia, auectaque. Auctor est Plinius, sola figulina Zeuxidis opera relicta, cum fuluius Nobilior nouem Musas Romam transferret, annitente tamen M. Aemilio Consule, qui cum Fulvio simultates gerebat, Senatus consultum factum, vt Ambraciotis omnes res suæ redderentur, in libertate essent, ac legibus suis vterentur; portoria, quæ vellent, terrâ marique caperent, dum eorum immunes Romani, & Latini nominis socij, essent. Inter egregios ciues Cleombrotum habuit; cui cum nihil aduersi accidisset, è muris sese in mare præcipitauit, nimio immortalitatis amore percitus, postquam Platonis Phædonem, siue *De Anima* librum, legisset.

Lib. xxv.
cap. x.

I. Iupiter est ab vnâ parte, ab alterâ gryphes; cum dictione ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ.

II. Iupiter, nudo corpore fulmen iaculans; ab alterâ parte Apollo, radiato capite. Ambraciæ enim Σωτήρ Ἀπόλλων, *Seruator Apollo*, colebatur. Refert Antoninus Liberalis, Apollinem, Dianam, & Herculem, controuersiam quondam habuisse, in cuius potissimâ tutelâ esset Ambracia. Apollo sibi urbem vindicabat, quod pater esset Melanei, Dryopum regis, qui bello sibi totam subiecit Epirum, ac procreasset Eurytum & Ambraciam, à qua vrbi nomen: suo etiam monitu Gorgum, Cypseli fratrem, coloniam à Corintho Ambraciam deduxisse: varias etiam seditiones, & civile bellum, eâ in vrbe composuisse; quare ab Ambraciotis in publicis conuiujs *Seruator Pythius* inuocatur. Diana sibi deberi dicebat, quod Phalæcum tyrannum sustulisset. siquidem venanti tyrannocatum leonis exhibuisset, quem cum in manus sumpisset, lænam matrem è siluâ erupisse, & Phalæcum dilaniasse; Hercules non solum Ambraciam, sed & totam Epirum, ad se pertinere ostendebat; nam vniuersos Epirotas à se subactos fuisse, quo tempore coniunctis viribus Geryonis boues conati ipsi adimere. colonos etiam Corintho venisse, qui urbem tenerent; Corinthios verò omnes à se ortos esse. Hanc controuersiam, cum ad Cragaleum detulissent, Dryopis filium, virum iustum, auditis cuiusque rationibus, urbem Herculi adiudicauit. Apollo

Lib. Metamorph.
cap. 14.

Lib. xiii.
Metam.

iratus manu eum corripuit, atque in saxum mutavit, eodem quo stera- A
terat loco. ad hanc Deorum litem, alludit Ovidius.

Prætereunt vebti certatam lite Deorum

Ambraciam, versique vident sub imagine saxum

Iudicis, Aetiaco quæ nunc ab Apolline nota est.

Ita enim intelligendus est Poëta, quem nemo hæcenus interpretum as-
sequutus vnquam fuit.

III. Iuno Regina est, velato capite, cum scepro; vt aliquando in
Romanis nummis videre est. frequentius tamen hastam puram, & pa-
teram, gestat; Staius Papinius lib. x. *Sceptraferam* vocat. B

—— *ad patrias fusæ Pelopeides aras*

Sceptraferæ Iunonis opem, reditumque suorum,

Exposcunt.

IV. Pallas est, galeâ ornata, cū Pegaso ab alterâ parte. V. & VI. Mi-
notaurum habent. Miror sæpe, in Græcorum nummos ita frequenter
Minotaurum insculptum esse; cū Cretense hoc monstrum nihil ad il-
los spectaret. nisi fortè quidam originem suam ad Athenienses referrent,
atque ob Thesei memoriam, Minotaurum symbolis suis appingerent.
Adest in vno cancer, in altero tridens; quæ significant, mari appositam
urbem. C

A M Φ I Λ O X I Ω N.

A M P H I L O C H I I.

*Dissensus Auctorum super conditore Argi Amphilochoij. Ab
Ambraciotis imbuti institutis Græcorum. Distincti ab
Acaruanibus. Acheloi cum Hercule lucta.*

A V C T O R est Thucydides, Amphilochem, Amphiarai filium,
finito Troiano bello, quum se domum reciperet, statusque rerum, D
qui tunc Argis erat, summopere illi displiceret, venisse in Ambracium
sinum, ibiq; urbem condidisse, quam patriæ nomine Argos appellavit,
cognomento Amphilochicum, quæ totius Amphilochiæ caput erat.

Lib. III.
Biblioth.

Strabo verò refert Alcæonem, post Epigonorum aduersus Thebas
expeditionem, à Diomede in Ætoliam euocatum; cuius ope Ætoliam,
& Acarnaniam, sibi subiecisse. sed, proficiscente Diomede ad Troia-
num bellum, Alcæonem in Acarnaniâ remansisse, & Argos condidisse;
illudq; à fratris nomine Amphilochium indigetasse. Apollodorus
paulum ab his dissentit; nam Amphilochem, Alcæonis ex Mantone
Tiresiæ filium, Apollinis oraculo monitum, Argos Amphilochicum E
incoluisse memorat.

Urbs erat olim inter finitimas potens; quæ, cū multos post annos
varijs affecta esset cladibus, Ambraciotas sibi vicinos in consortium ad-
sciuit

A sciuit; linguaque tum primùm, & institutis, Græcorum incolæ vfi sunt. barbari enim hæcenus fuerant. progressu demum temporis ab Ambraciotis, ob similitates quasdam, Amphilochoj vrbe patriâ, contra omnes fœderis rationes, expulsi fuerunt. quâ de causâ illi sese suaque Acarnanibus dediderunt, aduocatisque in societatem belli Atheniensibus, duce Phormione, Argos expugnant, atque Ambraciotas diripiunt. quâ de causâ acre bellum inter Amphilochos & Ambraciotas exarsisse, tempore belli Peloponesiaci, auctor est Thucydides.

B Amphilochos Acarnaniæ partem quidam faciunt, sed Thucydides illos distinctos populos fuisse docet. Non negauerim tamen, posterioribus sæculis, vt Plinij ætate, in vnum Acarnaniæ corpus distinctos populos coaluisse, vt frequenter in historijs obseruatum.

I. Herculis caput, spolio leonino tectum. auersâ vero parte idem taurum apprehensis cornibus prosternit. quod ad luctum eius cum Acheloo amne referendum esse, certum est; de quâ Staius Papinius. Lib. III.

— & Herculeâ turpatus gymnade vultus
Amnis, adhuc imis vix truncam attollere frontem.
Ausus aquis, glaucoque caput submersus in antro,
Moeret; anhelantes ægescunt puluere ripæ.

C II. Pallas armata, & Pegasus ab alterâ parte.

A K A P N A N Ω N .

A C A R N A N I A .

Ab Acarnane, Alcmaonis filio, dicta. Curetis olim. A Telebois habitata. Soli Græcorum ad Troiam non profecti. Illorum fides, & constantia in aduersis. Cum Ætolis variè pugnarunt.

D **E** P I R I finis, vltimaq; regio, est Acarnania; quam ab Ætoliâ amnis Achelous, poëtarum fabulis nobilitatus, separat. Dictam ita ab Acarnane, Alcmaonis filio, referunt Thucydides, & Apollodorus. Alcmaoni enim, ob matris cædem profugo, Apollinis oraculum significauit, non priùs illum erroribus liberatum iri, quàm in illa regione locum sibi delegisset, quem sol necdum radijs suis illustrauerat, quando parricidium commisisset. qui aliquantulum consilij inops, tandem intellexit, circa Acheloi alluionem campos sibi commodos habitationi fore; quare circa Oenidas locum delegit, & à filio Acarnane regioni nomen imposuit. Plinius Curetim olim nuncupatam Acarnaniam dicit; cuius rei causam Strabo aperit. Cùm enim Curetes olim Chalcidem incoluissent, assiduoq; de Lilanto campo bellum gererent, hostesq; illos in bello anterioribus comis captarent, distraherentque, cæfariem ab occipite aluerunt, à fronte autem detonderunt, vnde ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, I. tonsurâ, κέρητας, *detonsos*, appellatos; atque postea in Ætoliam concessisse. cumq; Pleuronis

Lib. x.

Pleuronis loca deinde occupassent, trans Acheloum habitasse. vbi cum A
 intonsa seruarent capita veterum cladum memores, Acarnanes vo-
 cati fuerunt. priscis autem sæculis à Taphijs & Telebois habitatam Acar-
 naniam, refert Strabo; illique impositum Principem Cephalum, Deio-
 nes filium, ab Amphitryone. alij verò ferunt, nonnullos Lacedæmone
 venisse, qui cum Icaro, Penelopes patre, Acarnaniam incoluerunt, vbi
 ille ex Polycastâ, Lygæi filiâ, Penelopen, eiusque fratres, procreauit.
 Ephorus etiam addit, Acarnanes cum cæteris Græcorum ad Troiam
 non militasse; quâ de causâ Romanis olim persuasere, vt liberè suisque
 legibus viuendi ius illis esset; quod soli ex omnibus Græcis aduersus ma- B
 iores illorum, & generis auctores, nunquam arma induissent. vnde,
 cum bello Ætolorum premerentur, missi fuere legati à Romano sena-
 tu, qui Aetolis denuntiarent, teste Iustino, *vt presidia Acarnaniæ urbibus*
 Lib. XXVIII. *deducerent, paterenturque esse liberos, qui soli quondam aduersus Troianos, au-*
ctores originis sue, auxilia Græcis non miserant.

Auctor est Polybius, Acarnanes, vel in maximis periculis, summam
 honestatis habuisse rationem; semperque fuisse, publicè & priuatim,
 constantes, & libertatis amantes. cuius rei illustre exemplum ab illis edi-
 tum bello, quòd Scopas, Ætolorum prætor, Romanorum auspicijs illis
 intulit. nam cum cernerent Cleniadem Naxumque amissas, Romanâ C
 que insuper arma ingruere, irâ magis, & desperatione, quàm consilio,
 ad bellum se instruunt; coniugibus, liberisque, & senioribus supra LX.
 annos, in propinquam Epirum missis, ab xv. ad LX. annos coniurant,
 nisi victores se non redituros: qui victus acie excessisset, eum nequis vr-
 be, tecto, mensâ, laribusque exciperet; diram excreationem in popula-
 res, obtestationem, quam sanctissimam potuerunt, aduersus hospites
 composuerunt; precatique simul Epirotas sunt, vt, qui suorum in acie
 cecidissent, eos vno tumulto contegerent, adhiberentque humatis titu-
 lum; *Hic siti sunt Acarnanes, qui aduersus vim atque iniurias Ætolorum pro*
 Liuius lib. XXVI. *patriâ pugnantes occubuerunt.* Fama huius coniurationis Ætolorum impe- D
 tum retardauit, & Acarnanes ab impendenti discrimine conseruauit.
 Hæc vt laudanda sunt, ita & Aristotelem commouisse credo, vt de Acar-
 nanum Repub. libros aliquot conscriberet.

Variè cum Aetolis, & Romanis, postea gessere bellum; donec tan-
 de bello Macedonico, debellato Philippo ad Cynoscephalas, L. Quin-
 ctus Flaminius, T. Frater, expugnatâ Leucade, quæ caput gentis est,
 Acarnanes in deditioem accepit. Precipua illorum vrbes erant secun-
 dum Ptolemæum, Ambracia, Actium, Leucas, Azelia. Strabo, præter
 dictas, Pælærum & Alyziam; Liuius verò, Naxum & Cleniadem adiun-
 git. Cum Messenijs etiam bellum illis fuit. cum enim hi Oeniadas oc-
 cupassent, irritati Acarnanes, omnibus viribus in illos consurgunt, & E
 Oeniadas obsidione cingunt. octauo demum mense, deficientè iam
 annonâ, Messenij clanculo intempestâ noctu vrbe excedunt. Acarnanes,
 re co-

A re cognitâ, illos persequuntur, & trecentos conciderunt, atque ita rursus Oeniadas in suam potestatem redegerunt.

Cum Aetolis postea etiam bellum gesserunt, quod secundâ adeo fortunâ ab illis gestum fuit, ut parùm abfuerit, quin Calydonem, aliaque oppida quædam in potestatem suam redegissent, nisi Agesilaus Aetolis opem tulisset; cuius aduentu territi, cum Aetolis pacem pepigerunt.

I. Minotaurus est, cum voce ΛΥΚΟΡΡΟΣ, aduersâ parte Apollo videtur sedens cum arcu, & lyrâ circa pedes. nam toto hoc tractu cultus erat magnus Apollinis, ob vicinum Actium, ubi templum eius celeberrimum.

II. Pariter ab unâ parte Apollinem, ab alterâ caput, leonis exuijs ornatum, quod Cassandri videtur esse.

Θ Υ Ρ Ρ Ι Ε Ω Ν.

THYRRIVM.

Est & Thyrrium Acarnaniæ oppidum, teste Stephano Byzantino; quod Polybius refert, ab Aetolis per insidias occupatum fuisse. Xenophon etiam lib. vi. Historiæ Græcorum refert Iphicratem, Atheniensium ducem, bellum Thyriensibus, fortissimis quidem viris, intulisse, qui oppidum egregiè munitum habebant.

Nummi nullâ explicatione indigent; Minotaurus enim, & Apollo, in ijs tantum conspiciuntur.

Α Κ Τ Ι Ω Ν.

ACTIVM.

Seruij lapsus super Apollinis Actiaci templo. Ludi Actiaci antiquissimi. Lencata. Pugna Actiaca. Ludi quinquennales. Colonia Romanorum. Nicopolis vrbs diuersa ab Actio. Templum Veneris Aeneadis. Gryphes Apollini sacri.

INTER Acarnaniæ vrbes, nulla Actio vel vetustate, vel nobilitate, comparanda est. Sita erat in ipsis sinus Ambracij faucibus. Thucydides olim regionis Anactoriæ fuisse tradit, vicinum enim valde Anactorio erat Actium, Apollinis imprimis templo nobilitatum, quod Seruius ad lib. III. ab Augusto conditum, ab eoque ludos Actiacos institutos, opinatur. sed perperam; nam ante Peloponnesiacum bellum fuisse hoc templum Apollini consecratum testatur Thucydides, imo longè vetustius fuisse, auctor est Iulius Hyginus; qui ex sententiâ Callimachi, ab Argonautis exstructum memorat. Ludi etiam Actiaci multo

multo tempore ante Augustum fuere hic celebrati. Strabo. *Actia quoque ipsi Deo prius, & a finitimis celebrabantur, & certantibus coronæ proponebantur, hæc autem ætate Cæsar Augustus honorificentius edidit, siquidem trieterici ludi solebant hic celebrari, Augusti vero ætate quinquennales.* Erat autem Apollinis Actij templum quodam in tumulo, ad maris ostium eminens; cui subiacebat campus, in quo locus Apollini sacer erat. Huc respexit Virgilius.

Aeneidos
III.

*Mox & Leucatae nimboſa cacumina montes,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.*

• Leucata enim mons est, Actio vicinus; subdit enim statim.

Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

Lib. VII.

Erant etiam hic naualia, ab Augusto exstructa; in quibus Cæsar unde viginti naues decimarum nomine reposuit, ab vno remorum ordine vsque ad deciremes; quæ postea omnes, vnà cum naualibus, incendio perierunt, vt auctor est Strabo. Dedicauerat hæc Apollini Actio Augustus, cuius potissimam numini victoriam naualem, contra Antonium & Cleopatram acceptam, referebat; vt ostendit Propertius.

Lib. IV.
Eleg. VI.

*Actius hinc traxit Phæbus monumenta, quod eius
Una decem vicit missa sagitta rates.*

Nec vllum nauale certamen videre maria, quo maioribus vnquam viribus concursum fuit; ac circa Actium. nam, teste L. Floro, *Quadringente amplius naues Augusto, ducentæ non minus hostibus. sed numerum magnitudo pensabat. quippe à senis in nouenos ordines remorum, adhæc turribus atque tabulatis alleuata, castellorum & vrbiũ specie, non sine gemitu maris, & labore ventorum, ferebantur. quæ quidem ipsa moles, exitio fuit. Cæsar's naues à triremibus in senos nec amplius ordines creuerant, itaque habiles in omnia, quæ vsus poscebat, ad impetus, & recursus, & flexus capiendos. illas graues, & præpeditas, singulas plures adortæ, missilibus simul, tum rostris, ad hæc ignibus iactis, ad arbitrium dissipauere.* Hæc victoria Augusto imperium dedit. In cuius rei memoriam non solùm Actij Apollinis ludos magnificentius curauit fieri, sed & templum maius extruxit, Dione teste, & coloniam ciuium Romanorum urbem ipsam effecit. In huius itaque victoriæ memoriam Augustus ludos Actiacos *πεντατηριῶδες*, qui quinto quoque anno celebrarentur, cum antea *τρετηριῶδες*, seu triennio singulo, solebant fieri. Erant autem Musici, Gymnici, & Equestres; quorum curam Lacedæmonijs commisit, vt auctor est Strabo.

Non procul autem ab Actico nouam urbem extruxit Nicopolim, in victoriæ suæ monumentum; traductis in illam multarum vicinarum vrbiũ incolis, quæ assiduis bellis exhaustæ erant. Video tamen à multis dubitari, num Actium, & Nicopolis, diuersæ fuerint vrbes, nec ne, nam Plutarchus videtur eandem urbem statuere, quod Cæsar eo loci Nicopolim extruxerit, vbi victoriam obtinuit. sed præposterè auctoris mentem interpretantur. nam Ptolemæus, Strabo, Pausanias, Plinius,

A Plinius, diuerfas statuunt. Plinius breuiter id, & clarè, more suo, ostendit. *In ore ipso (sinus Ambracij) colonia Augusti Actium, cum templo Apollinis nobili, & ciuitate liberâ Nicopolitanâ. Quid clarius?*

Actij etiam visebatur statua ærea viri, qui asellum agebat, ab Augusto dedicata. nam, cum ante pugnam Actiacam ante-lucano tempore Cæsar castris egressus esset, ferunt illi hominem obuiam factum, qui asellum agitabat; rogante autem Cæsare, quodnam illi nomen esset, respondisse, Euthycho; asinum autem Niconta vocari. Cæsar lætus omen accepit, eiusque rei memoriam, statuâ dedicatâ, posteris reliquit. Plutarchus in vita M. Antonij.

B Erat etiam hîc templum Veneris Æneadis, & Magnorum Deorum, ab Aenea conditum; quando Italiam petens, Actij substitit, vt narrat Dionysius Halicarnasseus.

Quid sibi velint in nummis aquilæ, aut vultures volantes, & apri caput, incertus sum. Vltimus nummus lyram & gryphem habet, symbolum Apollinis Actij. Gryphes enim Apollini sacras fuisse, Seruius docet. *Hoc genus ferarum in Hyperboreis nascitur montibus; omni parte leones sunt, alis & facie aquilis similes, equis vehementer infestæ, Apollini consecratæ.* Et Claudianus luculentè. Etlog. VIII.

*At si Phæbus adest, & frenis grypha iugalem
Riphæo tripodas repetens detorsit ab axe.*

N A Y Π A K T I Ω N.

N A V P A C T V M.

Naupaetum nunc Locris, nunc Ætolis, adscriptum. Doriensium colonia. Marcianus emendatus obiter. Messenij illud incoluere, mox à Lacedæmonijs eiekti. Diana Aetola.

D Ræposterè inter Acarnianas Naupaeto locum dedere tabulæ; nam à Ptolemæo Locris adscripta est, Straboni verò, & Stephano, Aetolis. Plinius etiam his fauit; Cur autem Auctores varient, Strabo docet. primò enim Locrorum fuit iuris, occupata mox ab Aetolis; itaque non antiquæ Aetoliæ limitibus includebatur, sed ἐπικτητῆς, siue post acquisitæ, pars erat: quibus accessit Philippi, regis Macedonum posterioris, iudicium: quo Naupaetus Aetolis adiudicata fuit. Colonia autem fuit Doriensium. Marcianus Heracleota.

Πρὸς τῷ ῥίῳ κείτῃ δὲ Ναύπακτος πόλις,
ἢ ἂν Δωρεῖς κλιζῆσιν οἱ σὺν Τιμίσῳ:

Naupaetus at situm oppidum in cacumine est.

Hoc Dorienses condidere; & Timesus.

Dicta autem fuit ἀπὸ τῆς ναυπηγίας, à compingendis nauibus; quod Heraclidæ illic classem compegerint, dum reditum in Peloponnesum moliantur:

liuntur siue, vt Ephorus scribit, primò Locri ibi naues suas fabricauerunt ^A ante Heraclidarum aduentum . Dorienfes enim, qui cum Aristomachi liberis in Peloponnesum transfretarunt, locum hunc delegerant ad ex-
 Lib. II. struenda nauigia. Vnde apud Marcianum *τίμενος*, non *τίμεσος* legendum; erat enim Timenus Aristomachi filius. Hunc Apollodorus refert mili-
 tum copias coëgisse, & Naupacti naues compegisse.

Vrbem hanc Athenienses, Locris Ozolis ereptam, Messenijs de-
 derunt incolendam; qui à Lacedæmonijs Ithomâ expulsi erant; quâ
 potiti, non solùm Lacedæmonijs, sed & Acarnanibus vicinis, A-
 theniensium hostibus, magnas clades intulerunt, & Oeniadas oc-^B
 cuparunt. bello etiam Peloponnesiaco, Naupactum tanquam pro-
 pugnaculum exhibuerunt. Vnde in Peloponnesum commodissimè
 excursiones fierent: sed, postquam ad Aegospotamos nauali pugnâ
 à Lacedæmonijs, duce Lyfandro, Athenienses superati essent, vi-
 ctore Naupactum inuadunt Lacedæmonij, & Messenios iterum eij-
 ciunt. Hinc factum, vt Locri patriam iterum recuperarent. Duran-
 te etiam Peloponnesiaco bello, cùm Peloponneses, duce Eurylo-
 cho, magnis copijs Naupactum inuasuri essent, Demosthenes, dux
 Atheniensium, repentè copijs in urbem ductis hostes elusit; ita vt ^C
 ne tentatâ quidem obsidione re infectâ discesserint. In Ætolorum
 postea iura concessit, & bello Ætolico à M. Acilio obsessum fuit; &
 ni T. Quintius intercessisset, expugnata foret.

Aesculapij hîc celebre templum fuit, à Phalyfio extructum; qui,
 cùm grauiter ex oculis laboraret, ab Aesculapio Epidaurio, per ta-
 Pausanias
 Phocicis. bellam illi missam, repente curatur. quare, beneficij memor, tem-
 plum illi condidit.

Patrum etiam memoriâ prope hanc urbem, quæ nunc Lepanto
 dicitur, memorabilis illa naualis pugna fuit; in quâ Christiani, du-
 ce Ioanne Austriaco, Ottomannos maximâ clade affecerunt; vt re-^D
 centiorum historiæ testantur. Nummus hic Dianam refert, vena-
 tricis habitu, sagittantis specie, cane comitam. refert enim Pau-
 In Phocicis. sanias fuisse hîc templum Dianæ extructum, & Deæ simulachrum
 in illo ex candido marmore, iaculantis specie. vocata autem Dia-
 na Aetola. Ab auersâ parte, aper fugiens, cum dictione, ΑΓΑΣΙ-
 ΚΛΗΣ ΕΦΩΡΟΥ.

A I T Ω Λ Ω N.

Æ T O L I A.

*Ætolus Endymionis filius. Aetolia duplex, ἀρχαία καὶ ἐπίκτη-
τῶ. Cur Euripidi μιξοῦ ἀξέβαροι. Optimi funditores.
Illorum virtus aduersus Gallos. Libertas illis
à Romanis adempta. Achelous amnis.*

Æ T O L I A M ab Acarnaniâ ab Occidente Achelous amnis diri-
mit, à Septentrione ad Coracem montem porrigitur, ad Orien-
tem verò Locros Ozolas vicinos habet, meridionale verò eius latus si-
nus Ionius, siue Adriaticus, alluit. Dicta prius Hyantis, Stephano teste;
Curetis etiam dicta, sed ab Aetolo postea, Endymionis filio, nomen
habuit. Is cum Pisis Apim, Phoronei filium, occidisset, in Curetidem
terram aufugit; incolas autem cum prælio vicisset, in Acarnaniam abire
compulit, atque regionem ipsam Ætoliam vocauit. Marcianus. Strabo.

μετὰ τῆς Ἀκαρνανίας μὲν ἔς' Αἰτωλία,
Ἐξ Ἡλίδος λαβῆσα τὴν Δατοικίαν.
Κέρητις αὐτῶν γὰρ κατώκεν το πρῶτον.
Ἀφικόμω δ' Αἰτωλὸς ἐκ τῆς Ἡλίδος
Αἰτωλίαν ὠνόμασεν, ἐκείνης ἐκβαλὼν.

*Nimirum Acarnanas sequitur Aetolia,
Coloniam quæ accepit olim ab Elide.
Curetes ipsam namque tenuere antea.
Aetolus at princeps profectus Elide
Aetoliam pulsus vocauit hostibus.*

D Regio ipsa bifariam olim diuisa fuit, Strabone teste; in ἀρχαίαν
videlicet, siue antiquam; & ἐπίκτητον, id est, post acquisitam. Anti-
quæ ab anne Acheloo vsque ad Calydonis littus, quæ plana & fructife-
ra erat. Epictetos verò aspera erat, & sterilis, Locris vicina, Naupaetum
& Eupalium vsque se extendit. diuisa etiam in Pleuroniam, & Calydo-
niam regionem. Ætolo enim filij ex Pronoë, Phorbi filiâ, Pleuron, &
Calydon, nati fuerunt; qui cognomines sibi vrbes fundârunt. ex quo-
rum posteris fuere Thestius, & Oeneus; ille Pleuronem incolebat, hic
Calydonem. orto deinde bello inter Thestias & Meleagrum, Oenei
filium, ob spoliū apri Atalantæ donatum; maximis cladibus vtraque
vrbs affecta fuit. Preter verò has vrbes, celebres etiam fuere, Olenus,
E Stratos, & Chalcis, (quæ longè diuersa est ab Euboicæ Chalcide) Ara-
chius, & Onias. magnis tamen incrementis temporis lapsu Aetolia au-
cta fuit; nam & Naupaetum, Amphilochos, & Thessaliæ quædam lo-
ca, oc-

ca, occuparunt; vt ex oratione Philippi, Macedonum regis, apud T. A. Flaminium habitâ constat. Bellicâ olim gloriâ claros fuisse Aetolos, nec Homerum fugit, qui *μενεχάρμας*, seu *promptos ad bellum* vocauit; Sed moribus parum humanis fuere, & qui societatis iura parui penderent; vnde & ab Euripide *μειξοβάρβαροι*, nuncupantur. quâ de causâ Philippus oratione illâ ad T. Flaminium non omnes Aetolos esse Græcos ostendit: Thucydides etiam nonnullos Aetolorum *ὠμοφάγος* dicit, quod cruda carne vescerentur; quod valde barbariem sapit. Leui autem armaturâ maximè pollebant, quod pugnâ illâ contra Athenienses prope Aegiliam patuit; vbi Demosthenem, illorum ducem, cum grauis armaturâ militibus inter montes deprehensum, leui suâ armaturâ magnâ clade affecerunt. Habuerunt autem optimos funditores, vt in Eliacis obseruauit Pausanias; singulari enim prælio Degmenum Eleum, Pyrachmes Aetolus funditor superauit. longiùs enim fundâ iaculabatur, quàm alter arcu.

Bello verò Delphico egregiè illorum virtus inter omnes Græcos enituit; quo tempore Gallorum immensæ copiarum, duce Brenno, vniuersam penè Græciam non inani spe deuorauerant; nam & maximas lectissimasque copias ad Thermopylas miserunt, adeo vt Gallis nec spes nec animus fuerit, claustra hæc perrumpere, manentibus ibi Aetolis. quare missis XL. suorum millibus in Aetoliam, illos ad penates suos tuendos reuocarunt; sed tantâ fortitudine patriam suam defenderunt, non solum viri, sed Aetolæ mulieres, vt vix dimidia Gallorum pars in castra remeauerit. quo periculo liberati, statim Delphos copias suas miserunt, & magnam cladem Gallis intulerunt.

Libertatis verò inprimis studiosi fuerunt; quam illibatam maximis Græciæ bellis conseruarunt. & certè mirandum, quo pacto vel Atheniensium potentiam, aut Spartanorum dominationem, inter tot Græciæ populos potuerint euadere. Romanis postea, bello aduersus Philippum, Macedonum regem, egregiam operam nauarunt. Sed cum præmia, confecto bello, minora spe suâ accepissent, Antiochum Romanis armis implicauerunt. quo victo, soli aduersus Romanos, & viribus impares, & auxilio omni destituti, tanquam prædæ expositi remanserunt. nec multo post, varijs cladibus attriti, libertatem, quam tot sæculis intactam conseruauerant, feroci suâ vecordiam amiserunt.

Refert Polybius, Aetolos moribus adè agrestibus fuisse, vt nec odij, nec amicitiarum, iura æstimarent. vnde apud illos lex inualuerat, *Lib. αἴγειν λάφυρον ἀπὸ λάφυρος*, *capiendi spoliū ex spolio*. consueuerant enim non eorum tantum, quibus cum illi bellum gererent, agros infestare; sed etiam, si quando alij inter se bellum gererent, qui sunt Aetolorum socij & amici, vt Aetolis ius sit, nihilo secius apud vtrosque

A utrosque, publica demptâ authoritate, militare, & ditionem vtrorumque agere, ferreque.

Augusti verò ætate Ætolia magnâ ex parte desolata fuit; fortè quod Pausanias in Achaicis incolæ ab Antonij partibus stetitissent. magnum enim incolarum numerum Nicopolim traduxit, atque ornamenta vrbiunî alijs, de se benè meritis; donauit.

Nobilitata autem fuit Acheloo amne, Poëtarum carminibus celebri; quem olim Axenum, postea Thestium vocatum refert Plutarchus. Sed Lib. de Flum. & montibus. Straboni, & Stephano, Thoas dictus. **B** Nixerat vetustas Achelooom Deianiræ, Oenei filia, nuptias ambiisse, & cum Hercule in luctæ certamen descendisse; qui licet se in varias formas induisset, superatum tamen, & vno cornu spoliatum, fuisse; quod Naiades nymphæ omnigenis fructibus repletum postea sacrarunt, atque Amaltheæ cornu vocatum. Hercules id Oeneo, focero suo, muneris maritalis loco dedit. Strabo, & Diodorus Siculus, interpretantur, Herculem in Oenei gratiam, Acheloum amnem, qui serpentis in morem obliquè flueret, & multa damna agris inferret, aggeribus, & varijs incilijs, coercuisse; atq; ita fœcundos agros reddidisse, & omnium rerum copiâ abundantes, non secus atque Amaltheæ cornu.

C I. Hercules Centaurum clauâ conficit. nota enim est Herculis cum Centauris pugná in monte Pholoë.

II. Philippus Macedoniae Rex videtur esse. auersâ parte venatoris habitu quidam, cum hastâ, & petaso. Ætolos enim venationi deditos fuisse, palam est. Inter Augusti nummos Apollo etiam cum tali petaso spectatur, sed cum lyrâ.

III. IV. Mercurius cum petaso, sed sine pinnulis.

K A Λ Y Δ Ω N I Ω N .

D C A L Y D O N .

Euenus amnis, Lycormas dictus. Apri Calydonij dentes Romam Augustus transtulit. Diomedes. Diana Laphria. Apollo Lathreus.

E TOLI filius Calydon huic vrbi nomen dedit, quæ olim inter præcipuas Aetoliæ annumerabatur. Sita erat ad Euenum amnem, qui prius Lycormas dictus fuit, vt Plutarchus & Apollodorus memorant. Nobilitatus fuit Nessi Centauri cæde; nam cum Euenus hybernis imbribus immensum excreuisset, vt Hercules cum Deianirâ coniuge trajcere fluuium nequiverit, Nessus, eius loci portitor, vadorumque peritus, transuchendam Deianiram suscepit, Herculemque nando sub- Lib. De Flum. & Mōtibus.

sequi iubet. Nessus, Deianirâ in alteram ripam transportatâ, vim illi in-
ferre parat; non tulit iniuriam Hercules, & Lernæâ sagittâ Nessum
transfodit. Vnde à Statio Papinio vocatur *Lycormas Centaurcus*.

Regnavit autem Calydone Oeneus, Tydei pater, qui cùm primitias
frugum Dijs omnibus, vnâ tantùm neglectâ Dianâ, obtulisset; irata
Dea, inusitatae magnitudinis

*Misit aprum, quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus.*

Qui cùm agros passim vastaret, pecora & agricolas tolleret, Oenei fi-
lius Meleager, damnis commotus, strenuissimos Græcorum Princi-
pum conuocat, vt feram persequantur, cuius pellis pulcherrimi faci-
noris præmium erat propositum. ipse Meleager aprum confecit, pel-
lem Atalantæ dono dedit, quod prima feram fauciasset. Hinc ingens
cum Thestiadis bellum; & cùm Thestij filios, Altheæ matris suæ fratres,
obtruncasset, in humanis esse desijt, vt auctor est Apollodorus. Sed O-
uidius fatali stipite, à matre in vindictam fratrum cremato, illum ob-
ijisse narrat. Apri autem Calydonij dentes, vt inusitatae magnitudinis,
ad Augusti vsque Cæsaris tempus Calydone seruati fuerunt; qui Ro-
mam illos transtulit. quorum vnus in Bacchi templo in hortis Impe-
ratorijs, alter in foro Augusti seruabantur; longitudine dimidiam
Paus. in
Arcadici. vlnam adæquabant. Oeneus fato functâ Altheâ, ex Peribœâ, Hippo-
noi filia, Tydeum habuit; qui, interfecto fratre, vel, vt Apollodorus,
auunculo, aufugit Argos; & ducta vxore Deiphyle, Adraستي filia, Dio-
medem genuit. Tydei fortitudo bellica Thebano bello egregiè pa-
tuit. illo autem cum alijs ducibus in acie cæso, Diomedes cùm cæteris
principum filijs, qui Epigoni dicti, paternas vlturi cædes, Thebanis
bellum inferunt; & duce Alcæone, Amphiarai filio, illos collatis sig-
nis fundunt, fugantque, & Thebas diripiunt. bello verò confecto,
Alcæon cum Diomede societate initâ, Oenei hostes profligat, ac
Diomedi Calydonem tradit; sibi Acarnaniam seruauit. Successit in-
terim Troianum bellum, ad quod cum Agamemnone profectus
Diomedes, multa ibi præclara facinora edidit. Homerus verò in Bœo-
tiâ refert, Thoanta cum Aetolis ad Ilium venisse, (cui post Oenei &
Meleagri obitum commissâ erat Aetolia. qui Thoas erat Andramonis
filius, ex Herculis filiâ natus) Diomedem verò cum Argiuis: quod cum
Strabone pugnat. Finito autem bello Troiano, cùm ad suos incolu-
mis redijisset; vt Aegialen vxorem à Cylabara, Stheneli filio, adulterio
corruptam audiuit, Calydonem redire noluit; sed conscendens naues,
in Apuliam delatus, Argyrippam condidit; quæ priùs Argyrohip-
pium dicebatur, vt auctor est Seruius. Tzetzes verò ad Lycophronis
Cassandram, refert Aegialen à Cometâ, Stheneli filio, corruptam,
Diome-

A Diomedem voluisse post reditum interficere; qui, cognito periculo, confugit ad aram Iunonis Argiæ, vbi religione loci seruatus, in Ita- Lib. XI. liam discessit. Sed Seruio fauet Virgilius.

Inuidisse Deos, patrijs vt redditus oris

Coniugium optatum, & pulchram Calydonæ, viderem.

Nusquam enim Argiæ ciuitatis meminit, vt Tzetzes facit; siquidem Argos, Strabone teste, Agamemnoni ante Troianam expeditionem parebat. Calydonijs fuisse magnâ in veneratione simulacrum Dianæ Laphriæ, quod à viro Phocensi Laphrio, Castalij F. Adelphi nepote, ibi dedicatum fuit, vnde & nomen habuit, vt auctor est Pausanias. alij vero referunt, Dianæ indignationem aduersus Oeneum temporis progressu Calydonijs factam fuisse *ελαφροτέρην*. I. *leuiorem*, vnde dicta Laphyria. Simulacrum autem referebat venantis speciem, ex ebore & auro confectum à Menæchimo & Soida Naupactijs. Hoc simulacrum post Actiacam pugnam Augustus, cum alijs Calydoniorum spolijs, Patrensibus dedit; illudque Pausaniæ adhuc æuo Patris in arce seruabatur.

C Nummus Calydonis ab vnâ parte habet Apollinem cum citharâ, innixum columnæ; quem puto esse Lathræum Apollinem. auctor enim est Strabo, prope Calydonem Lathræi Apollinis templum fuisse. Ab alterâ parte tripus, quem forte *πρόδικος Παλαμίδης* illi Deo consecrauit.

Λ Ο Κ Ρ Ω Ν.

L O C R I.

D *Ozola Locri coloni Epicnemidiorum. Cur Hesperij. Vnde dicti Ozola. Ad Thucydidis ætatem Barbari.*

L Ocrorum quatuor sunt genera, Epicnemidij, Opuntij, Ozolæ, & Epizephyrij. Epicnemidij Bœotiæ & Phocidi vicini sunt; ita dicti à Cnemide monte, Oeteis & Maliensibus iugis contigui. Opuntij vero, ab Opunte Metropoli, quos & Strabo Epicnemidiorum partem facit; de quibus suo loco. Epizephyrios verò Ozolarum colonos ferunt, qui in Italiâ iuxta Zephyrium promontorium sedes occuparunt; de quibus in Magnâ Græciâ abundè dictum. In Africâ etiam Locros habitasse, auctor est Virgilius lib. II. *Lybicon habitantes littore Locros.*

Hos Dionysius Afer cognominat Zephyrios, eosque ad Atlanticum Oceanum collocat.

Ozolæ autem Locri, de quibus nunc sermo, vicini erant Ætolis; qui ab Opuntijs, & Epicnemidijs, monte Parnasso distinguuntur: ita ut in orientem ad Euboicum mare illi habitent, Ozolæ verò ad occidentem. Hos verò colonos Epicnemidiorum facit Marcianus.

Ἐπειτ' ἀπ' Ἀιτωλῶν παροικεῦσι Λοκροῖ,
Ὅς Ὀζώλας καλεῖσιν, δῆτοίκες γινόμενες,
Ἀπὸ τῶν πρὸς Ἑβροῖαν Λοκρῶν ἐστραμμένους.

*Propinquam at Ætolis plagam Locri accolunt,
Quos Ozolas vocant coloni scilicet,
Locrorum ad Eubœam antea qui cesserant.*

Strabo lib.
ix.

Quia verò ad occiduum montis Parnassi habitabant latus, vocati etiam fuere Hesperij, siue occidui Locri; quâ de causâ & Hesperum stellam publico ciuitatis sigillo impressam gestabant. Præcipuæ horum vrbes à Ptolemæo referuntur Molycrìa, Anthyrium, Euanthia, Chaleis, Amphissa, & Naupactum, quæ Actolis postea contributa fuit. Horum verò Locrorum in nauium catalogo nullam mentionem fecit Homerus, cum tantum Opuntiorum & Epicnemidiorum vrbes ibi recenset. Seruius tamen lib. III. Aeneidos refert, Ozolas cum cæteris Locris in classe Aiæcis Oilei fuisse; atque post naufragium, quod circa montes Caphareos accidit, tenuisse Pentapolim in Lybiâ; de quibus etiam legitur, quod delati Tumeiam vlteriùs accesserint; urbemque condidisse, quæ nunc Vzalis dicitur. Vocati autem Ozolæ, teste Strabone, quod cum circa Taphossum collem tumulus sit, in quo Nessus cum ceteris Centauris sepultus fuit, ex quorum tabo crassus humor defluens intolerando fœtore vicina loca inquinauit, vnde à graui

In Phocis.

odore incolis Ozolarum nomen. Pausanias verò, alias huius nominis causas aperit. Orestis, Deucalionis filio, cum ijs in locis regnaret, caniculam ferunt lignum pro catulo peperisse; quo ab Oreste defosso, in eunte vere aiunt vitem enatam, & à ligni ὄζοις id est ramis, nomen hominibus inditum. vel à fluuij cuiusdam graui odore, qui fines illorum attingit; vel ab asphodeli herbae copiâ, quæ graui odore floret; vltima verò, & maximè probabilis, causa, quod incolæ lanificij rudes, nec vestium contexendarum periti essent crudis ferarum pellibus pro tegumentis utebantur, vnde & grauem odorem exspirabant. Plutarchus verò dicit Pythonem draconem, ab Apolline sagittis confixum, in Locrorum regione computruisse; à quâ graueolentiâ Ozolis nomen mansisse. Sunt qui prorsus contrarium sentiant, à florum nempe fragrantia ita dictos, quod Locrorum regio illis egregiè abundet, è quorum numero Archytas Amphissæus fuit. nec à vero multum abhorreere opinionem hanc, vrbes Euanthiæ nomen ostendit, quam Plutarchus in Quæstionibus Græcis Hyanthiam videtur vocare.

In Problema.

Plinius

A Plinius verò, & Marcianus Capella, Ocanthem. Ozolæ autē inter Græcos vel ad Thucydidis ætatem barbarorū instar viuebant, yt & Aetoli, & Acarnanes: mutuò enim sese prædabantur. Bello autem sacro inter primos Græcorum cum Phocensibus dimicarunt, vlturi sacrilegium ab his in templum Delphicum commissum.

Nummus vterque Mineruam ab vnâ partē, & Pegasum ab altera habet.

Φ Ω Κ Ι Δ Ο Σ.

B

P H O C I S.

Phocis dicta à Phoco Ornithionis filio. In Daulide non nidulantur hirundines. Thessalos egregiè superant Phocenses. Delphicum templum spoliant. Bellum sacrum. A Philippo, Amyntæ filio, deuicti.

C **L**ocros sequitur Phocis, celebris olim regio, vel Delphico inprimis oraculo nobilitata. quæ ab oriente quidem Ozolis Locris, ab occasu Bœotix, à septentrione Helladi obiecta est, à meridie verò Corinthiacum sinum attingit. Dicta ita à Phoco quodam Corinthio. Marcianus.

*Εξῆς δὲ Φωκεῖς, ἧς δοκεῖ συνοικίσθαι
Φώκος, καπλῶν μετὰ Κορινθίων προτῆ,
γενεαλογεῖται Δορνύτα, τοῦ Σισύφου.*

*Mox deinde Phocenses, fuit queis conditor
Phocus, prius qui venit à Corinthijs,
Et originem habuit Dornyto de Sisyphi.*

D **S**ed Phocus hîc fuit Ornithionis filius, Sisyphi nepos, non Dornyti, vt Marciano placet. Pausanias in Phocicis. *Constat antiquissimis temporibus, Phocidem à Phoco, Ornithionis filio, nomen accepisse; plerisque visum erat, quod à Phoco, Psammates & Æaci filio, originem haberet; sed perperam. nam multos post annos, cùm regio Phocidis nomine vocaretur, Ægineta nauibus huc cum Phoco, Æaci filio, venerunt. Multæ in illâ quondam vrbes, & illustres, fuerunt; inter quas Delphi primum locum obtinent. succedit Elatia, quæ ab Elato, Arcadis & Eratûs Nymphæ filio, condita est; postquam is Delphicum templum à Phlegyæ irruptione tutatus est. Nec Daulis prætereunda. hic accidisse ferunt, quæ de Tereo, & Philomelâ, poëtæ fabulantur. sed ne omnino fabulosam historiam putemus, narrat Pausanias, in hâc vrbe hirundines neque pullos excludere, neque in tectis nidulari. Cyrtha etiam, Poëtarum versibus clara. Anticyrâ verò, hellebori nigri præstantiâ veteribus non ignota. Sed in viam redeo, non enim singula explicare officij mei, aut loci huius est.*

Vniuer-

Vniuersa autem Phocidis regio, præsertim quâ Cephiso amne rigatur, mirè est fœcunda; quod Seneca in Hercule Furente testatur.

Et omne quidquid vberi cingit solo

Obliqua Phocis.

*Pauso in
Phocidis.*

Incolæ verò bellicâ gloriâ, & fortitudine, conspicui fuerunt. ante enim primam Medorum in Græciam irruptionem cum Thessalis, equestri gloriâ claris, feliciter sæpe pugnarunt. cum enim primo prælio insigni strategemate illorum equitatum occultis foueis excepissent, & multos illorum trucidassent, redintegrato bello, maioribus copijs illos aggressi Thessali, primâ acie interfectis trecentis Phocensibus, tantus B illos terror & desperatio inuasit, vt vxoribus, liberisque, & quidquid preciosi illis esset, cum ipsis Deorum simulacris, in vnum collatis, ingenti exstructâ pyrâ, triginta custodes illis reliquerint; quibus imperatum fuit, vt, si quid aduersi Phocensibus in acie accidisset, iugulatis primò vxoribus, liberisque, cætera omnia igne corrumperent. tantusque ardor ex desperatione singulorum animos inuasit, vt egregiè se vicisse crederent, si non multi caderent. sed, dum honestam mortem quærunt, felicem sibi victoriam pepererunt, Thessalosque memorabili prælio fuderunt. Postmodum verò cum Græcis in pugna Plataensi aduersus Persas steterunt; licet primâ illorum inuasionem necessariò Persis C fauissent, quod primi tot hostium copijs expositi essent. Post Leuctricam verò victoriam, cum Thebani Lacedæmonios, & Phocenses, victos apud Amphictyones accusarent, illos ob occupatam Cadmæam arcem induciarum tempore; hos verò, quod magnam partem Cyrhæi agri, qui Apollini est consecratus, depopulati essent; cum victoris populi Thebani arbitrio iudicium exerceretur, tantâ pecuniâ Phocenses damnati fuerunt, quanta exolui non posset. qui veriti, ne fortunis omnibus spoliati, agros tandem etiam, coniugesque, amitterent; Philomelo duce, Olympiade c v templum ipsum Apollinis Delphici occupauere, tanquam Deo irascentes. inde auro pecuniaque instructi, D mercenarium militem vndique contraxere, bellumque Thebanis intulerunt. ad famam verò sacrilegij primi Locri concurrerunt, tanquam Deo suppetias laturi; sed à sacrilegis victi. hinc bellum graue conflatum; quod sacrum, & Phocense, dictum; atque in decimum annum productum fuit. in quo variâ fortunâ cum Thebanis, Locrisque, & cæteris Græcis, pugnarunt. Philippus tandem Macedo à Thebanis, Thessalisque, dux electus, bello huic finem imposuit. ille milites omnes, lauro coronatos, veluti Deo duce sacrilegos vlturus, in prælium eduxit. Phocenses, Apollinis insignibus conspectis, conscientiam sceleris territi, abiectis armis, metu vecordes, fugam capessunt, pœnasque violatæ religionis, sanguine & cædibus suis luerunt. duces certè omnes diuerso lethi genere interierunt. Philomelus inter præcipitia expirauit, Onomarchus in Thessaliâ cæsus, & patibulo postea affixus pepen-

*Iustinus
lib. viii.*

^A pependit: Phayllus lentis cruciatibus extabuit; cùm priùs in somnijs vidisset, se similem factum simulacro, quod Delphis dedicauerat maximus Medicorum Hippocrates; cuius à cute carnes defluerant, ita vt sola ossa essent residua. alij verò alijs casibus malè perierunt.

Sed sacrilegij hoc crimen, conati sunt postea nouis virtutibus dele-
re. bello enim, quo Galli, duce Brenno, vniuersam Græciam depopu-
lati sunt, Phocenses inter omnes tantà fortitudine, animique alacrita-
te, cum Gallis pugnarunt; vt maiorum suorum crimina illo die facillè
^B obliterauerint. Ab his Phocensibus colonia missa est in Asiam mino-
rem, quorum incolæ Phocaenses dicti; quam deduxerunt Philogenes
& Damon Athenienses, à quibus postea Massilia in Galliâ, nobilissima
vrbs, condita fuit.

I. Leonis caput lingua exerta, & Philippus rex videtur diademate
cinctus: sed, hæsitò adhuc. nam quid ille rex in Phocensium nummis,
cuius memoria apud illos nefasta, qui vires illorum afflixit, & vrbes e-
uertit.

II. Tripus est Apollini sacra. nam Delphicum oraculum in Phocide
erat. cur Aquila hic, quæ Ioui est sacra? infra de illa locus erit.

^C Δ Ε Λ Φ Ω Ν.

D E L P H I.

*Delphietiam Pitho vocata. Umbilicus terrarum orbis. Oraculi
Delphici initium. Coretas pastor. Tripus. Cortinae varia etymo-
logia; Virgines primùm oraculo præfectæ. Templum Delphicum
variè extructum. Cræsi donaria. Phlegyas. Sylla impune il-
lud spoliavit. Nero quingentas statuas abstu-
^D lit, & oraculi locum deleuit.*

^E **P** Ræcipua Phocidis vrbs Delphi, clarissimo olim Apollinis oraculo
celebris: ita dicta à Neptuni filio Delpho, quem Melanthe, Deu-
calionis filia, illi peperit. vel, quod Castalio Cretensi, ad coloniam
condendam misso, Apollo delphini insidens, vel in delphinem muta-
tus, duxerit nauem in Crissæum sinum, vt Isacius Tzetzes monet.
Sed Plutarcho probabilius visum, Cretenses, Delphino duce vsos, ab
Apolline misso; Cyrrham tenuisse. alij verò, Pythonem serpentem
Delphinum vocatum, quem sagittis Apollo confecit; unde etiam Del-
phinij illi cognomen; à quo etiam vrbs Pytho ab Homero vocata.

Siti erant Delphi in monte Parnasso, poëtarum vtriusque linguæ
præconijs notissimo; loco prærupto, & qui theatri speciem præbebat.
Veteribus persuasum erat, sitos esse Delphos non solum in medio
Græciæ,

*Lib. de sol-
lertia ani-
malium.*

Græciæ, sed etiam totius orbis terrarum; unde &, τῆς γῆς ὀμφαλόν, seu *A telluris umbilicum*, vocatum scribit Strabo, & inter Latinos Cicero, libro posteriore Diuinationum, citat hosce versus.

*O sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obsides,
Unde superstitionis primum euasit vox fera.*

Varro tamen libris De causâ linguæ Latinæ, negat Delphos esse medium terrarum locum; sed esse in ædæ foramen quoddam, tenfarij specie, quod Græci ὀμφαλόν dicunt. quod clariùs Strabo explicat. Δείκνυται δὲ καὶ ὀμφαλὸς τις ἐν τῷ ναῷ πεποιημένος, καὶ ἐπ' αὐτῷ αἱ δύο εἰκόνες τοῦ μύθου. *Monstratur in templo umbilicus, pendentibus ornatus vittis, cui duæ incumbunt imagines, unde fabula.* Pindarus certè fabulatur, Ionem, vt terræ spatium disceret, emisisse duas aquilas, vnâ ab Oriente, alteram verò ab Occidente; quæ hoc in loco simul conuènere; quod egregijs versibus Claudianus describit.

iii. Py-
thiorum.

*Iupiter, vt perhibent, spacium cùm discere vellet
Naturæ, regni nescius ipse sui.
Armigeres vtrisque duos, aequalibus alis,
Misit ab eois occiduisque plagis.
Parnassus geminos fertur iunxisse volatus;
Contulit alternas Pythius axis aues.*

Sed quia Delphi omne suum incrementum oraculo, quod ibi erat, acceptum ferunt; de illius origine, de templo, & donarijs, pauca ex multis delibanda sunt.

Lib. xvi.

Refert Diodorus Siculus, quâ tempestate inculti erant Delphi, consueuisse caprarum greges circa loca hæc pascere. ibi cùm capra quædam circa terræ hiatus (vbi postea templi adytum fuit) frequenter accederet, miris quibusdam modis exultabat, ac voce insolitâ afficiebatur, gregis pastor, quem Coretam vocat Plutarchus, admiratione ductus, loci situm spectatum accessit. illum statim perturbatio ingens inuadere, & futura stupentibus cunctis prædicere. quod vbi diuulgatum, frequentes eò accedere, tentandi causâ. qui cùm etiam enthusiasmo illo corripentur, creditum est, terrestre ibi oraculum esse. sed cùm plures ex diuino illo furore in præceps desilirent, misereque ita interirent; communi decreto statutum, vt virgo ad communem consulentium vsum deligeretur, quæ responsa proferret. quod vt citra illius perniciem fieret, machinam quandam curarunt imponi hiatus illi; cui virgo insistens, innoxie posset spiritum ex adyto accipere, & oraculum petentibus communicare. quia verò machina hæc tribus fulturis sustinebatur, ideò Tripus vocata est; cuius forma in numismatibus adhuc spectatur. Licet Lactantius Grammaticus ad primum Thebaidos putet, tripodem esse laurum, tribus radicibus præditam, Apollini consecratam, propter triplicem diuinationis vim, præsentium, futurorum, & præteritorum. sed nugas agit. Latinis verò Cortina dicitur. Seruius ad Virgilium. *Cortina, locus unde*

Lib. iii.

A oraculum datur: dicitur autem cortina, vel quod Apollinis tripus, corio Pythonis serpentis tectus sit; vel quod certa illinc responsa fundantur, tanquam certina; vel, quod verius est, quod cor illic vatis tenetur. aut, secundum Græcam etymologiam, ἐπὶ τὴν κόρην τέθει, id est quod extendat puellam, ut maior videatur: Multis verò annis virgines oraculi proferendi munere fungebantur, donec Eucherates Thessalus, visam virginem Pythiam præstantis formæ ardentissimè amavit, & raptam violavit. quâ de causâ sancitum postea, ut seniores fœminæ annorum ad minus quinquaginta vaticinandi officio fungerentur. Templum autem Delphicum variè extru-

B tum ferunt. (nam dirutum non semel fuit.) Antiquissimum ex lauro fuisse fama est, secundum verò ex fauis apum, earumque alis; missum verò illud ab Apolline ad Hyperboreos: alij verò à Ptera artifice illud ædificatum: vnde Ptera, seu ala, cognominatum; vel à Pteri, seu filice montanâ, quod herbâ illâ viridi templum tectum fuerit. Tertium vero templum æneum fuisse ferunt; quod quidam incendio absumptum, alij terræ hiatu absorptum ferunt. Quartum verò à Trophonio & Agamede ex saxo exstructum; quod incendio conflavit, primo anno Olympiadis LVIII. Vltimum verò, quod Pausaniæ ævo conspiciebatur, Amphictyones ex sacra pecunia ædificaverunt, architecto Spintharo Corinthio. Sed lubet templi situm ex Iustino audire.

Pausanias
in Phocias

Lib. XXIV.

Templum autem Apollinis Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe vndique impendente; ibi civitatem frequentia hominum facit. qui ad affirmationem vndique maiestatis concurrentes in eo saxo consedere: atque ita templum civitatemque non muri, sed precipitia, nec manu facta, sed naturalia presidia defendunt, prorsus ut incertum sit, munimentum loci, an maiestas Dei, plus hic admirationis habeat. media saxi rupes, in formam theatri recessit. Quamobrem horum clamor, & si quando accidit tubarum sonus, personantibus & resonantibus inter se rupibus, multiplex audiri, ampliorque, quam editur, resonare solet.

D *quæ res maiorem maiestatis terrorem ignavis rei, & admiratione stupentibus, plerumque affert. in hoc rupis anfractu, mediâ ferme montis altitudine, planicies exigua est, atque in eâ profundum terræ foramen, quod in oracula patet. ex quo frigidus spiritus, quodam velut vento in sublime expulsus, mentes vatum in recordiam vertit, impletosque deo, responsa consulentibus dare cogit. multa ibi & opulenta regum, populorumque, visuntur munera; quæque magnificentiam sui reddentium vota, gratam voluntatem, & Deorum responsa manifestant.*

Donarijs verò varijs, ditissimisque, ornatum fuisse templum, veterum historiæ luculentè docent: inter quæ Cræsi, Lydorum regis, longè eminebant. siquidem, teste Herodoto, misit is centum & septendecim aureos lateres, crassitudine palmari; quorum breviores trium palmorum, longiores sex erant. Leonem item aureum pondo decem talentorum, pateras item grandes duas, vnam auream, pondo octo &

D dimidij

*Pausanias
in Bœotia.*

dimidij talentorum; argenteam verò, sexcentarum amphorarum capacem. mitto cætera, ne legentibus tædium faciam. Vniuersa enim Græcia, vel decimas, vel manubias, Delphos mittebat; vt alias nationes præteream. quâ de causâ immensa ibi conditarum opum fama multos exciuit, vt templum spoliarent. Phlegyæ primi hanc expeditionem infeliciter tentarunt; sed continuis fulminibus, & grauissimo terræ motu, funditus deleti sunt. Eusebius verò in Chronicis à Phlegya quodâ templum incensum refert. Fuit hic Phlegyas Ixionis pater, cui filia erat Coronis, quam Apollo vitiauerat, ex eaque Aesculapium suscepit. quod pater dolens, Apollinis templum incendit. ille Dei sagittis est ad inferos intrusus; vnde & Staius lib. i. Thebaidos.

*Ieiunum Phlegyam subter caua saxa iacentem
Perpetuo premit accubitu.*

Perfæ etiam, duce Xerxe, Delphicæ gazæ inhiantes partim fulminibus, partim ingentibus faxis, è Parnasso monte deuolutis, miserè extincti sunt. Phocenses & templum occuparunt, & immensam auri & argenti vim in vsus belli consumpsere. siquidem, Diodoro teste, ad decem millia talentorum hinc abstulere, ab alijs verò traditum, non minorem hinc opum vim ablatam, quam ab Alexandro Magno in Persarum thesauris, deuicto Dario, inuentum. Gallis etiam magnæ hæ diuitiæ ad Delphorum expugnationem inuitamento fuere. duce enim Brenno supra sexaginta millia Delphos oppugnatum venere; sed incolarum virtute, & fœdâ tempestate, multi interierunt. terræ motu enim vehementi portio montis abrupta Gallorum strauit exercitum. dux ipse sacrilegorum Brennus, cùm dolorem vulnere ferre non posset, sibi ipsi necem consciuit. Vltimo tamen Sylla templum impune spoliavit, vt & alia Græcorum fana. accessit etiam postea insignis Neronis contumelia; quem refert Pausanias, quingentas æneas statuas deorum hominumque hinc abstulisse. addit etiam Dion, Cyrream regionem Apollini abstulisse, militibusque suis eam dedisse. quin etiam locum ipsum, vnde oracula petebantur, deleuit; multis hominibus ad adyti os interfectis. quod ego miror Plutarcho non venisse in mentem, libro quem *De oraculorum defectu* inscripsit.

Duo priores nummi Apollinem cum lyrâ ostendunt, & ab auersâ parte iuuenem, insidentem delphini. Ad vrbis originem respicit, quam supra tetigi. Castalium enim Cretensem Apollo, delphini insidens, in Crisseum portum incolumem deduxit; vt auctor est Isacius Tzetzes. Homerus hymno in Apollinem dicit, delphini specie Phœbum duxisse Cretenses Cyrream vsque.

III. & IV. Apollinem, & lyram, habet.

V. Apollo, & ab auersâ parte caput bouis.

VI. Iupi-

A VI. Iupiter cum fulmine, cum inscriptione, ΕΥΡΗΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΟΣ
 VII. & VIII. Capra ab vnâ parte, & cicada ab auersâ; fortè,
 quod capra primùm oraculum Delphicum manifestauit, vt ex Diodo-
 ro supra docui.

A X A I Ω N.

A C H A I A.

B *Achaia duplex. Olim dicta Ægialia, Sicyonia, & Ionia. Achæi
 Iones Ægialiâ expellunt. Illorum instituta Magnæ Græciæ
 populi amplectuntur. Dymæi auctores Achæici fœderis.
 Romanis suspectum caussa Achæici belli.
 Hadriani in Achæos beneficia.*

A Chaia olim duplex, quarum vna à Ptolemæo ipsâ Hellas, seu me-
 ra Græcia vocatur; quæ sub se complectebatur, Doridem, Hel-
 ladem, Locridem, Aetoliam, Phocidem, Boeotiam, Atticam & Mega-
 rim: altera in Peloponneso est, de qua impræsentiarum nobis sermo,
 C quamque solam Plinius celebrare visus est. incipit autem ab Isthmo,
 dicta prius Αἰγιαλὸς. seu Ægiala, propter vrbes toto littore elegantissimo
 ordine dispositas; licet Sicyonij ferant ab Ægialeo, Sicyoniæ rege, no-
 men illi inditum. Antiquissimis etiam sæculis Sicyonia dicta, quod Si-
 cyonum vetustissimo regno totus ille tractus parebat. Ionia verò mox
 dicta, ab Ionibus; quos Athenienses in Peloponnesum iusserunt colo-
 nias ducere. Constans inter scriptores fama est, Deucalionis filium Hel-
 lenem fuisse, qui circa Pythiam, regnum tenuit. Is maximo natu filio-
 rum imperium reliquit; reliquos hinc inde misisse, vt sedem quisque si-
 D bi vitæ deligeret. è quibus Dorus Dorienteses, Parnasso vicinos, à suo no-
 mine vocauit. Xuthus autem, assumptâ in matrimonium Erechthei A-
 theniensium regis filiâ, colonos in Tetrapolim Atticæ misit; cuius fi-
 lius Achæus cædem inscius patrans, in oram Laconicam confugit, & eius
 loci accolæ Achæos nuncupauit. Ion verò, eius frater, superatis Thra-
 cibus, Eumolpi socijs, ab Atheniensibus Reipublicæ gubernacula sus-
 cepit. Sed abundante multitudine, in Ægialeam coloniâ Ionum mis-
 sâ, regionem Ioniam vocarunt; illamque in xii habitationes di-
 uiserunt. Sed, cùm Dorienteses Heraclidæ in Peloponnesum redu-
 cerent, Achæi Lacedæmone, & Argis, expulsi fuerunt. qui missâ le-
 gatione ad Iones, sibi affines, petiere, vt consanguineos suos cum
 E rege suo Tisameno, Orestis filio, in partem agrorum recipe-
 rent. Iones, suspectam habentes Achæorum potentiam, spreue-
 re illorum postulata. quare armatâ manu statuerunt occupare,

Strabo
 lib. viii.

quod legatis suis negatum fuit. Collatis itaque signis Iones superant, A
 & totâ regione eijciunt; licet Tefamenum in acie fortissime præliantem
 amifissent: & regio à victoribus Achaia nuncupata fuit. Quæ cum ab
 Ionibus in XII. ciuitates eſſet diuiſa, ab illis eadem diuiſio ſeruata fuit.
 Erant autem hæ primæ Achæorum vrbes, Dymæ, Olenus, Pharæ, Tri-
 tia, Ripes, Aegium, Cecytina, Bura, Helice, Ægæ, Ægyra, & Pellene.
 Vixerunt autem Achæi à Tifameno ad Ogygum, ſeu, vt Polybius vocat,
 Gygem, ſub Regibus. deinde democratia introducta, & populari regi-
 mine adeo prudenter leges, & inſtituta, ſibi compararunt, vt etiam vi-
 cini populi illas expeterent. Auctor eſt Polybius, pleraſque Magnæ B
 Græciæ vrbes, deletis paſſim Pythagoreorum collegijs, cum inteſtiniſ
 ſeditionibus colliderentur, ad Achæos, conſilij cauſſa, confugiſſe; quo-
 rum inſtituta tanto conſenſu probauerunt, vt Crotoniatæ, Sybaritæ,
 alijquæ populi, Ioui ὁμορίῳ ædem dedicarint, vt in illâ publicos conuen-
 tus agerent; & Achæorum legibus uſi ſint. Incepit autem Achæorum
 nomen, & gloria, florere, deficiente Macedonum potentiâ. nihil autem
 antiquius ducebant, quam ſuæ totiuſque Græciæ libertati ſtudere. &
 licet per ciuitates habitabant, veluti per membra diuiſi, vnum tamen
 corpus habebant; & vnicum Prætozem. quare & ſingularum vrbiũ
 pericula communi conſilio, & iunctis viribus, propuſſabant. Huius au- C
 tem concordiaſ fundamenta, primi iecere Dymæi, Patrenſes, & Pharen-
 ſes, Olympiade CXXI V. quas ceteræ paulatim Achaiaſ vrbes imitataſ
 ſunt. In hoc fœdus deinde & aliaſ Peloponneſi vrbes admiſſæ ſunt; cu-
 ius rei primus auctor fuit Aratus Sicyonius, qui patriam, tyrannis erep-
 tam, Achæorum Reipublicæ coniunxit; vt & Corinthum, Megaram,
 aliaſquæ vrbes, illis ſociauit. Philopœmen demum Megalopolitanus
 fœdus illud conſummavit. Lycortas verò, alijque pauci, illud confirma-
 runt; vt multo tempore Reſpub. hæc floureret. Adeò verò bonis artibus,
 & concordiaſ egregiaſ, Achæorum imperium auctum fuit, vt nimiaſ illo-
 rum vires Romanis poſtea ſuſpectæ fuerint: non propter ſingularum D
 ciuitatum potentiam, ſed conſenſum egregium vniuerſarum. quare oc-
 cultis conſilijs conati fuere ſemper Achæorum corpus diſſoluere, &
 varias in partes diſtrahere; licet priùs Romanorum ſocij fuiſſent appel-
 lati, ac vtilem plurimis in bellis operam illis impendiſſent, præſertim
 bello Macedonico contra Philippum regem. Quærentibus igitur Ro-
 manis cauſſas belli, tempeſtiuè fortuna Spartanorum querelas obtulit,
 quorum agros Achæi, propter mutuũ odium, populabantur. Spar-
 tanis à ſenatu reſponſum, legatos ſe ad inſpiciendas ſociorum res,
 & demendam iniuriam, in Græciam miſſuros. legati, omnium ci-
 uitatũ principibus Corinthum euocatis, decretum ſenatus recitant; E
 expedire omnibus dicunt, ſingulaſ ciuitates legibus ſuis viuant, at-
 que vt dimittantur ex conſilio Achæorum vrbes, quæ nulla gene-
 ris propinquitate Achæos coniungerent. quod vbi populo innotuit,
 velut

Lib. 11.

*Polybius
lib. 11.*

*Iuſtinus
lib. XXXIV*

A velut in furorem versi, vniuersum peregrinum populum trucidant; legatosque Romanorum violassent, nisi inter tumultum trepidi effugissent. Romæ vbi hoc nunciatum, Mummio Consuli Achaicum bellum decernitur, quod toti Achaiaë luctuosum fuit; atque, euersâ funditus Corintho, popularis Achæorum status prorsus dissolutus fuit; ac censu coacti in posterum magistratum legere. in prouinciam etiam redacta, à Nerone postea libertate donata fuit, quam Vespasianus illis iterum eripuit. ab Hadriano verò beneficijs videtur postea maioribus affecta, quod ex nummo eius aureo colligo, qui in Muséo Ampl. Viri Nicolai **B** Rocoij spectatur, siquidem Imp. Achaiam manu subleuat, cum inscriptione, RESTITVTORI ACHAIÆ. plerasque enim prouincias Imperij Romani præfens obiuit, & inter illas Achaiam; vnde Spartianus. *Post hæc, per Asiam, & insulas, ad Achaiam nauigauit; & Eleusina sacra, exemplo Herculis, & Philippi, suscepit. multa in Athenienses contulit, & pro Agonothetâ resedit. Et in Achaiâ quidem illud obseruatum ferunt, quod, cum in sacris multi cultros haberent, cum Adriano nemo armatus ingressus est.* Vnde & Achæi illi statuam ex Pario marmore posuere, in templo Iouis Olympici, vt auctor est Pausanias in Eliacis. Obseruant etiam viri docti, Græciam licet per Proconsulem regeretur, quod tamen vocabatur ille Proconsul Achaiaë, quia Græcia deuicta fuerat, quo tempore principatum in illâ obtinebant Achæi. vnde semper posteris seculis Achaiaë nomen in honore fuit.

Achæorum numismata Iouem referunt, cum nota hac X. Argiuorum litteram A. & Epidauriorum E. Iupiter autem videtur hic in honore habitus. nam locus, vbi Achæorum consilia de Repub. habebantur, Ioui erat sacratus. Strabo clarè hoc. καὶ τὸ τῆς Διὸς ἄλσος τὸ Αἰνάρειον, ἔπερ Ἐπιδαύρου οἱ Ἀχαιοὶ, βασιλεύοντες ἐπὶ τῶν ἰωνῶν. Et dicatus Ioui locus, Ænarium dictus, *in quo Achæi, de Republica consultaturi, conuentum agitare consueuerant.* Nomina verò hic adiecta, nummis, ΜΥΡΤΙΑΟΣ, ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ. ΠΑΝΔΙΩΝ, **D** ΘΕΛΑΜΩΝ, Myrtibus, Callimachus, Pandion, Thelamon, forte sunt prætorum, vel damiurgorum.

Guido Pancirolli ad Notitiam Imperij. Lib. viii.

A I Γ I E Ω N.

Æ G I V M.

Olenia Capella. Conuentus Achæorum hîc habitus. Philopoemen transtulit aliò. Iupiter Homagyrius. Ceres Panachæa, & Achæa. Ilithyia, eadem cum Lucina.
Cur facem gestet.

E

IONES olim totam suam regionem in duodecim habitationes distribuerunt; quam cum postea Achæi occupassent, diuisionem quidem agrorum,

agrorum, ab Ionibus factam, seruarunt: sed cùm illi per pagos habitarent, hi, reductis septem vel octo populis in vnum locum, ciuitates ædificarunt, vt auctor est Strabo; quas XII fuisse numero supra dixi. inter quas recensetur Aegium, quod haustis mari Helice & Burâ, ad magnam claritatem postea peruenit; confugientibus eò incolis, qui tantæ cladi superfuerant. Celebritatem loci augebant fabulæ, Iouem hac in vrbe capellæ lacte nutritum fuisse, vt Aratus canit, qui illam Oleniam vocat.

Lib. II.

Ὀλενίην ἣ μὲν αἶψα Διὸς καλέεσθ' ἕποφῆται.

Oleniamque Iouis vates dixere capellam.

B

Vocatur autem Olenia, vel quod huic vrbi Olena vicina sit, vel ab Oleniâ Heniochi filia.

Alluit autem Aegiorum agros amnis Solinus, à quo nomen etiam habuit fluuius, qui Ephesinæ Dianæ templum præterlabitur. Pausanias tamen à Strabone dissentit; nam duos hîc amnes commemorat, Phœnicem vnum, alterum Meganitam. Viderint eruditiores. Magnum etiam Aegio incrementum dedit conuentus Achæorum, qui hoc in loco solebat celebrari, teste Polybio, & Strabone. qui mos etiam ad Pausaniæ vsque æuum durauit. Erat autem lucus in vrbe, Ioui dicatus, quem *Ἀνάριον* vocabant; in quo communis ille conuentus Reipub. Achæorum solebat agi. sed hunc morem primus labefecit Philopœmen, qui legem tulit; vt in omnibus ciuitatibus, quæ Achaici consilij essent, inuicem conuentus ageretur: atque anno ab V. C. CD. LXV. primo conuentum Argos euocauit, quamuis M. Fuluius Consul impensè Aegienfium causæ faueret.

C

Pausanias

Erat hic olim templum Iouis Homagyrij, ita dictum, quod hac in vrbe Agamemnon totius Græciæ principes congregauerit, vt communi consilio expeditio aduersus Priamum, & Troianos, decerneretur. Cereris etiam Panachææ templum hic erat, longè diuersum à Cerere Achæâ. illud enim nomen erat illi inditum, quod communi Achæorum consilio dicatum erat, omnibusque ibi sacrificare licebat, non secus ac quædam sacra Panionica, alia Panathenaica, quæ ab vniuersis Ionibus, aut Atheniensibus, solebant fieri. Achæa verò Ceres, teste Suida, dicebatur vel ob cymbalorum, tympanorumque, strepitum; vel ab eo luctu, vel anxietate, id est, ἀχρε, quem habebat, dum raptam Proserpinam inuestigauit. refert etiam Pausanias, templum hîc fuisse Salutis, cuius simulachrum nemini videre licebat nisi sacerdotibus. Moris illis erat bellaria à deâ accipere, atque illa in mare abijcere; quæ se dicebant Arethusæ mittere, quæ Syracusis est.

E

Hac in vrbe Aratus ille Sicyonius, qui Rempub. Achæorum ad summum culmen euexit, diem clausit extremum; in quâ & XVII creatus fuerat vniuersæ gentis Imperator.

Nummus

A Nummus hic est Iunonis Reginae, quod sceptrum indicat. In Romanorum nummis frequenter hanc formam occurrit, in Græcis rarius; sed inter Samiorum numismata hac formam conspicitur; & supra inter Ambraciotas. aversa parte mulier est, quæ dextram faciem ardentem gestat, sinistram manu sublatam, à capite ad pedes usque tenui panno tecta, quæ Ilithyia est Græcis dicta, eadem dea quæ Latinis Lucina; siue illa Diana, siue Iuno fuit. Horatius in Carmine seculari.

*Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres:*

B *Siue tu Lucina probas vocari,
Seu genialis.*

Ovidius.

Prepositam timidis parientibus Ilithyiam.

Esse verò hanc Ilithyiae effigiem, & habitum, Pausanias docet in Achaicis. *Ægij vetustum erat Ilithyiae templum, (interpretis Lucinam vertit) in quo simulacrum Deae erat, à capite ad pedes usque tenui panno tectum, alteram manum extensam gerit, alteram faciem attollit.* Nihil potest aptius ad nostrum numisma dici. Diodorus Siculus Iunonis filiam dicit esse Ilithyiam, quod & Hesiodus in Theogonia canit. Vocata autem est Ilithyia, *παρὰ τὸ εἰς τικτέσθαι ἐλεύθειν, quod ad parientes accedat.* Cur verò dextram manu faciem gestet, Pausanias causam reddit; quia partus doloris acutissimi sunt, & igni æquantur; vel quod infantes in lucem edat. apud Romanos verò, non est Lucinae hic habitus, sed ut in numismatibus Faustinae Augustae videre est, matronae stolatæ est imago stans, quæ dextra pateram, sinistram hastam puram tenet. I VNONI LVCINÆ, in alio etiam numismate spectatur eodem matronali habitu, cum puero in vlnis, & binis puellis adstantibus. Cur verò Diana Lucina à parturientibus, ut presentaneum numen, inuocatur, respondet Macrobius. *Quia proprium munus lucis est, distendere corporis rimas, & meatibus viam dare; quod accelerando partui salutare est.*

Lib. VII.
Saturn.

Π Α Τ Ρ Ε Ω Ν.

P A T R Æ.

Cur dicta Ἀρόν. Odéum ex hostium manubijs. Colonia ab Augusto ducta. Soli inter Achaeos liberi. Festum Dianæ Laphriae. Fons mirus, qui de agrorum salute, aut morte, iudicabat. Panachaidos Minervæ templum.

E

I N T E R primas Achaiae vrbes Patræ erant, quæ Ἀρόν, seu Aroa, dicta fuit, ab agricultura; quam scilicet Eumelus indigena suis

ciuibus primus ostendit. Acceperat hanc à Triptolemo; quem, ex Atticâ venientem, hospitio excepit: qui maximi muneris locò ferendarum frugum, & incolendæ vr̄bis, rationes docuit; quâ de causâ Aroam vocavit vr̄bem à se conditam. sed postliminio eiectis Ionibus ab Achæis, Patreus, Preugenis filius, Agenoris nepos, qui ab Amycla & Lacedæmone maiores deducebat, Aroæ mœnium ambitum auxit, atque vr̄bem de suo nomine Patras appellauit. Sita autem erat in longissimo Peloponnesi promontorio, ex aduerso Aetoliæ, & Eueni fluminis. Huius vr̄bis incolæ cum Dymæis & Pharensibus Achaici fœderis fundamenta prima iecerunt; quod Achæorum Reipub. maximum postea splendorem dedit. Patrenses etiam Aetolis soli ex omnibus Achæis suppetias tulere, oppressis Gallorum bello; quos cum prælio deuicissent, ex manubijs cæsorū hostium pulcerrimum Odéum, vicinum foro, cum Apollinis statuâ dedicarunt. sed cum hominum opinione maiorem multo cladem illo prælio accepissent, & paupertate insuper vulgus premeretur, paucis exceptis, Patras deseruerunt. Post Actiacam verò victoriam, Augustus Cæsar, Patras Coloniam duxit ex Romanis militibus, vnde in nummo æneo Augusti, COL. AVG. PATREN. *Colonia Augusta Patrensis*, legitur. quibus & Achæos Ryparum incolas, adiunxit, deletis Rypis. ex alijs etiam minoribus oppidulis, vel infrequenter habitatis, inquilinos huc deduxit; quod nauigationi, commercijsque, commodum hunc situm iudicaret. Solos etiam Patrenses inter Achæos iussit esse liberos, vt omnibus honoribus coloniam sam exornaret. Dirutâ autem Calydone, totâque Aetoliâ deuastatâ, inter cetera Calydoniorum spolia; Augustus Dianæ Laphriæ simulachrum illis dedit, quod summâ veneratione in arcis templo colebatur. Eius anniuerfarium festum mirabili ritu solebant celebrare, vt auctor est Pausanias. Ligna enim circa aram vndique apponunt viridia, quorum singula xvi. sunt cubitorum, in interiori parte aræ sunt siccissima. Primùm quidem Dianæ pompam celebrant magnificentissimam, & virgo sacerdos vltima inuehitur post pompam, ceruis currum trahentibus: postero die sacrificia instruunt, atque omnis generis volucres, quæ esui sunt, aræ iniiciunt; aliasque victimas, aprôs etiam, coruos, aliaque fera animalia, & hortenses fructus, altari imponunt: postea ignem pyræ subijciunt, & flammis consumunt. Fuit hic etiam fons, admiratione dignus, ante Cereris templum; qui res futuras nouo modo prædicebat. nec omnibus rebus oraculum hoc consulere fas erat, sed super ægrorum tantùm sanitate, aut interitu. Speculum enim, tenui funiculo alligotum, demittunt; ita librantes, ne altè sub fontem descendat; sed vt illius orbis aquam vtrumque perstringeret; voto deinde ad Deam factò, ac suffitu ritè adhibito, intuentur mox speculum, in quo ægrotum aut viuum, aut mortuum, intuentur. tanta autem fonti illi fides, vt rarò fallat, si Pausaniæ credimus.

Olim

A Olim etiam fuere Patris optimi funditores, vt & Ægij, & Dymis; qui à pueris in littore maris addiscebant fundis marinos fluctus petere. quorum operâ Gn. Fuluius, Romanorum consul, in Samæorum vrbs expugnatione adeo strenuam expertus fuit operam, vt illorum potissimum auxilio urbem occupârit. adeo enim certis ictibus propugnatores petebant; vt in muris paterentur neminem consistere. Athletas etiam habuit nobiles, & inter illos Chilonem; qui bis in Olympijs Liuius lib. xxxvi. luctâ vicit, semel in Pythijs, quater in Isthmijs, ac ter in Nemeis. Hic Paus. 1. Eliac. adeo populo ob virtutem dilectus fuit, vt in bello cæsum publico funere Achæi extulerint.

Sed maximam claritatem Patris dedit Diuus Andreas Apostolus, qui sub Ageate proconsule hic Martyrij palmam adeptus fuit.

Numisma vtrumque Palladem armatam habet cum noctuâ, hâc enim in vrbe templum erat Mineruæ Panachaidos, quod vniuerso Achæorum consilio frequentabatur; in quo visendum eius simulachrum ex auro, & ebore, vt refert Pausanias. In auersâ verò parte virile caput est, quod nunc diademate, nunc galeâ, instar pectinis striati, ornatum est. An hic sit Hercules, vel Patræus Heros, qui hîc colebatur, nihil certi ausim in tantâ caligine affirmare.

Ο Λ Υ Μ Π Ι Α Σ.

Ο Λ Υ Μ Π Ι Α.

Iouis Olympij templum; oraculo quondam celebre. Ludi Olympici. Iphitus primus Olympiadas instituit. Iupiter Orcius.

Hellanodica. Gymnici ludi. Pœna in mulieres lata.

Iunonium certamen. Porticus Heptaphonos.

Alpheus amnis. Mirum de eius aquâ.

Minerua etiam fulmen mittit.

D **A**CHAIÆ contermina est Eleorum regio, quam Epei quondam incoluerunt, urbium frequentia, & nobilitate, celebris; inter quas præcipuè eminebant Elis, Pisa, Olympia, & Pylos; sed cunctas nominis sui claritate superabat Olympia; quam tamen Stephanus Byzantinus primo Pisam fuisse dictam memorat; eandemq; olim Ἀρπιναν, *Arpinam*, ab Oenomai matrè Arpinâ, ex Nicatore docet nuncupatam. In vrbe fuit delubrum Iouis Olympij, cultu & vetustate eximium, ipso tamen simulachro, quod Phidiæ opus est, maximè nobile, ex ebore & E auro inusitatae magnitudinis id factum. Templum verò Ioui Olympio primum dedicasse Pelasgum, Triopæ filium, auctor est Iulius Hyginus. Sed Pausanias illud exstructum. putat ab Eleis, ex hostium spolijs, quo tempore Pisam euerterunt. Templi structura erat Dorica, ex Dorico

duro eius loci lapide; illius altitudo ad aquilam vsque sexaginta octo A pedum, latitudo nonaginta quinque, longitudo verò ducentorum & triginta. Architectus fuit Libon indigena. tectum erat non ex latere coctili, sed lapide, instar regularum, è lapidicinâ Pentelicâ exciso, cuius inuentor erat Byzas Naxius. qui Alyattis Lydi, & Aftyagis, Medorum regis, temporibus vixit. Hoc etiam in templo ex solido auro visenda statua fuit, à Cypselo Corinthiorum Tyranno dedicata, vt auctor est Strabo. Initio quidem ex Iouis oraculo magna fuit templo conciliata claritas; eoque deficiente, remansit tamen templo fama, vel potius adaucta est, ludorum Olympicorum causâ; quos nobilissimos totius Græciæ fuisse, vetustatis asserit consensus. Horum auctorem fuisse quidam referunt Herculem, vnum ex Idæis Dactylis; qui, quod quinque essent numero fratres, instituisse, vt quinto quoque anno ludi hi celebrarentur. Alij Herculem Thebanum ferunt in honorem Iouis, Olympicos ludos instituisse, ac primum ibidem decertasse, ac victorem fuisse. nonnulli ad Pelopem referunt. Sed vt hæc incerta sunt, ita etiam ab omnibus receptum; Olympicum agonem multis annis intermissum, ab Iphito, Praxonidis filio, Aemonisve, instauratum. Laborante enim Græciâ domesticis seditionibus, & pestilentia malo, petiisse Iphitum ab oraculo Delphico malorum leuamen. cui responsum fuit, vt Olympicos ludos ipse & Elei restituerent; quod & factum fuit, anno secundo Æschyli, Atheniensium iudicis. Curule autem tantum certamen propositum fuit; in quo Coræbus Eliensis victor extitit. Ab hoc tempore Elei quinquennale certamen instituerunt; quatuor annis in medio expletis, in quibus principes annui constituuntur; quam Olympiadem Iphitus primus constituit. Et ab hoc tempore Græca de temporibus historia vera creditur. nam ante hæc, vt cuique visum fuit, diuersas sententias protulerunt. Benè Hercule cum posteritate actum; quod Græcis in mentem venerit hoc ludicrum summâ religione quinto quoque anno celebrare; nam eius beneficio temporum exacta fuit postea notitia obseruata, & Historiæ res gestas per Olympiadas distinguunt. Curru primò certatum, mox varia certamina fuere addita; præcipua verò fuere, iactus disci, stadij cursus, lucta, saltus, & iaculatio. vnde & πένταθλον Græcis, Latinis *Quinquertium* dictum. Præmium erat corona ex oleastro, velut grande virtutis pretium. sicut in Isthmijs ex pinu, pythijs ex lauro, in Nemeis verò ex apio. Victori etiam statuam Olympiæ poni moris erat, quarum magnum numerum Pausanias recenset.

Ferunt athletas, priusquam in certamen descenderent, apud simulachrum Iouis Orcij, conceptâ formulâ iurare solitos; *Nullo se in Olympiorum certamine vsuros dolo malo, & curasse continuos decem menses quæcumque ad exercitationem requirantur.* Nec viri solum puberes ad hæc certamina admissi fuerunt; sed & pueri. siquidem Olympiade xxxvii cursus

A sus luctæque certamen pueris fuit propositum; inter quos Hyposthenes Lacedæmonius luctâ, Polynices autem Eleus cursu victor euasit. Olympiade vero xli. pugiles etiam pueri in arenam descenderunt, quos Philetas Sybarita superauit.

Habebant etiam hi ludi suos præsidēs, quos Hellanodicas, seu *Græciæ Iudices*, indigetarunt. Quorum primus Iphitus solus certamen instituit, quem Oxyli similiter posterī imitati sunt. Olympiade autem quinquagesimâ ex vniuersis Eleis duo viri sorte electi sunt, quibus Olympici agonis commissa cura. postea nouem Hellanodicæ electi. B ex his tribus, equestris cursus cura iniuncta; tribus item alijs, vt pentathlum inspicerent; reliquos, vt cætera certamina curarent. mox decimus accessit iudex. Olympiade demum ciii. & Elei in duodecim tribus diuisi, & ex qualibet, Hellanodices electus fuit. sed pressi bello Arcadico, cum non exiguam regionis suæ portionem amisissent, & hinc de causâ in tribus octo Olymp. ciiii sunt redacti, totidemque Hellanodicæ creati: Olymp. vero cviii rursus ad denarium numerum excreuerunt, qui status ad Pausaniæ vsque seculum permansit. *Γυμνικὸν* etiam ludi vocati sunt, eò quod athletæ nudi decertarent. quod ideo factum, ne mulieres Olympicum agonem dehonestarent; sin secus fecerint, ex Typhæo monte illas, lege constitutâ, Elei præcipitant. C Ferunt enim Pherenicem, vel Callipateram, vt alij, defuncto marito athletæ habitu in arenam descendisse; sed deuicta à Pisirodo, cum septum transilisset, in quo athletæ congregabantur, pro muliere agnitam fuisse; quam quidem impunitam dimiserunt, quoniam pater eius, fratres, ac filius, Olympia vicerant. In honorem tamen Iunonis, mulieres quinto quoque anno Iunonium certamen instituunt, in quo virgines cursu certant, non autem eiusdem omnes ætatis, sed primò virgines iuniores, post has quæ annis proximæ sunt, postremo inter virgines natu maximæ; oleaginea corona in præmium; partem etiam D ex boue accipiunt, qui Iunoni immolatur. quibus etiam permissum est, dedicare imagines pictas. Fuit etiam Olympiæ nemus, Ioui sacrum, quod Altin vocabant; & in illo porticus memorandi artificij, quam Pausanias *ποικίλλω*, seu *variā*, dicit vocatam; ab alijs, *ἰχθῆν*. nam si quispiam in illâ clamet, septies vox redditur. ideo à Plinio, & Luciano De morte Peregrini, Heptaphonos dicitur.

Lib. xxxvi
Cap. xv.

In primo nomismate Iouis Olympij vultus est, promissâ barbâ, & crinibus diademate reuinctis; in auersâ verò parte, iuuenis in colle sedet, vnde fluuius decurrit; & dextrâ videtur lituum gestare, cum delubro, aut ædiculâ, ad pedes. Suspicio Alpheum amnem esse, qui E prope Olympiam defluens in Siculum mare illabatur. Veteres credere, per occultos terræ meatus Siculum mare transire, ac prope Syracusas, in Arethusâ fonte, iterum erumpere; de quo Plinius lib. ii. cap. ciii. *Quidam verò odio maris ipsa subeunt vada, sicut Arethusa fons. Syracusanus,*

cusanus, in quo redduntur iacta in Alpheum, qui per Olympiam fluens, Pelopon- A
lib. 1. Syl- *siaco littori infunditur. Sed lubet Statij Papinij elegantissimos ver-*
uatum. *fus audire.*

— *Timida sic transfuga Pisæ*
Amnis in extremos longè flammatus amores,
Flumina demerso trahit intemerata canali,
Donec Sicarios tandem prælatus anhele
Ore bibat fontes: miratur dulcia Nais
Oscula, nec credit pelago venisse maritum.

Sed difficultatem mouet, iuuenem hunc non habere promissum capil- B
 lum, non taurino cornua vultu, non urnam, vt ceteri fluuij; respondeo,
 Alpheum iuuenili habitu hîc pictum, & amatorio vultu, & qui in ama-
 tæ suæ Nymphæ amplexus festinat; ideoque hilari vultu ornâmenta il-
 la abiicisse, quæ Arethusam possent offendere. Antiquos etiam pinxis-
 se Alpheum hominis figura, testatur Ælianus lib. 2. variæ Historiæ.

Ἐν εἰδει δὲ ἀνδρῶν ψωφίλοι ἐρύμαιθον. τὸν δὲ Ἀλφεῖον Ἡραεῖς.

In hominis verò figurâ Psophilij
Erymanthum, Alpheum vero Heraenses.

Accedit etiam, quod Pausanias tradit, Alpheum ex fluuijs Olympio C
 Ioui charissimum esse; quia vates eius quotannis Olympiæ decimâ no-
 nâ die mensis Elaphij, seu Februarij ex Prytaneo cinerem defert, quem
 Alpei aquis miscet, eoque veluti tectorio opere Iouis aram, quæ illic
 est sacratissima, incrustant; cùm nullo alio flumine subigi, ac congluti-
 nari, cinis ille, nisi Alpei aquâ queat; quod etiam à Plutarcho, libro
 De defectu oraculorum, obseruatum video. Quare non abs re delu-
 brum hoc adpictum puto, vt innuat Ioui gratum esse annem hunc, ob
 caussas iam dictas.

II. Iouis item vultus, ab aduersâ parte noctua est, quæ vnguibus D
 trifulcum fulmen tenet; sed quid noctuæ cum Ioue, cùm Mineruæ illa
 sit consecrata; an quod Atheniensium hic nummus in honorem Iouis
 percussus; illorum enim signum noctua, vel, quod Mineruæ etiam lo-
 cus erat in templo Iouis Olympij. optimè enim patri coniungitur filia
 Minerua, quæ & fulmen eius interdum iaculatur. Virgilius.

I. Aeneidos

Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem.

Quo loco Seruius, in libris Ethruscorum lectum est, iactus fulminum ma-
 nubias dici; & certa esse numina, possidentia fulminum iactus; vt Jouem, Vulca-
 num, Mineruam. vnde cauendum, ne alijs numinibus hæc demus. Mineruam
 etiam cum fulmine effictam ostendit T. Liuius lib. XII. Vt Joui pri- E
 mium donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret, Junoni, Mineruæque
 ex argento daretur.

III. Iupiter Olympicus sedens, dextrâ manu aquilam tenens, & si-
 nistrâ

A niſtrâ haſtam puram; auerſâ parte, noctua fulmen vnguibus tenens, à latere eſt curuus gladiolus.

III. Minerua eſt, galeâ armata; in quâ piſtrix eſt, quæ inter cætera ornamenta deæ illius galeam exornat. auerſâ parte, noctua eſt cum oliuæ ramo.

Π Υ Λ Ι Ω Ν.

P Y L V S.

B *Triplex Pylus, à Neleo, & Neſtore, habitata. Juno Ammonia. Nelei boues.*

TRES fuiſſe in Peloponneſo vrbes, Pyli nomine inſignitas, Auſtores tradunt: quarum vna circa Alpheum amnem in Elide, quam ab Hercule expugnatam refert Ouidius lib. XII. Metamorph. altera Triphylica; tertia in Meſſeniâ, iuxta Coryphaſium; quibus omnibus Neleus, Neſtoris pater, olim imperauit; vnde natum eſt prouerbi- um.

Εἰς Πύλον; πρὸ Πύλου, Πύλον γε μὲν εἶσι καὶ ἄλλοι.

Eſt Pylus ante Pylum, ſiquidem eſt Pylus altera ſanè.

C Pausanias refert, Pylum, quæ iuxta Coryphaſium eſt, à Neleo habitatam; eoque dignitatis ab illo prouectam, vt Homerus *Neleiam vr- In Meſſe- nem* appellarit. Conditâ hæc fuit à Pylo, Cleſonis filio, ductis ſecum *nicis.* ex Megaride Lelegibus, qui eam tunc obtinebant; ſed inde à Neleo, & qui Iolchum obtinebant Pelasgis, eiectus fuit. Hercules poſteâ, Nelei liberis illato bello, Pylum expugnauit; atque vndecim eius filios interemit: ſolus Neſtor, numinis benignitate, domus ſuæ cladem effugit; quod in Gerenniâ vrbe tunc educaretur. Ouidius ex perſonâ Neſtoris.

D *Ille tuus genitor Meſſeniâ mœnia quorundam
Strauit: & immeritas vrbes, Elimque, Pylumque,
Diruit, inque meos ferrum flammamque penates
Impulit, vtque alios taceam, quos ille peremit,
Bis ſex Nelidæ fuimus conſpecta iuuentus,
Bis ſex Herculeis ceciderunt, me minus vno,
Viribus.*

Hanc poſtea Neſtor incoluit, & cum Epeis, qui Elidem habitabant, multa bella ſecundâ fortunâ confecit. cuius longæua ætas, conſummata prudentia, & ſuauiſſima eloquentia, ab Homero paſſim prædicatur. Strabo longâ diſputatione, ex Homero petitâ, oſtendit, Neſtorem non Coryphaſiam, ſed Triphylicam Pylon habitâſſe.

E I. Vultus eſt muliebris, capillis promiſſis; cui duo cornua arietinâ, vel caprinâ; in capite. an hæc effugies Iunoniſ ſit Ammonix, dubitari poſſet.

In Eliacis. posset. Pausanias enim refert, Eleos non solum Dijs Græcanicis, sed A & in Aphricâ genitis Dijs, Iunoni Ammoniaë, & Perammoni Mercurio, libare assuetos. Romani Iunonem Sospitam colebant, cuius caput pellis caprina cum cornibus exornabat, ut apud Ciceronem videre est, lib. 1. De Nat. Deorum. Auersâ parte bos est, cum oleæ ramo. non quidem, quod Pylus esset apta generosis armentis alendo; siquidem Pausania teste, arenosa tota est; unde Homerus πύλον ἡμαθρόεντα vocat; sed quia Neleus præstantissimos boues habebat, Thessalici generis; quos ab Iphiclo, Protefilai patre, Melampus illi adduxerat. In vrbe enim spelunca erat, ubi Nelei & Nestoris boues stabulari erant solita. Prisci enim heroes equorum & bouum armentis potissimum studebant, quas summas diuitias ducebant. Sic Homerus Antenoris filium Iphidamantem refert, primam dotem dedisse focero suo centum boues.

II. Bos conspicitur cum delphine sub pedibus; quæ duo denotant urbem & agriculturæ, & nauigationi, commercijsque, aptam fuisse: delphinem enim mare denotare, nemini ignotum.

M E Σ Σ H N I Ω N. C

M E S S E N I A.

Bellum Messeniacum. Aristomenis fortitudo. De cuius morte dissentiunt Plinius & Pausanias. Epaminondas Messenios in Peloponnesum reuocat. Ἐκατομφόνια. Aristomenes CCC Lacedæmonios Ioui Ithomata sacrificat.

ELIDEM attingit Messeniæ regio, de quâ ante Pylum ordinis ratio postulabat dicendum esse. sed nomismatum seriem sequor. D Regionem hanc olim cultoribus vacuam Lelegis filius Polycaon primus occupauit. mortuo enim Lelege, qui Laconiaë imperabat, Myles, natu maximus, in paterno imperio successit; Polycaon verò, ætate minor, & priuatus, Messenam, Triopæ filiam, Phorbantis neptem, Argis duxit vxorem. Hæc cum elato esset animo, ac virilibus curis fæminarum studia exuisset, non passa est maritum priuatam vitam segni otio transigere; sed collecto ex Argiuis & Lacedæmonijs exercitu non spernendo, vniuersum hunc tractum occupauit; illumque in vxoris suæ memoriam Messenam nuncupauit: cui varij postea reges imperarunt. Sed Troiani belli temporibus potissima regionis pars Menelai imperio parebat, ut ex Homero docet Strabo. Deficiente verò Menelai stirpe; Nelei posterii reliquam Messeniæ partem inuasunt; sed nonnullis interiectis annis, reuersi Herculidæ cum

A cum Dorienſibus, Nelei poſteros omni Meſſeniâ expulerunt. Succellit tandem cum Lacedæmonijs ſæuiſſimum bellum, & magnâ animorum pertinaciâ decertatum. quod, quia Meſſeniorum calamitatibus nobilitatum fuit, Meſſenium eſt nuncupatum; non ſecus ac quod ad Ilium geſtum fuit, Troianum, non Græcum, dictum.

Primam autem irruptionem fecere Lacedæmonij anno ſecundo Olympiadis nonæ, atquæ Amphiam, Meſſeniorum urbem, non ſœciali miſſo, vel indicto bello, noctu inuaſerunt, & obuios omnes trucidarunt. Exaſperati hac inopinatâ clade Meſſenij, ſummâ vi bellum parant, & Laconicam pariter depopulantur. geſtumque fuit hoc bellum tantâ vtriuſque populi obſtinatione, vt in vigefimum annum protractum fuerit: donec tandem Meſſenij, ſpoliati ducibus, Ithomen, præcipuam arcem, deſeruere. atquæ ita anno primò Olympiadis XIII Meſſenij in poteſtatem Lacedæmoniorum deueniunt. ſed cum impotenter nimis & ſuperbè illis imperarent Lacedæmonij, exſtimulante Meſſenios continuo Ariſtomene, & ex nobilitate præcipuis adoleſcentum, quibus multo honeſtius videbatur in liberâ patriâ fortiter perire, quàm cum dedecore vel beatiffimâ ſeruitutè frui, deſecerunt à Lacedæmonijs, anno xxxix poſt Ithomam captam; qui fuit annus quartus Olympiadis xxiii. Quo bello maxima Meſſeniorum virtus enituit, qui miranda facinora paſſim perpetrarunt; ſed ſupra omnes Ariſtomenis fortitudo, & inuicta virtus, patuit; tribus enim prælijs ad eò Lacedæmoniorum vires contriuit; vt ſæuienti fortunæ illorum reges cedendum ſtatuerent, ne contra nitendo maiora damna ciuitati infunderent. Exercitumque reduxiſſent, ni Tyrtæus poëta, quem Athenienſes per ludibrium illis ex oraculi Delphici præcepto ducem miſerant, compoſitis verſibus, illos à deſperatione ad virtutem erexiſſet. quare iterum ad arma ventum, & commiſſâ pugnâ ad foſſam Magnam (locus iſt eſt) magna Meſſeniorum multitudo caſa eſt, corrupto primum à Lacedæmonijs Ariſtocrate, Arcadum rege. cæteri, qui cladi huic ſuperſuerant, confugerunt in montem Hiram; vbi per vndecim annos variâ fortunâ, & alternis cladibus, cum Lacedæmonijs pugnatum. donec tandem proditione in Lacedæmoniorum poteſtatem locus iſt deuenit, anno primo Olympiadis xxviii. Ariſtomenes trecentos Lacedæmonios diuerſis in prælijs occidit; ipſe vulneratus, & captus, in Ceada ab illis coniectus, per cauernam Latomiarum euasiſt, anguſtos vulpium aditus ſequutus; iterum captus, ſopitis cuſtodibus ad ignem aduolutus, lorâ, quibus vinc-tus erat, v-

Lib. II.

c. xxxviii.

E nius, Lacedæmonij pectus diſſecuerè, videndi cauſâ, hirtumque cor inuentum eſt. Sed non aſſentitur Plinio Pauſanias; nam illum obijſſe dicit in itinere, quod ad Aphraortem

medorum Regem susceperat. cuius ossa Rhodum delata à Damageto A
 genero, alijsque Rhodijs, summo honore sunt reposita. Messeniorum
 verò magna pars in Siciliam traiecit, & expugnato Zancle oppi-
 do, mutato nomine Messenem vocavit. Nonnulli verò Naupactum
 commigrarunt, quod Athenienses, Locris ereptum, illis concesserant:
 quo demùm à Lacedæmonijs expugnato, in Lybiam cōcessere ad Euef-
 peritas. Sed partâ à Thebanis nobili illâ ad Leuctra de Lacedæmonijs
 victoriâ, Epaminondas missis legatis Messenios ex Sicilia & Lybia euo-
 cavit in Peloponnesum, qui ob antiquæ patriæ desiderium, & innat- B
 um in Lacedæmonios odium, omnium opinione celerius reditum ad-
 ornarunt, anno cclxxxvii, postquam Hira in potestatem Lacedæmo-
 niorum devenit. & quod fidem pene superat, toto illo exilij tempore
 nihil in patrijs moribus ab illis immutatum fuit, neque proprietatem
 linguæ Doricæ exterorum commercijs corruperunt.

Condiderunt autem urbem Messenam Epaminonda auctore, at-
 que alia quædam oppida instaurarunt; olim certè nulla vrbs Messena
 inter illos fuit, vt auctor est Strabo; hanc verò muro firmissimo ex la-
 pide, adiectis turribus, & propugnaculis, circumdedere; adeo vt nec
 Rhodij, nec Byzantij, firmiores haberent muros.

In numismate vultus est Iouis Ithomata, quem præcipuo honore C
 Messenij colebant; cui *ἑκατομύθια* solebant offerre. sacrificij id genus,
 quando aliquis in bello centum hostes occidisset, quod Aristomenem
 ter celebrasse, occisis trecentis Lacedæmoniorum, auctor est Pausa-
 nias.

Clemens vero Alexandrinus putat Aristomenem trecentos hos Io-
 ui sacrificasse, in Protreptico; *Aristomenes quidem Messenus Ithomata Io-
 ui trecentos mactavit, se tot ac tales hecatombas ritè sacrificare existimans, in
 quibus etiam Theopompus Lacedæmoniorum rex præclara victima.* quod et-
 tiam à Theodoro observatum video.

II. Ab vna parte aquila, ab altera fulmen; vtrumque in honorem Iouis D
 Ithomata.

T P O I Z H N I Ω N

T R O E Z E N :

*Variè olim vocata. Neptuno sacra. Hippolyto virgines, &
 iuvenes, comam detondebant. Iupiter Ἐλευθέριος.
 Minerva Πολιάς, Neptunus Rex.* E

SATIUS fuisset Tabula XII. vbi Corinthi & Epidauri habenda
 crit mentio, de Trœzene dicere, quod illis vicina sit. nam licet in
 Messe-

- A** Messenia etiam hujus nominis vrbs numeretur, non possunt tamen nomismata illi attribui, vt mox explicabo. quare de altera Trœzene dicendum est, Argiux regionis vrbe, quæ iuxta Epidaurum sita erat, inter Cherronesum & Scyllæum promontorium, circa Saronici sinus finem. Stephanus Byzantinus varijs illam nominibus nuncupatam dicit. nam & Ἀφροδισιάς dicta & Σαρωνία, καὶ Ποσειδωνιάς, καὶ Ἀπολλωνιάς, καὶ Ἀνθήνη. I. *Aphrodisia, Saronia, Posidonia, Apollonia, & Anthane.* Sed Trœzenis nomen permansit, quod à Pelopis filio Trœzene illi inditum. Auctor est Pausanias, primum regionis huius indigenam fuisse Orum, qui à suo nomine Oream vniuersam regionem appellauit; Althepum vero, Neptuni filium ex Leide Ori filia, regno post Orum occupato, Althepiam nominasse; post quem Saron regnauit, vnde & Saronia dicta. qui verò postea regnum administrarunt vsque ad Hypereten, & Anthana, ignorantur. Hos à Neptuno genitos ferunt, & Alcyone Atlantis filia; & in nominis sui memoriam Hyperiam & Antheam ciuitates condidisse. Successit Aëtius mortuo patri Anthæ; & patruo. quo tempore venere in hæc loca Trœzen, & Pitheus, Pelopis filij; qui vnà cum Aëtio summam rerum administrarunt. Atque ita pro vno rege tres fuere. verùm Pelopis filij, potentiâ superiores, soli regnum obtinuerunt. Trœzene verò è viuis sublato, Pitheus frater, collectis ex Hyperia & Anthæa colonis, ciuitatem condidit; quam in fratris memoriam Trœzenem appellauit, vnde non semel ab Ouidio *Pittheia Træzen* dicitur, in epistola Phædræ.

In Corinthiacis.

Hic tecum Træzena colam Pittheia regna.

- Neptuno olim sacra fuit, teste Strabone, & Plutarcho in vita Thesei; vnde Ποσειδωνιάς, seu *Neptunia* dicta. quare & illi primitias fructuum offerebant, quod cum quodam tempore neglexissent Trœzenij facere, Deus illis offensus; immissa sementi & plantis falsugine, agrorum fœcunditatem corrupit; sed sacrificijs, & crebris populi supplicationibus, placatus, hanc agrorum pestem mox auertit; quare templum extra muros Neptuno *Φυλακίω*, seu *plantarum custodi* dedicarunt. Theseus etiam, Herculeæ virtutis æmulus, atque socius, hac in vrbe natus fuit; quem ex Æthrâ, Pithei filiâ, Aegeus suscepit. qui & Dianæ Σώτειρας, *Sospita*, templum in foro condidit; quod Asterione, Minois filio, perempto ex Creta saluus rediisset. Hippolyto etiam, Thesei filio, nemus hic est consecratum nobilissimum; & templum, cum antiquo simulachro, à Diomede, vt ferunt, factum. Negant illum incolæ ab equis discerptum fuisse; sed qui in cœlo fulget Heniochus, seu auriga, Hippolytum esse arbitrantur; & hunc ei honorem à Dijs fuisse habitum contendunt. Moris hic erat, vt nupturis puellis coma detonderetur; quam illatam templo puellæ

Pausanias

puellæ ipsæ dedicabant. addit Lucianus non solum virginibus, sed ^A
& adolescentibus lege cautum esse, ne se nuptijs adstringant, prius-
Lib. de quam Hippolyto comas detonderint; illudque à se iuvene factum
Dea Syria. fuisse asserit.

Hac in vrbe ferunt Orestem à parricidio lustratum fuisse à nouem
viris Træzeniorum, & aqua fontis Hippocrenes, alijsque lustrationi-
bus expiatum.

Pomponius Mela vocat Træzenios, fide societatis Atticæ illustres;
ingruente enim bello Medico, Athenienses huc vxores & filios, tan-
quam extra belli aleam miserunt, quum illi decreuissent, relicta patria,
nauali bello barbaris occurrere. Træzenij illos perhumaniter excepe-
runt, decretumque vt publicè alerentur, duobus obolis in singulos ^B
distributis, puerisque facta potestas, vt, vndecumque liberet, poma
acciperent, & pro his dominis merces persoluta.

I. Effigies est Apollinis decora facie, cum corona laurea, cum in-
scriptione, ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ ΣΔΕΥΣ, Aeolica dialecto, pro ΖΕΥΣ. (Solenne
enim illis σδ. pro z. efferre. Sic σδυζόν pro ζυζόν. μελίσδειν pro μελίζειν pone-
bant,) liberator Jupiter quem aliter σωτήρα seu *seruatorem* vocant, ut
auctor est Hesychius. Huius autem fanum à rege Aëtio, Anthiæ ^C
filio, hic conditum fuisse testatur Pausanias; qui etiam solis Eleu-
therij aras apud Træzenios dicit excitatas, quo tempore Græci, debel-
lato Mardonio, Persarum seruitutem effugerunt. Fulmen est ab auersâ
parte Iouis signum.

II. Palladis armatæ vultus est, cum titulo ΠΟΛΙΑΣ. ab auersâ parte,
Neptuni insigne tridens. Caussam aperit Pausanias. Regnante Al-
thepo Neptuni filio, ex Leide Ori filia, aiunt litigasse de ditione Træ-
zenica Palladem & Neptunum; Iouem vero composuisse litem, atque
ex æquo regionem vtrique adiudicasse: qua de caussa & Mineruam
venerantur Poliadem, eandem & Steniadem. i. *robustam* nominan-
tes, & Neptunum cognomento Regem. Moneta insuper vetusta, ^D
tridente fuit & Mineruæ vultu insignita. Cur vero πολιας illa sit vo-
cata, Phornutus docet libro de natura Deorum. quia ciuitatibus, &
familijs, omnique vitæ generi, præsidem fecere Sapientiam ποῖτæ,
quæ per Mineruam significata. hinc ipsa Εῤυσίπολις & Πολιας seu *vrbis*
patrona non secus ac Iupiter nominatur. Refert etiam Pausanias apud
Erythræos esse Mineruæ Poliadis templum, in quo ligneum deæ est
simulachrum, folio insidens, & colum vtraque manu tenens, capite
vero polum.

ΓΥΘΕΑ-^E

ΓΥΘΕΑΤΩΝ.

GYTHEVM.

Laconica Ἐκατόμυβλια dicta. Primò hic celebrata Ἐκατόμυβλια. Argos Achaicum. Gytheum ab Apolline & Hercule exstructum. Philopœmen navali prælio victus.

Priusquam de Gytheo agam, operæ pretium erit paucis Laconicam, nobilissimam olim regionem, percurrere. Sita est inter Maleam & Tænarum promontoria, paulatim à meridie vergens in ortum. Centum urbibus quondam habitata, non secus ac Creta, vnde & Ἐκατόμυβλια dicta. hinc cum quotannis centum boues solebant mitti, quæ pro urbium cunctarum salute solebant immolari, Ἐκατόμυβλια sacrum illud dictum fuit: quod ab alijs postea vsurpatum. Occupauerunt autem Achæi Pthiotæ primi hunc regionem, vna cum Pelope Tantali filio. qui cum bellica gloria excellerent, Argos Achaicum totam regionem vocarunt. post reditum verò Heraclidarum in Peloponnetum, prodita est Dorienſibus à Philomeno: quare Achæi, proprijs laribus expulsi, novas coacti sedes quærere, Ioniam inuaserunt, & eiectis incolis Achaïam nuncuparunt. Laconicæ vero populos primo Leleges dictos fuisse auctor est Pausanias. postea à Lacedæmone, Ionis Nymphæ Taygetæ filio, regioni & incolis nomen inditum. Mediam autem Laconicam interfecat Eurotas annis, poëtarum versibus celebratus; quem olim Himerum vocatum, refert Plutarchus, libello De fluminibus & montibus. Agros habebat Laconica fertiles, sed ob montium crepidines, depressis intercurrentibus vallibus, cultu difficiles: ob inæqualitatem vero locorum, frequentibus terræmoribus tota erat obnoxia, adeo vt Taygeti montis cacumen, tempore Anaximandri Milesij philosophi abscissum deciderit, cum magna populi clade, vt auctor est Plinius.

Urbes in illa nobiliores olim fuere, Leuctra, Amyclæ, Tænarus, Laas, Acria, Brandina, Trimeſſus, Gerennia, Cardamyle, Lacedæmon, Lerna, Gytheum, Thurium. Et aliæ minoris famæ; quas magna ex parte temporis iniuria, & Barbarorum violentia, consumpserunt.

Erat autem Gytheum, in Laconico sinu vrbs valida, vnde Plinio sinus Gytheates vocatus. Stephanus refert ab aliquibus præuè Pythium vocari. Incolis persuasum erat, à nullo mortalium patriam suam exstructam fuisse, sed ab Hercule & Apolline; siquidem cum inter illos acerrima lis de tripode excitata fuisset, sopita tandem contentione,

in antiquam benevolentiam rediisse, cōmuniq̄ue opera Gytheum con- A
didisse. qua de caussa etiā in foro, Herculis & Apollinis simulachra
spectari. Habebat autem vrbs hæc portum egregium, & nauium sta-
tionem tutissimam, quam manuum opera factam fuisse testatur Stra-
bo. T. Quinctius Flaminius Nabidi Lacedæmoniorum Tyranno hanc
vr̄bem eripuit, postquam obsidionis mala aliquo tempore pertulisset.
Sed à Nabide mox terra marique obsesâ, Philopœmen Achæorum
prætor conatus maritimis copijs obsidionem soluere; sed à Laconum
classe prælio victus, speculatoriâ naue discrimen effugit. qui licet ter-
restrium certaminum arte quemuis Imperatorum vel vsu vel inge- B
nio æquaret, ita rudis in arte nauali erat. atq̄ue ita Gytheum, amisâ
spe auxiliij; inter paucos dies in Nabidis potestatem iterum deuenit.
Flagrante verò bello inter Athenienses & Lacedæmonios, à Tolmide,
Atheniensium duce, naualia, quæ ad Gytheum erant, incensa fuisse
refert Pausanias.

Linus lib.
XLV.

Nummus Gytheatum ab vna parte Bacchi caput hedera & uis re-
dimitum exprimit; Pausanias refert, in foro, prope Apollinis & Her-
culis simulachra, Bacchi etiam fuisse. Ab auersâ parte victoria est ala-
ta, cum palmâ, & coronâ, quæ naus rostro insistit; in memoriam
alicuius victoriæ naualis: fortè ad illam respicit, quam Lacones contra C
Philopœmenem obtinuerunt.

Λ Α Κ Ε Δ Α Ι Μ Ο Ν Ι Ω Ν .

L A C E D Æ M O N .

*Pelopsis posteri ab Heraclidis eiecti. Duæ Regum familia; Ægi-
da, & Euryphontida. Defuncto Cleomene Regum impe-
rium abrogatum. Cassandri tempore muris cincta.*

*Lycurgi legibus DCCC annis paruerunt. Cur
ad tibiæ tantum prælia inirent.*

Polydorus Rex.

VEntum est ad Lacedæmonem, non quidem magnificentia ope-
rum, sed sanctissimis institutis, & seuerâ Lycurgi disciplinâ, me-
morabilem. Nomen habet à Lacedæmone, Iouis & Taygetæ filio; alij
ex Electra, Atlantis filia; Eusebius à Semeles filio. sed, vnde hoc illi
in mentem venerit, prorsus ignoro. Eadem & Sparta dicta, à Lacedæ-
monis vxore Spartâ, quæ Eurotæ filia fuit. Huic filij Amyclas, &
Hyacinthus; hic formâ excellenti præditus, & ab Apolline ardentissi- E
mè amatus, fortuito disci ictu percussus, ante patrem fato concessit:
ille verò vr̄bem sui nominis condidit. Mortuo Amycla ad Argalum,
cuius filium; post cuius obitum ad Cynortam, regnum peruenit. Cy-
nortæ

A nortæ successit Oebalus, huic filius Tyndarus, qui ab Hippocoonte in exilium pulsus, beneficio Herculis in regnum iterum restituitur; huic Castor & Pollux, illis Menelaus Atræi filius, Pelopis nepos, Helena in uxorem ducta Tyndari gener, successit. Orestes Mycenarum auito regno pulsus, Menelai foci filijs ex serua natis exclusis, Hermiones iure prætento regnum obtinuit. Tisameno verò Orestis filio regnante, Heraclidæ reuersi in Peloponnesum, Pelopis stirpem expulerunt. inter quos præcipui erant Aristomachi filij, qui Peloponnesum ita diuiserunt, vt Messene Cresphonti, Argi Temeno, Sparta verò **B** Aristodemi filijs, Eurystheni scilicet & Procli, sorte obtigerint. atque tunc temporis duæ familia regum Spartæ institutæ; quarum vna fuit posterorum Eurysthenis, altera Proclis. Lapsu vero temporis Eurysthenis posterius omnes Ægidæ, à filio eius Ægide dicti. Proclis verò ab Euryphonte eius nepote, Soi filio, Euryphontidæ dicti; seu, vt Plutarcho placet, Eurytionidæ, ab Eurytione appellati. durauitque consuetudo hæc ex vtraque familia regem eligendi, vsque ad Cleomenem, Leonidæ filium; qui, sublato per venenum Eurydamida, ex Euryphontide familia, & fratre eius Archidamo fraude extincto, Epiclidem proprium fratrem nouo exemplo in illorum locum substituit; **C** primumque ex vnâ Ægidarum familia duo reges Rempub. obtinuerunt. Sed Epiclida in pugna ad Sellasiam ab Antigono & Arato cæso, Cleomenes, desperato patriæ statu, in Ægyptum aufugit, ibique occisus est. Tunc Lacedæmonij regum imperio se exemerunt. Eusebius tantum in Chronico suo Ægidarum reges aliquot recenset, omissis Euryphontidis. Cui tamen cupido est singulos vtriusque familia reges cognoscere, Reinerum Reneccium consulat, qui exactè, & diffusè, ex optimis auctoribus collectam seriem recenset.

Vrbs autem erat olim non firmis mœnibus munita, aut validis propugnaculis instructa; sed aperta passim, & ciuium tantum armis, animisque, defensa; quibus illi freti Epaminondam, inuictum bello, his Pyrrhum Regem cum clade repulerunt. sed quo tempore Cassander inultas Græciæ ciuitates bello affligeret; vicino incendio territi Spartani, urbem contra responsa fatorum, & maiorum gloriam, muro- Iustinus lib. xlv. rum præsidio includunt; vt, cum multis sæculis murus vrbs ciuium virtus fuerit; ciues tunc saluos se fore non existimauerunt, nisi intrâ muros laterent. Arx in illa erat insigni satis altitudine, sed non ita munita ac Cadmæa, aut Larissa; nam collem, qui inter cæteros maximè eminebat, arcem vocabant, in quo templum erat Mineræ Pausanias. Poliuches, seu Calchiæcos, quod templum, & deæ simulachrum, **E** sit æneum.

Primus autem Lycurgus egregijs institutis illos imbuit, vt cum ad id temporis pessimè ex omnibus Græcis morati essent, quod sine legibus viuerent, postea præstantissimi omnium Græcorum euaderent.

rent. tantum potuerunt sanctissimæ eius leges. Populum in obsequia ^A principum, principes ad iustitiam imperiorum formauit, & Reipub. administrationem quasi per ordines diuisit. Regibus enim bellicas res, magistratibus iudicia, senatui legum tutelam, populo sublegendi senatum, vel creandi quos vellet magistratus potestatem permisit. Parsimonia omnibus suasit, existimans laborem militiæ assiduæ frugalitatis consuetudine faciliorem fore; pueros impubes, non in forum sed in agrum duci præcepit, vt primos annos non desidiâ corrumperent, sed rustico opere venationibusque indurarent: nec prius in urbem redire passus est, quàm virilem ætatem attigissent. tantum autem studium iuuentuti bene instituendæ impendit, vt peculiaris in vrbe magistratus esset, quem ^B Bidæum Pausanias vocat, qui iuuenum certamina solebat curare. Emi singula non pecuniâ, sed mercium commutatione, iussit; auri argenti- que vsus, veluti omnium scelerum materiam, sustulit: his alijsque Lycurgi institutis res Spartana creuit; illisque per octingentos annos vsi sunt, teste Liuius, donec, coacti à Philopoemene illa abrogare, Achæorum leges moresque inuiti assumerent. petitâ tamen postea à Romanis veniâ, permissum illis fuit, patriæ ritus recipere; sed nihil æquè Spartanos afflixit, ac Lyfandri victoria, quæ urbem Asiatico auro, & Athenien- ^C sium spolijs, impleuit. hinc factum, vt diuitias iam appeterent, & luxum paterentur succrescere. vnde ciuium prudentiores, Ephoros obtectati sunt, vt aurum & argentum abijcerent, patriæ vero nummo, qui ferreus erat, vterentur; & ni Lyfandri familiares, ad quos diuitiarum contagium peruenerat, obstiterent, decreto publico vrbe illud eiecissent.

Sed cum gloriæ militari maximè studerent; Lycurgus Musicæ studium illis iniunxit, vt Martium illum ardorem eo modo temperarent. vnde initari prælia, Musis rex sacrificabat, vt pugnantium actiones memorabiles, & secundâ famâ dignæ euenirent. nec tubarum clangore, vt plerique mortalium, sed tiliarum leui modulatione in hostem ducebantur. ^D causam refert Thucydides. *Post hæc concursus est, Arginis & socijs uehementer & iratè tendentibus; Lacedæmonijs autem cunctanter, & ad cantum tibicinum, qui inter ipsos multi ex legè interpositi erant, non rei diuinæ gratiâ, sed vt æquabiliter ad numerum incederent, & ne ordo diuelleretur.* Interrogatus autem Agesilaus, cur ad tibiæ cantum Spartani pugnarent, respondit, vt ipsis ad numerum incedentibus appareat, qui timidi, qui fortes sint, nam timidi numerum incedendo seruare non possunt. Carmen verò ipsum, quod tibiâ canebatur, vocabant Castorium, vt docet Plutarchus in vitâ Lycurgi. quod autem posterius, in ipsâ impressione, *ἐμβατήριον*, vt in Laconicis Institutis idem auctor obseruat. Athenæus vero *ἐνόπλιον* ^E appellat, quod illo modulo animi ad pugnam incitabantur, & ad mortis contemptum.

Quamdiu autem Lycurgi disciplinam obseruarunt, Græciæ principes per

A pes per quingentos annos fuere, vt Plutarchus auctor est; varia autem cum vicinis bella, magnâ fortitudine, & secundâ fortunâ, gesserunt. nam præclara illorum facta velle referre, opus esset historiam texere. Vnus Leonidas instar multorum erit; qui, irrumpente Xerxe cum immensâ illâ Barbarorum turbâ Græciam, cum trecentis Spartanis, & paucis sociorum, occupatis Thermopylarum angustijs, se illi obiecit; & cum triduo hostes magnâ cæde repulisset; tandem cum nunciatum illi esset, ab hostibus montium cacumen infessum; ille, cum parato ad moriendum esset animo, suis persuasit, nusquam honestiùs, quam in hostium castris, perituros; nocte intempestâ Persarum castra irrumpunt, regisque tentorium petunt. quem cum fugâ salutem sibi quæsiuisse viderent, magnâ & incredibili editâ strage, non victi, sed vincendo fatigati, inter ingentes cæsorum hostium acervos, pro auitâ Spartæ gloriâ omnes occubuerunt.

In primo Lacedæmoniorum nomismate Agesilaus spectatur; & ab auersâ parte eques, stratum habens sub pedibus hostem. Fuit autem rex Agesilaus inter præcipuos Lacedæmoniorum reges, ex familiâ Proclis, seu Euryphontidæ. hic aduersus Artaxerxem in Asia tanta celeritate traiecit, vturus clades, à Persis Græciæ illatas, vt prius cum copijs ibi conspectus sit, quàm profectum scirent. Tissaphernem, regium præfectum, maximis subnixum copijs, fudit fugauitque; & multas Phrygiæ Lydiæque vrbes expugnauit. sed cum Ecbatana statuisset adoriri, & Persarum Regem petere, domum ab Ephoris inuitus reuocatur, ob bellum cum Thebanis exortum; quos graui prælio apud Charoneam, non sine periculo suo, deuicit. in Aegyptum mox nauigauit, vt regi amico opem ferret; vbi multa memoratu digna edidit, & hostes magno prælio superauit. quare à Nechtanebo magnificè donatus, & cum summo honore dimissus, moritur in itinere, ætatis suæ LXXXIII, regni verò XII. Hunc ciues, ob maximas animi dotes, egregijs honoribus post mortem D affecerunt; quos in vitâ adeo spreuerat, vt nec viuens, neque moriens, vllam sibi corporis imaginem statui passus fuerit. De quo plura apud Plutarchum, Xenophontem, Pausaniam, & Diodorum.

II. Polydori est nomen, capite laureato; non ad Priami filium, qui ab impio Polymnestore, Thraciæ rege, interfectus, est referendum; vt vir doctus, Wolfgangus Lazius, fecit: sed ad Lacedæmoniorum regem, Alcumenes filium, Aegidarum stirpis, quod satis auersa partis inscriptio ΑΑΚΕΔ. seu *Lacedæmoniorum* ostendit. Hoc regnante bellum Messenicum fuit acerrimû. Cum Euphae Rege bis decertat, nocte semper proelium dirimente; ab Aristodemo victus, acriùs bellum renouat, & pacem petere hostem cogit. Vir spectatæ virtutis, Spartanisque omnibus æquè carus, ob summam comitatem, & iusticiam. occiditur à Polemarcho quodam, factioso homine. Lacedæmonij in eius honorem inter cætera de-

ra decreuerunt, vt quæcumque à magistratibus obfignari oporteat, Polydori imagine obfignent, vt auctor est Pausanias.

A P K A Δ I Ω N .

A R C A D E S .

*Arcas serendarum frugum rationem incolas docuit. Cur
περοεληνοι. Musica maximè periti Arcades. Megalopolis
ab Epaminonda condita. Mercurij ornatus. Iupiter Lycaeus.*

PEloponnesi pars maximè à mari remota est Arcadia, quam instar coronæ vndique cingunt variæ gentes, namque ab oriente sole Argiui, & Lacones, à meridie Messenij, ab occasu Elci, à septentrione Achæi illam attingunt. Dicta prius, teste Plinio, Drymodes; mox & Pelasgia. Drymodes fortè, quod quercetis abundabat. Pelasgia verò, à Pelasgo indigenâ; qui primus incolis persuasit, vt relictis folijs, herbisque virentibus, quercuum fructibus, quarum ibi magna copia, & præcipuè fagi glandibus, victitarent. Stephanus Byzantinus varijs præterea nominibus vocatam dicit, παρρᾶσίαν, nempe, λυκαονίαν. οἱ δὲ Γίγαντίδα φασὶ καὶ Ἀζανίαν καὶ Πανίαν. Parrhasiam, & Lycaoniam; aliqui & Gigantidem dicunt, & Azaniam, & Paniam. Sed, vt obiter hoc moneam, Azania portio tantum erat Arcadiæ, quam Arcas Azani filio incolendam dederat. Sed Arcadiæ nomen permansit, quod ab Arcade, Iouis & Callistûs filio, inditum est. Eusebius. *Arcas, filius Iouis & Callistûs, Pelasgis in ditionem reductis, eorum regionem Arcadiam nominavit.* Huius certè plura in Arcades fuere beneficia, quàm vt facillè possent obliterari. nam, præterquam quod Calisto Lycaonis esset filia, & Pelasgi neptis; Arcas primus

Chaoniam glandem pingui mutauit aristâ.

Serendarum enim frugum rationem, à Tlepolemio acceptam, incolis ostendit, & modum panis coquendi docuit; texendarum etiã vestium modum, & lanificij artem, illis communicauit. Vetustate autem inter omnes Græcos Arcades antecellere credebantur, vnde & se περοεληνες, quasi ante lunam natos vocabant; & ἀντόχθονας se iactabant. De quibus elegantissimè Statius Papinius.

Lib. IV.
Theb.

*Arcades huic veteres, astris lunâque priores
Agmina fida datis; nemorum vos stirpe rigenti
Fama satos, cum prima pedum vestigia tellus
Admirata talit. nondum arua, domusque, nec vrbes,
Connubijsque modus; quercus, laurique, ferebant
Cruda puerperia, ac populos vmbrosa creauit
Fraxinus, & fætâ viridis puer excidit orno.*

Hi lucis

A *Hi lucis stupuisse vices, nobisque feruntur
Nubila, & occiduum longe Titana secuti
Desperasse diem.*

Præter vetustatem enim generis, in magnâ virtutis erant apud Græcos opinione, vt auctor est Polybius, non solum propter mores, & laudanda vitæ instituta erga hospites, sed etiam propter eximiam pietatem in Deos. quum verò Arcades cælo fruantur inclementiori, & vitam degant laboriosam, vt naturæ hunc rigorem aliquo temperamento emollirent, Musicæ vsus prudentes legislatores in Rempub. suam introduxerunt, quam non solum pueri addiscerent, verum etiam adolescentes, & iuuenes, ad annum vsque trigesimalium. Emollit enim feroces animos, & mansuefacit, Musica. Solique fere Arcades erant, apud quos pueri ab infantiâ assueuerant hymnos, & & pæanes, canere; nec apud illos probri loco erat, aliarum disciplinarum aliquam nescire: at cantandi peritiam negare non poterant, quia necessitas omnibus incumberebat illam scire. vnde obseruat Polybius, Cynethenses in maxima flagitia prolapsos fuisse, postquam hunc vetustissimum Arcadum morem neglexere. Adeo autem olim percrebuit Arcadum in Musicis studium, vt Virgilius in Bucolicis dicat, *Soli cantare periti Arcades.* & alibi, *Arcades ambo, & cantare pares.*

Multis autem magnisque vrbibus habitata olim fuit Arcadia; inter quas præcipuè Tegæa, quæ Lacedæmonios secundis aliquot præliis fregit. Mantinea, nobilitata cruentâ illâ pugna inter Lacedæmonios & Thebanos, & Epaminondæ morte. Megalopolis, Philopœmenis vltimi Græcorum ducum patria, & prudentissimi Historici Polybij natalibus clara. hanc Epaminondas, ex multis minutis oppidulis, tanquam firmissimum aduersus Lacedæmoniorum potentiam prognaculum condidit. Plæraque alia oppida erant memorati digna; quæ Strabonis æuo magnâ ex parte continuis bellis exhausta erant; ita vt Arcadia ad magnam tunc incolarum infrequentiam, & solitudinem penè, redacta esset.

I. Mercurius est, cum petaso, & alis; quæ Dei illius insignia sunt. ferunt enim, Mercurium in Cyllene Arcadiæ monte natum, & nutritum; vnde apud Poetas nunc *Arcas Deus* nunc *Cyllenius* dicitur. Apuleius in Milesiacis breuiter & graphicè eius ornatum depingit.

Puer, ait, luculentus, nudus, nisi quod ephebi chlamyde sinistrum tegebat humerum, flauis crinibus conspicuus, inter comas eius aureæ pinnulæ simul coniunctæ prominebant, cum caduceo, & virgulâ. Auersâ nummi parte caduceus est, cum alis, & geminis anguibus. cuius rei causam explicat Isidorus. *Mercurius virgam tenet, quæ serpentes diuidit, id est venena; nam bellantes, & dissidentes, interpretum oratione sedantur. vnde legati pacis caduceatores dicti.* Sed non possum Fulgentij expositionem prætermittere,

F Mercu-

Mercuriali nostræ vrbi aptissimam : *Virgam*, vero *serpentibus nexam* ob hoc adijciunt, quod *mercatoribus det aliquando regnum, vt sceptrum; & vulnus, vt serpentes.* Ex tripode hoc dictum, Antuerpia nostra fatebitur.

II. Iouis est Lycei vultus. nam præterquam quod regium Arcadum stemma à Ioue originem ducat; etiam asserunt, Iouem in Lycæo, monte Arcadiæ (quem plærique *ιερον κορυφήν*, *sacrum verticem* appellant) educatum fuisse. tum quod Lycaon Ioui Lycæo puerum cum immolasset, eius cruore gustato, in lupum conuersus fuit. Aiunt etiam post Lycaonem virum quendam, peracto sacrificio Iouis Lycei, in lupum fuisse mutatum; sed non per vitam ita mansisse: quamdiu enim lupus fuerit, si carnibus humanis abstinerit, decimo post anno hominem rursus è lupo fieri. sin autem gustauerit, lupum perpetuo manere. Idem refert ex Varrone D. Augustinus, idque Demæneti pugilis exemplo probat. Similia tradunt nostri temporis Scriptores de *λυκαωνθρόπις*. aduersa parte Aquila est, iuxta quam est galea, & infra est cicada. fortè populum indicat bellacem & magnanimum fuisse (cuius rei aquila est symbolum) & musicæ deditum, quod cicada denotat.

*Paus. in
Arcadiis.*

*Lib. xviii.
De ciuitate
de Dei, ca.
xvii.*

E Y A I Ω N.

E V A.

DE Eua pauca nobis dicenda. rari enim sunt scriptores, qui illius meminerunt. Stephanus Byzantinus Arcadiæ urbem ex Theopompo esse refert; Pausanias Argiuorum permagnum vicum. fuisse. Polybius verò collem asserit, non procul à Sellasia, vbi Spartani, ducibus Cleomene & Epicla eius fratre, magnâ pugnâ deuicti fuerunt ab Antigono, Dosone, & Achæis.

In vtroque nummo Palladis vultus, cum inscriptione; *Εὐαίων*. Ab aduersâ parte mulier, turrato capite, cum inscriptione; *Εαβικ*. Plutarchus in vita Lycurgi pontem quendam Lacedæmone ex Aristotelis sententia *Εαβίκαν* vocatum dicit, intra quem, & Cnacionem amnem, conciones Lacedæmonij habebant; vbi neque porticus erant, neque alia structura. sed quid hic locus cum Arcadia, lector viderit.

ETYM-

Σ Τ Υ Μ Φ Α Λ Ι Ω Ν

S T Y M P H A L V S.

*Juno Stymphali educata. Triplex illi templum.
Aves Stymphalides.*

IN T E R præcipuas Arcadiæ vrbes erat Stymphalüs, quæ Homero in Bœotiâ Στόμφηλας dicitur. Nomen illi à Stymphalo, tertio filio Arcadis; seu, vt Apollodorus, Elati, tertij F. & Laodices filio. Hunc cum Pelops bello infestaret, nec Arcadiam subigere posset, per simulatam amicitiam interfecit, & membratim corpus eius dispersit. Duplicem fuisse urbem, dicit Pausanias; veterem, & nouam: vetus, in quâ Temenus, Pelasgi filius, habitauit; qui & Iunonem educauit, deæque illi tria delubra condidit, illamque à tribus ætatibus, triplici nomine indigetauit; *παῖδα*, cum adhuc virgo esset; Ioui autem nuptam, *πλείαν*. I. *perfectam*, à Ioue denique cum ob dissidium discessisset, & Stymphalum rediisset, *χήραν*, *viduam*, nominauit. Noua verò Stymphalus nihil illorum habuit, sed Dianæ Stymphaliæ templum, vt etiam obseruat Stephanus Byzantinus. Pontem verò etiam habet præstantem valde, ex quo Imperator Hadrianus aquam in Corinthiorum urbem deriuauit, fons autem hyberno tempore & lacum efficit non magnum, & ab hoc Stymphalum fluuium; qui in terræ hiatus demersus, in Argolide rursus erumpit; & mutato nomine, Erasinus pro Stymphalo vocatur. cumque olim Stymphalus ad lacus ripam sita esset, Strabonis ætate quinquaginta stadijs aberat. Circa hunc lacum aues fuisse quondam *αιθρωποφάγες* ferunt, quæ vicinam omnem regionem depopulerentur; quare Herculi ab Eurystheo iniunctum, vt eas tolleret: de quibus Lucretius.

— *Vucisque timenda*

Vnguibus, Arcadiæ volucres Stymphala colentes.

Iulius Hyginus refert, has aues emissis pinnis vulnerasse aduenientes, tanquam sagittis; quod & Claudianus in Carmine de hystrice non reticuit.

*Audieram memorande tuas Stymphale volucres
Spicula vulnifico quondam sparsisse volatu:
Nec mihi credibilis ferratæ fabula pennæ
Visa diu: datur ecce fides, & cognitus hystrix
Herculeas affirmat aues.*

Has volucres dicitur Hercules sagittis confecisse; Diodorus verò

Siculus crotalorum strepitu exterritas, aliò fugasse memorat. Apol- A
 lodorus vtrumque approbat; refert enim, Stymphali lacum multis vn-
 dique densisque arboribus obumbratum fuisse, quare in illum magna
 se harum volucrum frequentia recipiebat. Herculi itaque ambigen-
 ti quam ratione aues è sylua depelleret, Pallas illi ænea crepitacula,
 à Vulcano munere accepta, dedit. hæc ille assiduò concutiens, ex syl-
 ua illas excussit, & auolantes sagittis confecit.

In cuius rei memoriam, ab vnâ parte nummi, Hercules cum cla-
 ua, & leonis exuijs expressus, cum inscriptione, *Στυμφάλιων. Σω.* quod B
Σωτήρα seu *Servatorem* significat; ab alterâ parte Iunonis effigies est, quæ
 Stymphali educata, & culta, fuit.

A P T E I Ω N.

A R G V S.

*Argos δίψιον. Danaus ὑδροφόρος. Arx Larissa. Series
 Argiuorum Regum. Nemei ludi ab Adrasto in- c
 stituti. Ludorum presides cum pulla veste. Iu-
 piter Larissæus, Milichius, Apollo Lycius, vel
 Lycæus. Neptunus περσικυσί.*

NO B I L I S S I M A Peloponnesi vrbs, & Argiux regionis me-
 tropolis, sese nunc offert, Argos; à cuius nomine Græci vni-
 uersi Argiui quondam vocati. Varijs illa olim nominibus nuncu-
 pata fuit, Stephano Byzantino teste. *φορωνικὸν ἄστυ ἐκέκλητο, καὶ Αἰγιά-
 λεια, καὶ Ἴπποβοτον, διὰ τὸ Ποσειδῶνι νομῆν ἵππων ἀποδειχθῆναι. εἶτα Ἰάσος, διὰ τὸ Ἰάσος τοῦ
 κατ' ἐνίεος πατρὸς Ἰᾶς. καὶ δίψιον, διὰ τὴν δίψαν τῶν ὑδάτων.* Phoronea vrbs dicta, &
 Aegialia, & Hippobotum, seu equestre, quod Neptunus inuenerit modum D
 alendi equorum. *Ἰάσος etiam, ab Ἰάσῳ πατρὶ Ἰᾶς; Δίψιον etiam, quod
 aquis careret.* Plinius inter Inachum & Erasinum amnes Argos Hip-
 pium cognominatum statuit: prope Træzenem verò, & Corypha-
 sium, aliud Argos recenset, quod Inachium, & Dipsum, vocat. sed
 hoc cum Strabone pugnat, qui vnicum tantum Argos in hac re-
 gione ponit; quod Poëta *ἄνυδρον*, seu *aquis carere* dixerunt; quia, etsi
 regio esset fluminibus varijs irriga, vrbs tamen ipsa loco arido sita
 erat, adeo vt aquarum penuriâ laboraret; donec Danaus illam occu-
 pauit, qui puteos primus docuit fodere, vt versus vulgaris inuit.

Ἄργος ἄνυδρον ἐὶν, Δανααὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον
Argos aquis vacuum, Danaæ struxere redundans.

Vnde Nonnus Panopolita vocat Danaum *ὑδροφόρον*, seu *Aquile-*
gem;

A gem; quem ait scientiam librandi aquas habuisse. Apollodorus vero, filiarum hoc ministerio peregrisse affirmat, ut etiam vulgaris versus testatur. Sita autem erat Argos magnâ ex parte locis planis, teste Strabone; sed collem habebat eminentem, in quo arx erat condita; Larissa nomine, quam à Larissâ, Pelasgi filiâ, dictam asserit Pausanias; in quâ Iouis Larissæi fanum erat.

Primus autem Inachus Argis imperavit, Oceani & Tethyos filius; à quo amnis Inachus (qui prius Cramanor & Haliacmon vocabatur) nomen sumpsit: huic successit Phoroneus, à quo & Phoronea vrbs dicta. **B** Hic primus homines ad communis vitæ confortium & societatem perduxit, & in vnam urbem coegit, cum dispersi primùm, & vagi pecorum modo, vitam degerent. quem Hyginus primum tenuisse regnum dicit, quod Iunonis sacra primus celebrauerit. Huic filius successit Apis, secundùm Eusebium; quem ob tyrannidem à suis interfectum narrat Apollodorus; post Apidem regnavit Argus, qui à nomine suo urbem vocavit. Argo successit Pirafus, vel Criafus; huic Phorbas, illi Triopas, Triopæ Crotopus, Crotopo Sthenelus, cui successit Gelanor: quem cum Argiui regno exuissent, illud Danao tradiderunt. **C** Pausanias verò dicit, Danaum cum classe ex Aegypto venientem, Gelanori imperium eripuisse. huic successit Lynceus, quem ex quinquaginta Ægypti patris filijs solum Hypermnestra seruavit incolumem. post quem Abas regno potitus, dehinc Prætus, mox Acrisius; quo per imprudentiam à nepote Perseo disci iactu Larissæ interfecto, Perseus, relictis Argis, Mycenæ condidit, & regnum eo transtulit; quod ad Agamemnonis ætatem egregiè floruit. sed postquam reuersi in Peloponnesum sunt Heraclidæ, Argos iterum ad maiorem potentiam peruenit; adeo ut post infelicem Xerxis in Græcos expeditionem, Mycenæ funditus æmulatione quadam deleuerint Argiui. Postquam autem Perseus sedem regni Mycenæ transtulisset, Megapenthi, filio Proeti, Argos reliquit. cuius filius Argeus, Anaxagoram habuit regni successorem; à quo posterius Anaxagoridæ dicti. Illo regnante mulieres Argiæ furore correptæ per agros vagabantur, vrbe domibusque relictis; donec Melampus, Amythæonis filius, morbo eas liberavit; cuius meriti causa & ipse, & frater eius Bias, parem cum Anaxagora dignitatem consequitur. Atque ita Argiuium regnum in tres reges fuit diuisum. Bianti filij fuere Talaus, & Areus; Talaio successit Adrastus. qui cum duas filias haberet, vnam Polynici, Oedipi filio; alteram Tydeo collocavit. Conatus hic fuit magnis instructissimisque copijs generum Thebas reducere, in auitum **E** regnum, à quo per summum scelus ab Etheocle expulsus erat. Sed magnâ clade acceptâ, & cæsis sex fortissimis ducibus, Tydeo, Polynice, Capaneo, Hippomedonte, Amphiarao, & Parthenopeo, domum

trepidus refugit. cuius filius Aegialeus proficiscitur cum Epigonis ^A in Thebanos, vlturis paternas cædes; & congressus cum Laodamante, Etheoclis filio, in bello perimitur. quo defuncto, Cyllabarus, Stheneli filius, regnum occupavit; quod mox ad Orestis filium Tisamenum peruenit. quo regnante, Heraclidæ, pulsus Pelopidis, Peloponnesum inter se diuiserunt, & Argium regnum Themeno sorte euenit. cui Cissus postea successit, patre prius per summum scelus extincto; quod suspicabantur illum velle imperium in Deiphontem affinem, cuius consilijs maximè fidebat, transferre. Sed eius filijs regnandi licentiâ corruptis, Argiui, pristinam libertatem desiderantes, ^B ita illos in ordinem redegerunt, vt præter inane regum nomen nihil illis relictum fuit reliqui. Successu temporis, ruente iam passim Græciæ libertate, nunc in Spartanorum, nunc in Achæorum, vel Macedonum, seruitutem inciderunt; donec postea Romanorum imperio subiecti fuere.

Hic etiam primo Nemæi ludi instituti, ab Adrasto rege. Siquidem cum Thebano bello Argiuorum exercitus, ob in solitam siccitatem, siti pene confectus esset, nisi Hypsiphile Lemnia, exul, & captiua, quæ Lycurgi regis Nemææ filium Archemorum lactabat, Langiam fontem illis ostendisset; relicto interim alumno in prato, quem ^C serpens repente occidit. cuius mortem pater ita impotenter tulit, vt Hypsiphilem ad supplicium postularet, nisi Argiui obstitissent, & ludos solemnes in defuncti pueri honorem, & parentis solatium, indixissent. Ludi erant equestres, & gymnici: præmia verò primùm olea, mox apium: erantque ludorum præsides pullati, in memoriam luctus paterni ex immaturo Archemori letho. Primo autem solebant illa in saltu Nemææ celebrari, vt refert Strabo. ^{E'ν τῷ θάλασσῳ καὶ ἡ Νεμέα μετὰ}
^{Lib. VIII.} ^{ξὺ κλεωνῶν καὶ φιλήντων, καὶ τὸ ἄλλο, ἐν ᾧ καὶ τῆ Νεμέα σωτελεῖν ἔθον τοῖς Ἀργείοις.}
Hic Nemea inter Cleonas & Philuntem, & lucus, in quo Argiuis mos Nemea celebrare. Mox in vrbe Argo celebrata. T. Liuius. *Lata ciuitas* ^D
^{Lib. XLIII.} *(liberata à Nabidis tyrannide) celeberrimum festorum diem, ac nobile ludicrum Nemeorum, die stata propter belli mala prætermisum, in aduentum Romani exercitus ducisque indixerunt, præfeceruntque ludis Imperatorem.* Sed de his fatis; venio ad nomismata.

I. Effigies est viri sedentis, cum clypeo, & lituo; quem suspicor esse Iouem Larissæum, ita dictum, quod in Larissâ arce colebatur: vel Iouis Milichij, siue *Mitis*. Argis enim conspiciebatur eius simulachrum, quod illi dedicarant, extinctâ domesticâ seditione, quâ ciues milites præsidarios Bryantis interfecerant. Ab auersâ parte Apollinis est luculentus vultus, qui Lycaeus ibi vocatur. ^E

II. Littera est A. quam Argiui in clypeis solebant gestare, non fecus ac Lacedæmonij ^A: nominis scilicet primum elementum. Ad-
est

A est & Apollo, & auersâ parte dimidiatus lupo. colebatur hic præcipuo in honore Apollo Lycius, seu Lycæus, de quo Statius lib. x.

Ad patrias si quando domos, optataque Pæan

Templa Lycie dabis

B Cui Danaus primus templum exstruxit. is cum ex Aegypto Argum venisset, Gelanori, Stheneli filio, de rerum summâ litem intendit; & nihilominus, cum iustis videretur Gelanor se rationibus defendere, iudicium à populo in sequentem diem est delatum. manè, ortâ luce, boum armenta in pascuis sub ipsis mœnibus lupo inuasit, factoque impetu contra taurum, armenti ducem, pugnavit. ibi communi populi consensu Gelanorem Argiui cum tauro, Danaum cum lupo compararunt; quoniam, ut fera hominum familiaritate & conuictu est exclusa, ita Danaus quoque erat eo temporis peregrinus, nec vllum cum ciuibus commercium habebat: ut verò lupo taurum prostravit, Gelanor causâ cecidit, & Danaus regnum obtinuit: qui, cum sibi persuaderet, ab Apolline lupo armento immissum fuisse, Lycio Apollini templum condidit; in cuius rei memoriam in foro visebantur ex ære statuæ lupi cum tauro pugnantis. quis verò ille ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ , de quo nummus, incertum. scio nobilem fuisse statuarium Xenophilum, qui Argis simulachrum Aesculapij sedentis ex albo marmore confecit.

Paus. in Corinth. Plutarchus in vita Pyrrhi.

II. Præter litteram A. Delphin cum remo sub illâ visitur; quod fortè in honorem Neptuni Προκλυσις *Proclystij* factum videtur; delphin enim illi facer. decertante enim Neptuno cum Iunone super Argiuorum regione, Inachus, Cephisus, & Asterion, Iunoni regionem adjudicarunt. Neptunus iracundiâ motus, magnam regionis partem aquis obruit, precibus tandem Iunonis placatus, illuuiem agrorum sedauit. Argiui eo loco, quo maris impetus resederat, Neptuno Proclystio fanum erexerunt, nomen illi ab inundatione inditum.

III. V. VI. Nullâ explicatione indigent.

E Π Ι Δ Α Υ Ρ Ι Ω Ν .

E P I D A V R V S .

Triplex Epidaurus. Stephanus Byzantinus emendatus. Æsculapij ortus. Vnde artem medendi habuit. Cur illius templum extra urbem. Cur anguis illi affingitur. Paria serpentes. Æsculapius sub serpentis specie cultus. In eius loco nefas nasci, aut mori, quenquam. Aegri in fano eius decumbebant. cur laurea coronatur.

PLures huius nominis vrbes in Europâ numerantur; quarum vna in Dalmatiâ, inter Parthinos populos, quam Plinius Epidaurum coloniam vocat. hæc hodierno die emporio & Republ. nobilis est, & Ragusia dicta. secunda erat in Laconiâ, quam Pausanias inter liberos Lacones recenset, quam aliqui λιμηραν, à portus commoditate, vel λιμηραν dictam putant. vulgus Græcorum μονεμβασία hodie, nautæ vero Maluasiam, Homerus vero ἀμπελόεσσαν dicit, vini generosissimi feracem; vnde forte & Cretense vinum Maluasiam dictum. Tertia verò erat in Argolicâ terrâ, prope sinum Saronicum, Æsculapij delubro celebris, quam Stephanus olim Επίταυρον dictam, non bene; Eustathius verò in Boeotiâ melius Epicarum, ἐπίκαρον αὐτὴν ὀνομαζόντες, ὡς Καρῶν αὐτὴν ποτὲ κατασχόντων. Epicarum aliqui putant à Caribus, qui aliquando illam habitaverunt. Stephanus etiam μελισσία καὶ ἀιμηραν dictam asserit quod Æsculapij ara, frequenti victimarum immolatione, & perpetuo sanguine, madesceret. Marcianus Heracleotas Oenonen etiam vocatam dicit.

— μετὰ δὲ ταῦτα κατ' Επίδαυρον, ἢ
Πρότερον μὲν Οἰνώνη προσσηγορευμένη.
— Postque illa ad Epidaurum altera,
Quæ nominata fuerat Oenone prius.

Pausanias. Vrbi nomen inditum ab Epidauro, Pelopis filio, vt Elei dicunt; Argiui verò ab Argus filio, Epidaurij verò ab Apollinis filio Epidauro. Regioni Epidauriæ olim imperavit Pityreus, ex Iouis posteris, qui Xuthi filius erat. sed irrupentibus in Peloponnesum Doriensibus cum Heraclidis, viribus suis diffusus, absque puluere & sanguine, Deiphonti & Argiuis Epidauriam terram liberam permisit; Pityreus verò in Atticam cum suis abiit. Vrbs autem cum territorio suo Æsculapio sacrata fuit, quia Phlegyæ filia, quæ ex Apolline conceperat, in Epidauriorum agro Æsculapium peperit, quem in monte Tittheo, qui prius Martius vocabatur, exposuit. capella expositio lac præbuit, quam Arestanæ pastoris canis assiduo custodiebat. Inuentum infantulum cum pastor humi toller-

A ret, splendorem quendam insolitum ex puero refulgere vidit; arbitratus itaque diuinum quid in illo latere; puerum secum abstulit. Alij tamen, vt Apollodorus, & Ouidius, ferunt Coronidem, Phlegyæ filiam, cum iam ex Apolline concepisset, Ischio, Elati filio, sui copiam fecisse; quâ de causa offensus Apollo iaculis illam confecit. incensâ autem pyrâ abreptum infantem Chironi Centauro alendum dedisse, à quo mendendi artem didicit. Cuius beneficio tantam claritatem consequutus fuit, vt & mortuos in vitam reuocasse diceretur. inter quos ferunt Hypolytum Thesei filium fuisse; alij verò Glaucum Minois. Apollodorus
 B hoc consequutum fuisse illum, Palladis beneficio, qui effusum cruorem è venis Gorgones illi dedit; qui enim ex læuis defluxisset, mortalibus perniciosus; qui verò ex dextris venis profusus fuerat, adeo salutaris, vt eius opè non solùm ægri sanitatem acciperent, sed etiam defuncti in vitam reuocarentur. Cum verò Orionem vellet vitæ restituere, Iouis fulmine percussus, interiit; vnde Virgilius.

Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas.

Epidaurij templum illi excitarunt, id què extra urbem, teste Liuius, xv millibus passuum; in quo illorum suspensæ tabulæ, signaque, qui eius beneficio salutarem opem experti fuerant. Cur autem Aesculapij
 C plium extra urbem olim fuerit, rationem reddit Plutarchus, quia salubrius extra quam intrâ urbem degimus; vnde Græci locis ferè puris, & editis, posita Aesculapij habent delubra. Erat autem in ipso templo theatrum egregium, quod ornatu suo Romana omnia superabat. operis pulchritudo, & concinna architectura, Polycletum auctorem facile prodebat. Simulachrum eius erat ex auro & ebore confectum, non vulgaris artificij, Thrasymedis Arginoti F. opus. Solio id insidebat, baculum vnâ manu tenebat, alteram serpentis capiti imponebat, cuius lateri canis adstabat, quia canis illum custodiuerat à feris. Serpenti verò manus incumbit, quia hoc animal vigilantissimum est; quæ res ad tuendam ægroti valetudinem maximè conuenit. Hyginus vero aliò respicit,
 D in Ophiucho. *Cum Aesculapius cogereetur à Minoe, Glaucum eius filium in vitam restituere, conclusus secreto loco, anxiusquè quid acturus esset, dicitur anguis ad bacillum eius arrepsisse, quem ille turbatus sæpius feriens fugientem persecutus donec interficeret, postea alter anguis superuenit, qui herbam ore ferens casum anguem illius beneficio suscitauit, vnde Aesculapius spe plenus, eâdem herbâ Glaucum ad vitam reuocauit, itaque & anguis in Aesculapij tutelâ, & in astra dicitur relatus.* Macrobius verò ideo dicit simulachris eius adiungi dracones, quia Medicina facit, vt humana corpora, veluti infirmitatis pelle depositâ, ad pristinum reuirescant vigorem, non secus ac dracones per singulos annos, exutâ senectutis pelle, iuuenescunt. vnde & in templis eius
 E serpentes illi consecrati seruabantur, flauo colore, & cicures; quos Pausanias in solâ Epidauriorum regione nasci memorat. Ælianus hos serpentes Parias vocat; *Parie serpentes sunt igneo colore, & acerrimo oculorum*

In quæst. Romanis.

Lib. ix. Hist. animal. mal.

sensu,

sensu, largo ore, cuius morsus, cum sint innoxij, mitissimo deorum Aesculapio esse A
consecratos. Immò vetustas credula sibi persuaserat, serpentis specie se vi-
dendum præbere Aesculapium.

Ouidius xv. Metamorphos.

Hunc modo serpentem, baculum qui nexibus ambit,
Perspice, & usque nota, visum vt cognoscere possis.
Vertar in hunc, sed maior ero, tantusque videbor,
In quantum verti cœlesti corpora debent.

Q. Serenus, Poëta & medicus, in Operislimine, ad Æsculapium. B

Qui quondam placidâ rectus sub pelle draconis
Tarpeias arces atque inclyta templa petisti.

Val. Max.
 lib. I. cap.
 VIII.

Ferunt etiam P. R. laborantem pestilentiaë luc, vt finis tanto malo im-
 poneretur, inspectis Sibyllinis libris, animaduersum, non aliter pristi-
 nam recuperari salubritatem posse, quam si ab Epidaurio Aesculapius es-
 set accersitus; itaque missi legati Epidaurum afflictæ vrbi præsidium
 petiere, quod illis etiam benignè concessum fuit, venitque sponte an-
 guis sacer in triremem, qui sine cuiusquam noxâ passus est se Romam
 vehi; atque in insulam Tiberinam egressus, vbi illi templum postea di-
 catum, nusquam postea comparuit, cum aduentu suo tantæ cladi fi- C
 nem imposuisset.

Lib. XXIX.
 cap. IV.

Plinius verò refert, sobolem sacri illius anguis adeo multiplicasse,
 qui vulgo etiam in domibus pasceretur, vt, nisi incendijs semina exu-
 rerentur, non esset fœcunditati illorum resistere. sed pluscula hæc de
 Epidaurio angue dicta. quia nummus primus illum nobis exprimit.
 Lucus erat etiam Epidauri, qui templum ambiebat, sacer, & vndique
 conscriptus; in quo nefas erat, non secus ac in Delo, mulieres parere,
 aut mori. Antoninus postea imperator huic incommodo succurrit,
 & domicilia iuxta lucum extruxit, in quo possent degere mulieres, & vi- D
 ri, qui templo ministrabant; ne cogerentur sub dio parere, aut D
 mori.

Olim etiam moris erat, in templum eius deferre ægrotos, vt per som-
 nium ab Aesculapio monerentur de remedijs morbo aptis. Iulius Soli-
 nus, *Epidaurio decus est Aesculapij sacellum, cui incubantes, ægritudinum reme-*
dia capessunt de monitis somniorum. Immo obseruo & ægrotos in tem-
 plo decubuisse, donec sanitati restituti essent; vel, si conclamata esset il-
 lis valetudo, vt sponte excederent. Plautus in Curculione.

Migrare certum est nunc è fano foras,
Quando Æsculapij ita sentio sententiam,
Vt qui me nihili faciat, nec saluum velit:
Valetudo decrescit, accrescit labor.

Quod ad numismata, pauca sunt dictis addenda; nam in vtroque
 est Aesculapij vultus, cum coronâ, ni fallor, laureâ. Hanc autem
 esse,

A esse, & non oleagineam, aut alterius arboris, suadent verba Festi Pompeij, de omni antiquitate optimè meriti; *laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum sit remediorum.*

In II. adiecta vox σωτήριος, *seruatoris*, cui enim nomen illud magis conueniet, quam illi, qui efficacibus remedijs pristinae sanitati corpora restituit.

K O P I N Θ I Ω N .

B C O R I N T H V S .

Solis & Neptuni contentio de urbe. Acrocorinthus Ηλιούπολις dicta. Velleij Paterculi lapsus. Bacchiadarum regnum. Cypselus tyrannus. Demaratus Corinthius. A Mummio euersa. Timoleon. Aes Corinthium Iulius Cæsar restituit Corinthum. Pictura hic inuenta, & triremes structæ. Cur Pegasus in illorum nummis. Chimæra. Iupiter Capitolinus. Minerva χαλκίτις. Ab Hercule genus ducunt.

C
INter nobilissimas Græciæ vrbes, iure Corinthus semper annumerata fuit; & si Athenas Spartamque excipias, nulla illi præferenda. dicta primùm Ephyræ; ab Oceani filia Ephyrâ, quæ, teste Pausania, prima hanc regionem incoluit. Stephanus verò ἀπὸ Ε'φύρας τοῦ μύρμηκος τῆς Ε'πιμηθέως γυναικὸς, *ab Ephyro, Myrmecis filio, ex Epimethæ uxore.* Corinthi autem Pausanias illi nomen inditum à Corintho, Marathonis filio, qui Ephyræ nomen aboleuit; vel, vt vulgus Corinthiorum sibi persuasit malè, à Corintho, Iouis filio. Ferunt Solem cum Neptuno de hac regione contendisse, electum verò arbitrum Briareum, qui Neptuno Isthmum, illique adiacentes agros; Soli verò montis verticem, ciuitati incumbentem, quem D Acrocorinthum vocant, adiudicasse. vnde & Stephanus dicit, Acrocorinthum ἠλιούπολιν, seu *solis urbem*, ab æstu, solique siccitate, nuncupatam. Sita erat vrbs in ingressu Peloponnesi, in ipso fine Isthmi; vnde non immeritò Peloponnesi πύλας seu *portas* Corinthum nominant; quod illa sit quasi aditus in totam Peloponnesum. Eius littus duo maria alluunt; ab occasu Ionium, ab oriente Ægæum. Vnde à Poëtis passim *Bimaris* vocatur. Ouidius.

*Et quæ Bacchiadæ, bimari gens orta Corintho,
 Inter inæquales posuerunt mœnia portus.*

E Vnde gemini maris beneficio commercijs egregiè floruit, & maximas opes breui accumulauit; accedente autem agri egregiâ fertilitate, ad summam potentiam vrbs deuenit. magnus enim concursus eò ab Italicis & Asiaticis mercatoribus; ob portuum commoditatem, fiebat.
 duplex

duplex enim erat portus: Lechæum quidem Ionium pelagus, Cen-^A
chreas verò Aegæum respiciebat, ita vt quasi ad communem totius
Græciæ mercatum exteri vndique concurrerent. Erat hic etiam ce-
leberrimum Veneris templum, Strabone teste, in quo plusquam mil-
le prostitutæ puellæ alebantur; propter quas externa iuventus fre-
quens confluebat. inter quas famosa illa, & veterum scriptis celebra-
ta, Lais. *Ad cuius iacuit Græcia tota fores.* Arcem habuit in prærupto
& excelsio monte editam, quam Acrocorinthum nominabant; tantæ
altitudinis, vt ex illa in vtrumque mare Aegeum & Ionium prospectus
pateret, quod Statius Papinius suo more elegantissimè explicat. ^B

i. The-
baidis.

Jam pronis Gradiuus equis Ephyrea premebat

Littora, quâ summas caput Acrocorinthus in auras

Tollit, & alternâ geminum mare protegit vmbra.

Hanc arcem, & quæ circa Ithomam montem erant, Demetrius Pha-
reus Philippo Macedonum regi suadebat esse occupanda, si vtroque
cornu bouem (Peloponnesum scilicet) vellet tenere; quam memo-
rabili quondam facinore, Aratus Sicyonius Macedonum iugo eripuit,
& Corinthios non solùm libertati restituit, sed etiam volentes in A-
chaicum consilium perduxit.

Variè autem olim Corinthiorum Respub. administrata fuit, nec ^C
idem semper imperium experta; Troicis certè temporibus, Argiuorum
vel Mycenæorum principibus paruit; siquidem in expeditione illâ
contra Priamum proprio duce caruerunt, sed Agamemnonem cum
Arginis, & Mycenæis sequuti sunt. postea Sisyphi posteri rerum ibi poti-
ti fuerunt, vsque ad Doridam, & Hyantidem; quo tempore Dorien-
ses Heraclidas in Peloponnesum reduxerunt, qui Corinthios magno
prælio deuicerunt. quare Aletæ, Hippotæ filio, (qui secundùm Pau-
saniam quintus ab Hercule fuit, non sextus, vt Velleius Paterculus
opinatur) regnum tradiderunt. Hunc Aletem Eusebius primum Co-
rinthiorum regem facit: à quo Velleius Corinthum, quæ prius Ephy-^D
ra vocabatur, conditam refert, totâ antiquitate reclamante. nam &
Diodorus Iasonem Corinthi habitasse sub Creonte rege, multis ante
Aletem annis, auctor est. Aletæ verò in regno successit Ixion, huic
Agelaus, quem subsequens Prymnis, in quo Aletis genus extinctum,
& rerum summa ad Bacchum, Prosymnidis filium, delata fuit, à quo po-
steri Bacchidæ, & Bacchiadæ, dicti. quem excepit Agelas, illū Eudemus,
huic successit Aristodemus, illi Agemon, post quem regnavit Alexan-
der, deinde Telestes, quem Pausanias Aristodemi filium dicit, illoque
interfecto ab Areo & Peranta, desisse Corinthiorum reges auctor est.
Eusebius verò post Telestem imperasse adhuc Automenem scribit, sub ^E
quo regia potestas extincta est; durauitque regnum Bacchiadarum
CLXXVIII annis; quo sublato, annui magistratus, seu Prytanes, substituti;
quos Pausanias ex Bacchiadibus electos dicit, donec Cypselus, Etio-
nis

A nis Filius, ex posteris Melanis, illis eiectis tyrannidem occupauit. cuius opes inter cetera testatur simulachrum ex solido auro, Ioui in Olympiâ dedicatum. Huic filius Periander in tyrannide successit, qui inter Græciæ sapientes annumeratur, licet cum matre incestum commiserit, & Corinthios egregiè afflixerit. Sub hoc nobilis ille Arion cytharcedus floruit, qui in mare à piratis proiectus, delphinis beneficio seruatus fuit. Ex Bacchiadarum autem posteris fuit & Demaratus Corinthius, qui, suis à Cypselo oppressis, parum se tutum in patriâ à Tyranni violentiâ ratus, sublatis opibus, nauem conscendit, & Tarquinius, nobilem in Hetruriâ urbem, concessit, vbi propter commercia multos amicos pridem contraxerat. Hic ductâ vxore nobilissimâ, duos filios suscepit, quorum alteri Aruntis, alteri verò Lucumonis nomen inditum. Lucumo, defuncto parente, cum videret se à Tarquinijs, tanquam hominem externum, à publicis honoribus excludi, Romam venit, vbi Lucius Tarquinius vocatur. Hic virtute, & diuitijs, non solum populo, sed & Regi Anco Martio charus breui euasit. quo defuncto, exclusis Anci filijs, regnum inuasit, & summâ cum laude non solum administrauit, sed etiam posteris suis transmisit, vt testantur Dionysius Halycarnasseus, & T. Liuius.

C Timoleonem etiam ciuem habuit, qui adeo Tyrannis aduersus fuit, vt etiam proprium fratrem curauerit interimi, quod Tyrannidem appetiisset. mox in Siciliam à Corinthijs missus, Syracusas libertati restituit, & Dionysium Tyrannum Corinthum misit, vbi inter vilissimos homines consuevit.

In Macedonum iterum potestatem venit; siquidem premente illos Cleomene, Spartanorum Rege, ab Arato Antigonus Dofon euocatus, qui nisi Corintho traditâ noluit vllas auxiliares copias Achæis mittere. à Romanis mox deuicto Philippo, auctore T. Flaminio, pristinâ libertate donata est, sed cum illâ impotenter vsi essent aduersus Romanos, & legatos illorum insolenter habuissent, adeo vt in pretereuntes sordes quidam effuderint, Strabone teste; Mummio consuli bellum Achaicum decretum fuit; qui extemplo exercitum in illos mouit, tantâ celeritate, vt hostes imparatos offenderit; & Diæum; Achæorum ducem, cum suis vnico prelio fudit fugauitque. Corinthum, paucis propugnantibus, vbi cepit, populum omnem sub coronâ vendidit, urbem ipsam ferro flammisque euertit. ita perijt clarissima vrbs, prius oppressa, quàm in certorum hostium numerum referretur. quanta verò hic præda fuit, Florum audire licet. *Quid signorum? quid vestium, quidue tabularum raptum, incensum atque proiectum est, quantas opes abstulerit, & cremauerit, hinc scias, quod quicquid Corinthij æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse compertum, nam & æris notam preciosorem ipsa opulentissima vrbs fecit iniuria,*

G

quia

quia incendio perustis plurimis statuis, atque simulacris; æris, auri argentiq̄ue A
venæ in commune fluxerunt. Sed, vt hoc obiter tangam, tria erant Corin-
thij æris genera, teste Plinio; candidum, argento nitore quàm proximè
accedens, in quo illa mixtura præualuit; alterum, in quo auri fulua
natura; tertium, in quo æqualis omnium mixtura fuit. L. verò
Mummius plurimas statuas secum Romam asportauit; sed, cùm parui
artes illas faceret, facilè amicis illas largiebatur. Ideò Lucullus, Strabo-
ne teste, cùm ædem Fortunæ construxisset cum porticu, statuas à
Mummio mutuas petijt, vt ædem ad ostentationem exornaret, mox
restituturus illas; ille vt donum deæ posuit, Mummioque significauit, B
vt inde eas auferret, si libitum esset. nec iniquo id animo tulit ille, sed
omnes statuas in æde reliquit, maiore eius gloriâ, quam qui oblatas
posuerat. T. Liuij tamen breuiator refert, Mummium adeo continen-
tem fuisse, vt nihil ex eis opibus, ornamentisque, quæ prædiues Corin-
thus habuit, in eius domum peruenerit.

Deserta verò iacuit Corinthus multis annis, donec Iulius Cæsar,
misertus tam celebris vrbs casum, iterum illam restituit, missis eò
frequentibus colonis, eo tempore, quo etiam Carthago instaurata
fuit; vnde in nummo æreo Iulij Cæsaris vocatur. COL. IULIA CO-
RINTHVS. Augustus etiam postea colonos deduxit, quod & eius C
nummus æreus declarat. COL. IUL. COR. In hac vrbe primum
picturæ ars inuenta, teste Isidoro. Plinius dubitat, an Sicyone,
an Corinthi. primi autem illam exercuerunt Ardices Corinthius, &
Telophanes Sicyonius, sine vllò etiamnum colore. Cleophantus
autem Corinthius, primus inuenit lineas picturâ colorare, testâ, vt
ferunt, tritâ. Primos etiam Corinthios excogitasse triremes, Thucydi-
des refert; & Aminoclem Corinthium naupegum Samijs quatuor na-
ues compegisse.

Plinius
lib. xxxv.
cap. iv.

I. Bellerephon est, alato Pegaso insidens. ab auersâ parte chimæra: D
Bellerephon enim, Glauci filius, Sisyphi nepos, cùm per impruden-
tiam Deliadem fratrem Corinthi occidisset, ad Prætum Argos confu-
git, ab eoque expiatur: mox, cùm illius amore Sthenoboea, Præti
vxor, deflagraret; ille hospitaes aras veritus, eius libidini noluit obse-
qui. quæ, repulsæ impatiens, Bellerophontem apud maritum interpel-
lari adulterij insimulat. ille nimis credulus, Bellerophontem ad Ioba-
tem, Lyciæ regem, & socerum, cum arcanis mandatis mittit; vt quo-
quo modo illum curaret de medio tolli. Iobates re cognitâ, chi-
meræ primum illum obijcit. monstrum hoc erat, primâ par-
te Leo, postremâ draco, mediâ verò capra, quod flammis E
ore euomebat, ac proxima quæque inficiebat. Hoc Bellero-
phon, Pegaso subuectus, sagittis confecit. quâ partâ victo-
riâ, alijs periculis eius innocentia exploratur. Contra Solymos
enim,

A enim, & Amazonas, mittitur, sed, cum ubique victor euaderet, virtute eius, & prudentiâ, Iobates permotus, Philonoëm filiam illi in vxorem dedit. Sed cur Pegasum potissimum plerisque in nummis appingunt? quia fortè circa fontem Pirenem, qui in Acrocorintho est, Pegasus, alatus æquus, qui ex Medusæ sanguine natus fuit, cum potaret, à Bellerophonte comprehensus fuit. vt auctor est Strabo. Moneta autem Corinthiorum, in quâ Pegasus insculptus erat, *Pullus* vocabatur. Iulius Pollux in Onomastico. καὶ πῶλ Ⓞ δὲ, τὸ νόμισμα Κορινθίων ὅτι Πήλασον εἶχεν ἐντετυπωμένον. *Pullus est moneta Corinthiaca, ita dicta, quod Pegasum habet insculptum.* Chimæram vero auersa pars ostendit, vt & in alijs tribus nummis, Leonem nempe, cui serpens, seu draco, pro caudâ est; capra verò è medio corpore emergit, iuxta illud Homeri,

Πρόδε λέων, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα

Hesiodus verò in Theogoniâ tria capita habuisse canit, non secus ac nummi nostri indicant.

Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. μία μὲν χαροπόιο λέοντι Ⓞ,
ἡ δὲ χιμαίρης, ἢ δ' ἔφι Ⓞ κρατερῶιο δράκοντι Ⓞ

Illi erant tria capita, vnum quidem sului leonis;

Alterum capelle, tertium verò serpentis robusti draconis.

C Sed cur vterque poëta dicit Chimæram habere caput χιμαίρης? quia Græcis Chimæra siluestrem caprum significat. Hesychius χίμαιραν, αἶγα ἀγρίαν, siluestrem capram, dictam vult. eodem verbo Plutarchus in vita Lycurgi vsus est. In secundo nummo Iupiter spectatur, cuius templum Corinthi erat prope theatrum, & Capitolinus dicebatur. Pausanias. Ἦπερ δὲ το θέατρον ἐστὶν ἱερὸν Διὸς Καπετωλίου, φωνῇ τῇ Ῥωμαίων, κατὰ Ἑλλάδα δὲ γλώσσαι κερυφαίου ὀνομαζοῦται. *Super theatrum templum Jouis est, qui Romanorum linguâ Capitolinus dicitur: Græcâ Coryphaeum quis vocauerit.*

D III. & IV. Venus est ab vnâ parte, & chimæra ab alterâ. nam Corinthi celebre Veneris fanum fuit; in quo, Strabone teste, supra mille prostibula deæ consecrata alebantur, quorum quæstu opes templo comparatæ erant. Adde etiam solem, postquam iudicio Briarei Acrocorinthus illi adiudicata fuisset, Veneri illam sponte concessisse, vt auctor est Pausanias.

V. Bellerophon cum Pegaso, ab alterâ parte Minerua cum casside templum hic erat Mineruæ χαλνιτίδος, seu *Frenatricis*. quod illa Bellerophontem adiuuerit in domando Pegaso, ipsique frenum indidit, vt aptè posset volucrum illum equum ascendere.

E VII. Apollo est, capite lauro coronato; & auersâ parte solis quadrigæ. Supra diximus, Acrocorinthus soli celsisse, iudicio Briarei. de quadrigis his Pausanias. *Ex foro in Lechaum euntibus Prophylæa offeruntur, & in his duo currus ornati; quorum altero Phaëton, solis F. altero sol ipse vehitur.*

VII. Iupiter sedens cum hastâ purâ, victoriâ dextrâ gestat, & aquila ad pedes. ab alterâ parte Hercules, toruo ad spectu. Corinthij enim ab Hercule genus ducunt; Aletes enim quintus ab Hercule fuit, qui Corinthum occupavit. accedit, quod propter theatrum Herculis erat simulachrum, spectatu dignum, Dædali opus.

VIII. Neptunus est, & auersâ parte idem rostro navis insidet, vnâ manu tridentem, alterâ delphinem gestat. Notum est in eius tutelâ Isthmum fuisse, & illi adiacentem regionem, Briarei iudicio.

M E Γ A P A I Ω N.

M E G A R A.

Megara etiam Nysa dicta, & Alcathe. Megarensium curiæ cur Heroum tumulus inclusus. Lapis citharæ sonum referens. Ceres Μαλοφόρη. Megarici Philosophi.

NON procul ab Isthmo Megara occurrit, media inter Peloponnesum & Boeotiam; dicta à Megareo, Neptuni filio, vt Pausanias ex Boeotiorum relatione narrat. Alij verò hunc Apollinis filium, alij Ægei, alij Hippomenis, faciunt. Primò autem Nisa vocata, à Niso, Pandionis filio. postea verò, cùm Megareus, qui Onchești habitabat, Niso contra Minoem auxiliares copias tulisset ex Boetia, cæsus in acie, sepultusque ibi fuisset, & in gratam eius memoriam Nisa vrbs Megara vocata. Iones olim illam incolere; sed cùm Peloponnesij, regnante Codro, contra Athenienses expeditionem suscepissent, captam Megaram, quæ tum Atheniensium imperio erat subdita, Corinthijs, alijsque socijs, habitandam dedere; atque ex illo tempore, commutatis institutis, & linguâ, Dorienses fuere. Subuersa autem postea à Minõe, bello Cretico, cùm Atheniensibus, ob Androgei filij cædem, bellum inferret. sed muros eius postea Alcathous, Megari filius, instauravit; quem ab Apolline adiutum ferunt incolæ.

Arcem etiam habebat, quæ ab Alcathoo dicebatur Alcathoe, vnde & Ouidius urbem Alcathoen vocat.

*Interea Minos Lelegeia littora vastat,
Pertentatque sui vires Mauortis in vrbe
Alcathoe, quam Nisus habet. —*

Hac in vrbe varij reges imperium habuerunt, ad Hyperionem vsque, vltimum regum, Agamemnonis filium, teste Pausania. qui cùm ob contumeliam quandam à Scandione interfectus esset, vnus arbitrio noluerunt in posterum Rempub. committere, sed annuos magistratus instituerunt eligere. cùm verò Delphos misissent vnum ex præci-

A præcipuis ciuibus, qui oraculum consuleret, quo pacto futuri essent beati; responsum illis, Megarense successus habituros felices, si cum pluribus consulerent. Hanc oraculi sententiam cum ad mortuos referrent, curiam ædificarunt, ita ut ambitu suo Heroum tumulus (locus is erat in quo insigniores viri sepulti erant) concluderetur. Bella etiam gessere cum Atheniensibus; de Salaminæ insulæ iure, & proprietate. ubi cum Athenienses frequentes clades accepissent, prorsus ab illâ abstinendum sibi iudicarunt, nisi Solonis astu in bellum iterum impulsus essent. Megarense, offensarum memores, matronas Athenien-

B sium in Eleusinijs sacris noctu oppressuri, naues conscendunt; quâ re cognitâ, dux Atheniensium Pisistratus iuuentutem in insidijs collocat, iussis matronis solito clamore ac strepitu etiam in accessu hostium; ne intellectos se sentiant, sacra celebrare, egressosque nauibus Megarense, inopinantes aggressus deleuit, ac protinus classe captiuâ intermixtis mulieribus, ut speciem captarum matronarum præberet, Megaram contendit. illi cum & nauium formam, & petitam prædam agnoscerent, obuij ad portum procedunt; quibus cæsis, Pisistratus parum à capiendâ vrbe abfuit. ita Megarense suis dolis hosti victoriam dedere.

C Hac etiam vrbe oriundi fuere Philosophi, Megarici dicti; qui Euclidi, Socratis auditori, successerunt. (diuersus hic fuit ab illo; qui de mathematicis scripsit.) de quo Cicero. *1 v Academ. Post Euclides, Socratis discipulus, Megareus, à quo ijdem Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset vnum.* Hos Diogenes Laertius primo Eristicos, postea Dialecticos vocatos dicit. Ex hac vrbe etiam Stilpon, nobilis philosophus, fuit; qui ingenij acumine, & docendi dexteritate, ceteros antecellebat; ut illius gratiâ iuuentus penè omnis sectam Megaricam amplecteretur. Hic, cum Demetrius Poliorcetes Megaram occupasset, militum rapinis patriam exemit. Sed, cum

D Demetrius omnes ciuium seruos abduxisset, Stilponi fertur dixisse, tuâ causâ Megaram liberam relinquo; cui ille acutè, ita, inquit, est: nullum enim seruum in illâ reliquisti.

Egregias etiam colonias Megarense olim deduxere, inter quas eminebant Chalcedon, Selymbria, & in orâ Ponti Euxini Heraclea.

Mirum est, quod Plinius refert lib. xvi. cap. xxxix. de oleastro. *Megaribus diu stetit oleaster in foro, cui viri sortes affixerant arma, quæ cortice ambiente atas longa occultauerat; fuitque arbor illa fatalis excidio vrbis, præmonita oraculo, cum arbor arma peperisset. quod succise accidit, ocreis galeisque intus repertis.*

E I. Apollo est cum tripode, & citharâ, quæ lapidi incumbit. hic enim peculiaris Apollini honos habitus, quod Alcathoum iuuerit, occupatum in erigendis vrbus moris, cytharam verò ad lapidem ferunt deposuisse; quam refert Pausanias, calcitilo proiecto, si quis tetigerit,

eundem sonitum edere, quem cithara, si pulsetur. quo respexit Virgilius in Ciri. A

*Sæpe lapis recrepat Cyllenia munera pulsus,
Et veterem sonitu Phæbi testatur honorem.*

Ouidius VIII. Metamorph.

*Regia turris erat vocalibus addita muris.
In quibus auratam proles Latonia fertur
Deposuisse lyram, saxo sonus eius in hæsit.
Sæpe illuc solita est ascendere filia Nisi
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo.* B

Ab auersa parte gryphus est, Apollini sacratus, cui rota abest.

II. Ceres est, cuius caput spicis coronatum, quod prima frumenti usum homines docuit. habet etiam tædam; raptam enim filiam Proserpinam cum quæreret, facibus accensis ex monte Aetnâ, orbem circuissè dicitur, vnde & tædifera à Poëtis vocata.

Et per tædifera mysticâ sacra Deæ.

Ab auersa parte iuuenis videtur, tectus vellere, & qui ouem emulget; nisi me fallit opinio, ad Cererem *μαλοφόρον* seu *μηλοφόρον* respicit, cuius templum, Pausania teste, erat iuxta Megaram. vocabatur autem Ceres *Μαλοφρα*, quod scilicet incolæ primi, qui rem pecuariam exercuerint, Cererem putabant ouium feracem, vel lanigeram, ab ouium proventu. Atticos certè homines primos docuisse lanificij usum, auctor est Iustinus. An huc respiciat Arnobius? *Eumolpum lanificij custodem, cum Triptolemo & Baubone, Cererem apud Eleusinos suscepisse, à quo genus Eumolpidarum fuit.* C

N I Σ Α Ι Ω Ν .

N I S Æ A . D

*Nisæa etiam Minoa dicta. Nisus à filiâ
Scyllâ proditus.*

Strabo.
lib. IX.

V I C I N A Megaræ Nisæa, à Niso, Pandionis filio, condita, vt auctor est Stephanus Byzantinus. Ferunt enim Pandioni quatuor fuisse filios, Aegeum, Lycum, Pallantem, & Nisum. hic Aegeo fratri maiori Athenas reliquit, ipse verò in Megaricam regionem concessit, & Nisæam condidit. Fuit etiam olim Minoa, Strabone teste, dicta. Sita erat ad mare, octodecim stadijs à Megarâ; vel, vt Thucydidi visum, octo tantum stadijs remota, & Megarensium *ἐπίγειον*, seu nauale erat, non secus ac Piræum Atheniensium. bello verò Peloponnesiaco, cum Athenienses Megaram & Nisæam occupassent; E

A cupassent, muro coniunxerunt vtrumque oppidum, & militari præsidio firmarunt. vrbs hæc quondam à Cretenſibus occupata fuit, quo tempore Minos, vlturus Androgei cadem, Atticæ bellum intulit, & Nisum hic obsedit; in quam, veluti in tutiorem locum, relictâ Megarâ confugerat. verùm à propriâ filiâ proditus, captâ vrbe, occiditur. Illa enim, Minois amore exæstians, patri purpureum crinem, quo inuictus esse ferebatur, è medio capitis vertice præcidit. Minos verò, occupatâ vrbe, in sceleris præmium, Scyllam vinctam pedibus è puppi in mare deiectam submersit; vt refert Pausanias, & Apollodorus. Poëtæ **B** verò, vt Virgilius in Ciri, & Ouidius, in auem vnâ cum patre mutatam ferunt.

I. In honorem Iouis & Cereris videtur conflatus nummus. siquidem ab vnâ parte Iupiter est, ab alterâ aquila est, quæ vnguibus facem gestat, cui spica adest, quæ Cereris signa mystica; nam prope Nisæam Cereris Malophoræ templum erat.

II. Spica est, cum dictione ἰβόλος; & ab alterâ parte iuuenis cymbæ insistens, qui manu videtur obolum porrigere.

C A Θ Η Ν Α Ι Ω Ν

A T H E N Æ.

Athenæ etiam Ποσειδωνία dicta. Amphiction urbem Mineruæ sacrat. Cecrops cur Διφύνης. Archontes perpetui, mox decennales, deinde annui. Eloquentia supra omnes floruit.

Muri longi. Lychnus aureus, ἄσβεστος. De Areopagi initio variant auctores. Templum Iouis Olympij. Atheniensium moneta. Figulina opera.

Draco in Mineruæ tutela. Cicada in crinibus. Ara clementiæ.

MEMORIÆ proditum est, in orbe terrarum medium locum Aristides in Panathenæico. occupare Græciam, in illâ verò mediam esse Atticam, in quâ vrbium longè clarissima Athenæ. Sita autem est Atticâ ad Aegæum pelagus ab oriente, ab occidente verò Megaridem regionem respicit, Bocotiam verò à septentrione, à meridie sinum Saronicum habet. dicta quondam Ionia, ab Ione, Xuthi filio: mox Actæa, vel quod vniuersa regio *αἰών* seu *littus* esset, vel ab Actæo, antiquissimo regum, qui filiam suam Cecropi locauit. Ab Atthide denique, Cranai filiâ, Attica est nuncupata. Sed cum regionem hanc assiduis populationibus Cares vrerent maritimis copijs; Bœotij vero terrestribus; Cecrops primus indigenas in duodecim oppida distribuit, vt aduersus subita belli se

commodiùs tueri possent, quorum hæc sunt iuxta Strabonem nomi-^A
na, Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphydna, Thori-
cus; Braurion, Cytherus, Sphettus, Cephessia, Phalerus. mox Theseus
cuncta hæc oppida in vnam ciuitatem contraxit Atheniensium. Con-
ditas autem Athenas primùm à Cecrope ferunt, vnde & Cecropia di-
cta: sed cùm Neptunus & Pallas de hac regione contenderent, ille qui-
dem percusso solo tridente mare induxit, Minerua verò oleam è terrâ
produxit. Sed cùm duodecim deorum iudicio, vt Apollodorus; vel
Cecropis, vt alij asserunt, Mineruæ adiudicata fuisset, in illius hono-
rem Ἀθήναι vocatæ; Περσιδωνία etiam à Neptuno dicta fuit. Auctor est Iu-^B
stinus, Amphictyonem primum Mineruæ urbem sacrasse, & Athenas
ciuitati nomen dedisse. nec frustra illi deæ consecrata fuit. nulla enim
vrbs pacis bellique artibus æquè inclaruit. hinc enim tot belli decora;
Miltiades, Cimon, Timotheus, Themistocles, Iphicrates, Conon, Alci-
biades, alijque; quorum memoriam grata posteritas nunquam patie-
tur interire. hinc illa ingeniorum lumina prodire, Demosthenes, Pe-
ricles, Thucydides, Menander, Euripides, Socrates, Aeschylus, Ana-
creon; quæ, clarissimis monumentis editis, densas obliuionis tenebras
euaserunt.

Ante Deucalionis tempora regem habuit Cecropem; quem, vt ^C
omnis antiquitas fabulata est, διφυῆ seu *biformem* prodidere (licet apud
Apollodorum corruptè συμφυῆς legitur) quia primus marem fœminæ
matrimonio coniunxit; cum illo tempore ferarum modo promiscuos
concubitus omnes sectarentur. vel, quod haberet σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος,
serpentis & hominis corpus: ob fortitudinem eius egregiam in bello,
& prudentiam in pace. Eusebius verò Diphymem vocat, vel ob longitu-
dinem corporis; vel, quod, cùm Aegyptius esset, vtramque linguam
calleret. Huic successit Cranaus, cuius filia Atthis regioni nomen de-
dit, & Amphictyoni nupsit. qui, motâ seditione, socerum regno exiit.
Hic etiam postea ab Erichthonio regno spoliatus; qui Vulcani & Ter-^D
ræ filius fuisse perhibetur. Hunc Eusebius Erechtheum vocat. Huic
successit Pandion (cuius filia fuere Progne, & Philomela, Poëtarum
fabulis celebrata.) quem excepit filius Erechtheus; hunc Cecrops secun-
dus, deinde Pandion alter, deinde Aegeus, post quem regnavit filius
Theseus, qui, ad Herculis imitationem, regionem vndique monstris
& scelestis hominibus expurgauit. Et cùm cæteri reges duodecim
oppidulis præessent, huic satius visum, illa in vnam potentem urbem
contrahere. A. Mnesthei factione in exiliùm pulsus, in Scyro insula
obiit. cuius ossa, oraculi Delphici monitu, post multos annos à Cimo-
ne Athenas relata sunt. Mnestheo vero ad Troiam defuncto, reuersi ^E
Athenas Thesei filij auitum imperium recuperant: regnavitque De-
mophoon, cui Oxyntes, illi Aphidas, deinde Thymætes successerunt.
qui cùm, à Xanthio, Boeotorum rege; ad singulare certamen prouoca-
tus,

Plutar. in
vita The-
sei.

A tus, illud detrectasset, Meleauthus Messeniorum rex, à Doriensibus & Heraclidis regno eiectus, illud animosè suscepit, & prostrato rege, ab Atheniensibus illi regnum est oblatum, cui xxxvii annis præfuit. Huic filius Codrus xvii & vltimus rex successit, qui pro patriæ salute sponte se morti obtulit. nam cum Peloponnesiaco bello, quo Dorienses Athenas infestabant, oraculum illis respondisset, superiores illos fore, nisi Atheniensium regem occidissent, quod illi summâ curâ cauebant euitare. sed Codrus, pannoso habitu indutus, sarmenta collo gestans, castra hostium ingreditur, vbi in confertâ turbâ à milite, quem prudens falce vulnerauerat, interficitur. Dorienses, cognito regis corpore, oraculi memores, sine prælio discedunt, & Athenæ ab imminente periculo Codri virtute seruata. Cuius memoriæ tributum, ne post illum regij nominis quispiam regnaret. Sed Principes illi successerunt, quos *Ἀρχοντας* vocabant, quorum primus Medon, Codri filius; à quo posteri Medontidæ dicti. quorum tamen potestas, non secus ac regum, perpetua fuit, ad Charopem vsque; qui primus Archon decennalis creatus est, auito imperio, & regnandi tempore, imminuto. de quibus lubet Velleium Paterculum audire, qui perspicuâ breuitate illos elegantè percurrit. Lib. 1.

C *Codri filius Medon primus Archon fuit, ab hoc posteri apud Atticos Medontidæ; sed hi insequentés Archontes vsque ad Charopem, dum viuerent, honorem vsurparunt; inde perpetui Archontes esse desierunt, cum fuisset vltimus Alcmeon; ceperuntque in denos annos creari. quæ consuetudo in annos septuaginta mansit, ac deinde annuis commissis magistratibus Respub. Ex ijs, qui denis annis præfuerunt, primus Charops, vltimus Eryx; ex annuis primus Creon.*

Hoc tempore nouem Archontibus summa rerum mandata est, nempe Regi, Archonti, Polemarcho, & Thesmothetis sex. sed Archonti datum, vt ab illo singuli anni nominarentur, quæ rerum mutatio accidit anno III. Olymp. xxiv. perdurauitque hic reipub. status in annum III. Olymp. liii. Archonte Gomia. quo tempore Pisistratus rebus Megarensi bello feliciter gestis, questus apud populum, se inimicorum insidijs peti, cum se flagris sponte cecidisset, tanquam ab hostibus hoc passus, credula plebs trecentos illi satellites aduersus inimicorum violentiam dedit, & occupatâ arce tyrannum se palàm gessit. quem subsequuti sunt Hipparchus, & Hippias. Tandem Lacedæmonij Olymp. lxxv. anno iv. duce Cleomene, Anaxandridis filio, Hippiam vrbe pepulerunt; cum fratrem eius triennio ante Harmodius & Aristogiton interfecissent. atque ita ad Archontes Reip. status iterum deuolutus. Hippias regno pulsus, in Persas profectus, ducem se Dario, inferenti Atheniensibus bellum, aduersus patriam suam offert. Athenienses, audito Darij aduentu, qui cum sexcentorum millium copijs Græciam inuaserat; Miltiadem imperatorem legunt, instructis decem millibus ciuium, & Platæensibus auxiliarijs mille, hosti in campis ma-

pis Marathonijs occurrit, & memorabili prælio fudit, fugauitque, cæ- A
 sis Persarum ducentis millibus. Incredibile pene videtur, tantulis co-
 pijs tantum facinus ausos fuisse aggredi. Athenienses. sed magis mi-
 randum, tantam illos victoriæ spem concepisse, vt Lacedæmonios
 socios exspectare noluerint. Xerxes, patris cladem vlturus, immensis
 copijs Græciam inundauit. Athenienses ad tantam belli tempestatem,
 relictâ vrbe, nauibus salutem suam commiserunt; atque ad Salaminam
 cum cæteris Græcis, auctore Themistocle, Xerxi occurrunt, & Barba-
 rorum copijs deletis, splendidissima nauali victoria potiti sunt. dein- B
 de ad Plataeas reliquum Persarum exercitum cum Mardonio profligant,
 eademquâ die ad Mycalem montem, in Ionia nauali pugna e-
 gregiè vicerunt. De Cimone verò, Miltiadis filio, quid dicam, qui vno
 eodemque die, ad Eurymedontem amnem, Persa terrestri & maritimo
 prælio debellauit? quot Alcibiadès patriæ lauros peperit? quot Co-
 non adeptus? quas Pericles, Iphicrates, Timotheus, Thrasylbulus, alij-
 que illustres duces, patriæ victorias pepererunt, molestum esset retexe-
 re, nec mei est instituti. Sed Solonem præterire nefas est. hic cum sa-
 pientiâ & iustitiâ insignis esset, ciuitati vt leges daret, delectus est.
 nam ante illum libido principum pro legibus erat. fecit hoc ille adeo
 salubri temperamento, vt parem gratiam à plebe ac senatu iniret; apud C
 exteros verò insignis eius prudentiæ fama latè spargeretur.

Variè hæc vrbs cum fortunâ luctata, & cum Lacedæmonijs acerrimè
 de Græciæ principatu contendit, donec ingenti nauali prælio ad
 Aegospotamos à Lyfandro victa, ab illis oppressa, qui triginta tyrannis
 Rempub. commiserunt; quos Thrasylbulus exul Thebanorum auxilijs
 vrbe expulit, & pristinum Reipub. statum restituit.

In Macedonum tandem potestatem deuenerunt, & præsidium illo-
 rum coacta admittere, mox, conuulso Macedonum imperio, à Pop.
 Rom. libertate donata est; à Syllâ postea, quod Mithridati se permisisset,
 crudeliter direpta. sed libertatem illis postea restituit. Sed ingenio- D
 rum claritate, & eloquentiæ studijs, omnes Græciæ vrbes superauit.
 Velleium lubet audire. *Vna vrbs Attica, pluribus annis eloquentia, quàm
 vniuersa Græcia, vberiusque floruit, adeo vt corpora gentis illius separata sint
 in alias ciuitates, ingenia verò solis Atheniensium muris clausa existimes. Ne-
 que ego magis miratus sum, quàm neminem Argiuum, Thebanum, Lacedæmo-
 niūm, oratorem, aut dum vixit auctoritate, aut post mortem memoria dignum
 existimatum; quæ vrbes, & multæ aliæ, talium studiorum fuere steriles; nisi
 Thebas vnum os Pindari illuminaret: nam Alcmana Lacones falsò sibi vir-
 dicant.*

Sed ad urbem venio; quæ orientem versus ad mare erat longè por- B
 recta; in saxo autem erat sita, quaquaversum habitato, vbi & vrbs pri-
 mum cœpit frequentari, vnde Ἀρξὸν olim vocata, postea vero Ἀκρόπολις seu
 Arx dicta. Portus erat Phalerus, muro coniunctus vrbi, quo Troianis
 tempo-

A temporibus vsi fuerunt, Mnestheo copias hinc in bellum abducente. sed post bellum Persicum, perspectâ Piræi oportunitate, Themistocles ciuibus suavit, vt relicto Phalero Piræum ædificarent. cuius sententiâ probatâ, muro à portu ad urbem densissimo deducto, instar urbis Piræum muniuerunt; atque vno eodemque muro Phalerum, Piræum, & Munychiam concluderunt, & *Longi muri* dicti, qui Strabone teste, XL stadia, seu VIII. M P. complectebantur; regium plane opus. Erat autem ibi & armamentarium, à Philone exstructû, cccc nauium capax, quas Athenienses belli tempore paratas habebant. quotus quisque regum,

B cui tantæ nauales copię? an non mirandum, vnicam urbem tantas olim habuisse vires?

In arce templum erat Mineruæ Poliadis, cuius nempe tutelæ vrbs & regio erant commissæ, in quo lychnus erat aureus, egregij & stupendi operis, à Callimacho, nobili statuario, factus: quo oleo repleto, etsi continuis diebus ac noctibus arderet, in eundem vertentis anni diem sufficiebat, nec opus erat alio nouo pabulo, vt Pausanias refert; Strabo vero hunc *λύχνον ἀσβεστον*, inextinguibilem lychnum vocat. Statua ibidem erat Mineruæ, ex chore, Phidiæ opus, alij ecream fuisse dicunt. Ouidius.

C

*Arcis vt Actææ vel eburna vel area custos,
Belgica Phidiacâ stat dea facta manu.*

Arci etiam vicinus erat tumulus, quem Musæum vocabant. quod Pausanias Musæum Poëtam ibi cecidisse, & sepultum esse, percrebuerat. quem locum postea muniuit Demetrius Poliorcetes, & imposito Macedonum præsidio, Athenas sibi parere coegit. sed Olympiodori postea ductu tanto animi impetu Macedones, licet assiduis bellis induratos, adorti sunt, vt illos in effusam fugam coniecerint, & Musæum in suam potestatem redegerint. atque ita pristina iterum libertati vrbs restituta.

Spektatu dignus ibi erat Arcopagus, seuerissimi concili, locus; ita dictus, quod primus Mars illo in loco in iudicium à Neptuno vocatus sit, quod Halirrothium filium ob violatam Alcippem, Martis filiam, interfecisset. quod iudicium primum ob eadem fuisse refert. Pausanias; quò videtur respexisse Plinius. *iudicium capitis primum Athenis actum est.* Vnde mirari subit, cur Plutarchus Solone Arcopagitarum senatum institutum scribat; cum in confesso sit, multo tempore antiquiorem Solone fuisse. Siquidem constat Messenios, cum in offensionem Lacedæmoniorum incurrissent (vnde postea gravissima bella excitata fuerunt) Aesimede decenniali Archonte Rempub. gubernante, causam ad Arcopagitarum concilium deferre voluisse; quod tum celebris totâ Græciâ Arcopagi auctoritas ob iudicij seueritatem esset. Adde Aristotelem scribere, Solonem, Arcopagitarum concilium, cum esset antea, euertere noluisse. Eusebius circa Mecropis maioris tempora incœpisse

Lib. VII. cap. LVII.
Lib. II. de Repub.

cœpisse refert. nemo autem in hunc confessum admittebatur, nisi ^A qui summos magistratus prius gessisset.

Prytaneum etiam, Scriptorum testimonijis, celebris hic erat locus; in quo iudiciorum causa conueniebant *πρυτανεῖς*, qui Magistratus constabat ex l. viris, qui legebantur ex senatu quingentorum virorum; sed ne magnus hic numerus confusionem pareret, diuiserunt illum in decem partes, quot tribus scilicet tum Athenis erant, qui suo loco triginta quinque dierum spacio ius dicere consueuerat. is verò numerus dierum, decies repetitus, annum Arheniensium conficiebat, qui constabat ccccl. diebus. Dicti autem *πρυτανεῖς*, à frequenti cura ^B *καὶ τὰ μείζονα πρὸν*, *recondandi & seruendi fragmenti in publicos usus*. Hoc etiam loco alebantur, qui de Repub. benè meriti erant. Maximus certè inter Græcos habebatur honos, cui quotidianus in prytaneo victus publicè præberetur, vt apud vtriusque linguæ Scriptores videre est.

Templum hic etiam Iouis Olympij erat, admirandi operis, quod alij Olympium vocant; non tamen omnino perfectum. Aristoteles in Politicis, à Pisistratidis exstructum scribit, vt populum assiduis operibus exhaustum à conspirationibus & infidijs auerterent; non secus ac Aegypti reges, immensas Pyramidum moles exstruebant. qui locus multorum instar est, maximum opus Olympium templum fuisse. ^C

Vrbem etiam hanc nobilitabant illustrium Philosophorum conuentus, qui in Lyceo, & Academia, solebant peragi. præterea multiporricus, & alia admirandi operis monumenta spectabantur, quæ aduenas ad se alliciebant. vnde versus ille Lysippi apud Dicæarchum, libello cui titulus *Βίος Ἑλλάδος*, celebrantur.

Εἰ μὴ πθέασαι τὰς Ἀθήνας, εἰλεχθῆναι.

Εἰ δὲ πθέασαι, μὴ πθήρευσαι, δ' ὄνθῃ;

Εἰ δ' εὐαρεσῶν ἀποτρέχεις, καὶ θήλιον.

Tu truncus es, si non Athenas videris;

Si visa Athena non inescant, asinus;

Si non graue has relinquere, prægrandis asinus. ^D

Sed hæc fuere, nunc passim barbaries loca hæc occupauit. O magnas rerum humanarum vicissitudines! ciuitas olim, muris, naualibus, ædificijs, opibus, viris, pace & bello conspicuis instructissima, in tenuem & obscurum vicum redacta, vt iure nunc liceat conqueri.

Quid Pandionia restat nisi nomen Athenæ?

Sed tempestiuum est ad Nomismata venire. Vbique in illis noctua conspicitur, quam corona oleaginea ambit. aliquando & Minerua. volucris enim illa diuæ peculiariter est sacra, in cuius tutelâ Athenas esse supra diximus. quâ de causâ & pecuniæ Atticæ passim noctuis insignitæ. vnde dictum illud Gylippi serui apud Lacedæmonios fertur, *Ἐπὶ τῷ κεραμικῷ κοιτάζουσιν πολλὰς γλαῦκας*. ^E *multas sub tegulis cubare Noctuas*. innuens pecuniam ibi à Gylippo hero suo absconditam.

*Pausanias
in vitæ
sandri.*

A tam. Auctor est Iulius Pollux, non eodem modo omnem pecuniam signatam; nam Atticorum diobolum, noctuam insculptam habebat; triobolum verò, in vtraque parte Iouis faciem: tetrobolum verò, Iouis quidem faciem, sed & duas noctuas. Vetusissima autem illorum moneta ἑξς vocabatur, quod bouem insculptum haberet. vnde in Draconis legibus, soluere δεκάβοιον; non est, soluere decem boues, sed certam pecuniæ quantitatem significat. sic & Homerus intelligendus fortè, vbi de armorum Glauci & Diomedis permutatione.

Χρύσα Χαλκειών, ἑκατόμβοι ἑνεαβείων.

Iliad. ζ

B Aurea aneis, centum bobus valentia novem bobus valentibus.

Vtrobique enim monetæ genus designat, non boum numerum. Cur verò potissimum Mineruæ sacra noctua, Scriptores variant. Phurnuto visum, quia glaucos oculos non secus ac Minerua habeat; alijs verò, quod vt noctuæ densissimâ nocte visu polleant, ita etiam nihil tam abditum, nihil tam obscurum, quod prudentia non penetret, atque assequatur. vnde etiam Atheniensibus auis hæc erat auspiciatissimi ominis, si quando ad dextram volaret; quod in vita Periclis apud Plutarchum videre est. siquidem concionanti illi è superiore navis tabulato noctuam ad dexteram aduolasse, quod omen effecit, vt omnes in eius sententiam pedibus irent. Cur verò noctua amphoræ diotæ hic passim insistit? an quod Athenis præstantissima fictilia conficiebantur, & primi quasi illorum inuentores fuerunt? Docent hoc versus Critiæ, apud Athenæum.

Τὸν δὲ τροχὸν γαίης τε καμίνε τ' ἐκτόνε ἔρε
κλήνεται τὸν κέραμον χησίμον οἰκονόμεν,
Ἡ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καλεῖσθαισι τρώπαιον.

Rotam terræ, & figulina vasa, domesticæ rei vtilissima opera, inuenire Athenienses, qui in Marathone statuerunt trophæum. Plinius, figilinas inuenit Coræbus Atheniensis, in ijs orbem Anacharsis Schyta, vt alij Hyperbus Corinthius. Seneca etiam Anacharsim rotæ figulinæ auctorem asserit; quod tamen Straboni displicet. qui Homerum eius meminisse dicit, Anacharsi antiquiorem.

In duobus autem prioribus serpens conspicitur, vel draco; quem in Mineruæ etiam tutelâ esse vel Demosthenis illa exclamatio ostendit.

Ὁ δέσποινά Πολιάς, τί δὴ τρεῖσι πῖς χαλεπώτατοις χαιρὲς θηρίοις, γλαυκῖ, καὶ δεικονῖ,
& δήμῳ. O pallas urbium custos, cur tribus infestissimis bestijs delectaris, noctuâ, serpente, & populo? Est autem sacer Mineruæ draco, Phurnuto teste, propter acrimoniam visus; vnde vigilijs, & custodiæ aptissimus; quod maximè in prudentem cadit, cuius typus Minerua est. ideo non sine ratione Virgilius, interfecto Laocoonte, refert serpentes ad Mineruæ statuam confugisse.

At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, seuæque petunt Tritonidis arcem;
Sub pedibusque deæ, clypeiue sub orbe, teguntur.

H

Quid

Quid autem sibi volunt inscriptiones *ἄδεν ὀξίζω*. nam alicubi duo tantum sunt nomina, vt in primo nomismate *ΞΕΝΟΚΛΗΣ. ΑΡΜΟΞΕΝΟΣ*; alicubi tria, vt in quarto. *ΛΥΣΑΝΔ. ΓΛΑΥΚΟΣ. ΝΙΚΑΝΩΡ*. an nomina sunt Archontum, an rei monetariæ Triumvirorum, non ausim afferre. Sed hoc etiam præter morem factum hic, cum passim *Ἀθήναι*. per H. scribitur, hic. E. A9ε.

Minuta etiam quædam vbique adiecta, vt in III & IIII. cicada ad noctuæ latus. solebant enim Athenienses inter symbola sua cicadas gestare, adeò vt aureis cicadis crines suos enodarent, volentes eo argumento se esse *αὐτόχθονας*, siue *indigenas* (nam cicadas ferunt ex terrâ nasci.) De his Thucydides. *ἐπειδὴ χιλιῶνός τε λινῆς ἐπαύσαντο φορέντες, καὶ χρυσῶν τε τήτων ἐνέρσφι κρωβύλων ἀναδέμενοι τὴν ἐν τῇ κεφαλῇ τελεχῶν. postquam deserunt lineis tunicis, & religatis capitis cirris aureas implicare cicadas.* Quem morem Virgilius in Ciri explicat, de Niso Pandionide loquens.

*Aurea solenni comptum quem fibula ritus
Mopsopio tereti necēbat dente cicadæ.*

Sic in XII. duo flexis genibus conspiciuntur. an hoc ad clementiæ aram respicit, quam Pausanias in foro excitatam prodit, atque ab Atheniensibus præ ceteris honore affici, eo quod humanæ vitæ, & rerum mutationibus, proficit. Claudianus

— *Si flentibus aram,*

Et proprium miseris numen statuistis Athene.

Sed clarius XII. Thebaidos Statius.

*Vrbe fuit media nulli concessa petentum
Ara Deum, mitis posuit Clementia sedem;
Et miseri fecere sacram.*

Ultimus nummus ab his omnibus diuersus est, habet enim Palladis armatæ effigiem ab vnâ parte, cum thorace rigente squammis, & in medio caput Gorgonis Medusæ, qualiter à Virgilio graphicè describitur.

Lib. viii.
Æneidos.

*Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatum squammis serpentum auroque polibat,
Connexosque angues, ipsamque in pectore Diuæ
Gorgona, defecto vertentem lumina collo.*

Quo loco Seruius. *Hoc autem caput ideo Minerva fingitur habere in pectore, quod illic est omnis prudentia, quæ confundit alios, & imperitos & saxeos comprobat;* ab altera parte caput bouis vittatum. Mos enim erat apud veteres, peracto sacrificio, bouum capita detractâ pelle, cum encarpis, in templis exponere, vt illorum in deos pietas omnibus constaret. Inscriptio est *ΙΩΝ ΑΘΗΝΑ*. Videtur alludere ad Ionem, Xuthi filium, qui Athenis olim imperauit, & terram Atticam Ioniam vocavit.

Α Ν Α Φ Λ Υ Σ Τ Ι Ω Ν.

A N A P H L Y S T V S.

*Atticæ Tribus decem. Variè illorum nomina mutata.**Julius Pollux emendatur. Alcmaeon iussu oraculi Tribus ab Eponymis vocavit. Templum Veneris Coliadis.*

A N A P H L Y S T V S, ab aliquibus pagus tantum, ab alijs verò Atticæ vrbs vocatur, vt refert Suidas; prope Marathonem verò à Ptolemæo collocatur. dicta ita, Pausania auctore, ab Anaphlystio heroe, Træzenis filio; qui cum Sphetto fratre Athenas commigravit, à quibus & populi quidam Attici nomen sumpserunt. erat enim Attica tota diuisa in CLXXIV. populos, qui omnes ad decem tribus reducebantur. his à decem Heroibus nomina indita, qui postea Eponymi sunt nuncupati, quod ab illis vniuersus populus Atticus esset vocatus. Erant autem hæ tribus, Cecropis, Erechtheis, Pandionis, Aegeis, Oeneis, Acamantis, Leontis, Hippothoontis, Antiochis, & Aiakis. ex quibus quatuor à regibus nomen sumpserunt, à Cecrope, Erechtheo, Pandione, & Aegeo: duæ à regum filijs, ab Oeneo nempe Pandionis, & Acamante Thesei filio. vna à ciue Atheniensi, Leonte; qui filias pro salute publica quondam sponte deuouerat. reliquæ tres ab Heroibus, Hippothoonte, Neptuni; & Antiocho, Herculis filio. vltima autem à peregrino, sed ciuitatis amico, Aiace Telamonis, Salaminio dictæ sunt: vt apud Iulium Pollucem, & Pausaniam, videbit lector. quibus postea duæ adiectæ sunt, Demetrias & Antigonis, in honorem regum Antigoni, & Demetrii. Pausanias harum non meminit, sed illarum loco dicit tres nouas adiectas, ab Attalo Mysio, & Ptolemæo Aegypto, & tertiam ab Hadriano Imperatore, qui vniuersam Græciam maximis beneficijs affecit, peculiariter verò ipsos Athenienses. Iulius Pollux dicit Antigonidem & Demetriadem tribus, postea Attalidem & Ptolemaidem nominatas. Idem auctor est, primas quatuor tribus antiquissimis seculis fuisse, ad Cecropem vsque; Cecropidem, Autothonem, Actæam, & Paraliam; quibus vocabus antiquatis, diuersas Cranaum indidisse. Cranaum scilicet, Athida, Mesogæam, & Diacrium: ab Erichthonio verò, Diam, Palladium, Neptuniam, & Vulcaniam. ab Ionis vero liberis, Erichthone & Leonte, ὀπλίται, Αἰγικόρες, Κάδεις. Hoplitæ, Aegicores, & Cades dictæ sunt. Plutarchus verò non ab Ionis filijs has tribus; sed à

In vita So-
lonis.

vita generibus, in qua primùm erant diuisæ, nomen sumpſiſſe dicit. **A**
Καὶ τὰς Φυλαῖς εἰσὶν οἱ λέγοντες, ἐκ δὲ τῶν Ἰωνῶν ἢ Ἰωνῶν, ἀλλ' ἄλλοι τῶν γενῶν, εἰς ἃ διηρέθησαν
οἱ εἰσοὶ τὸ πρῶτον, ὠνομάσθησαν. τὸ μὲν μάχιμον, Ὀπλίτας. τὸ δὲ ἐργατικὸν, Ἐργάδεις, δύο δὲ
τῶν λοιπῶν γὰρ δὲ ὄντας μὲν τῶν γεωργῶν, Ἀγροκοῦντας δὲ τῶν ὑπὸ νομαῖς καὶ περὶ βαταῖαις δια-
τελλόντων.

*Est etiam opinio quorundam, nomina tribuum non ab Ionum filijs, sed à ge-
neribus vita, in qua ab initio diuisæ fuerunt, nomina accepisse; bellicum genus
Ὀπλίτας, operis intentum ἐργάδεις, duorum autem reliquorum, hos quidem ab Agri-
cultura γεωργῶν, illos vero, qui rei pecuariae operam dant, à capris cognomen tra-
xerunt Ἀγροκοῦντας.*

Ex quo Plutarchi loco Iulius Pollux emendandus bifariam; cùm **B**
enim tres tantùm tribus recenset, addenda est quarta, γεωργί: vbi verò
καίδεις legit, substituendum esse ἐργάδεις cuius patere putem, nisi qui so-
lem meridiè lucere negauerit. nihil enim est vox καίδεις & trunca ab
ἐργάδεις.

Sed ab Alcmaëone, qui vltimus ex perpetuis Archontibus fuit, iussu
Pythij oraculi nomina hæc tribuum in decem sunt, vt supra diximus.
Sed hæctenus de tribubus. Anaphlystus autem populus erat, ex tribu
Antiochide. Suidas. Ἀναφλύστιο δῆμοι τῆς Ἀθηναίων, Φυλῆς Ἀνποχίδιο. Erat
autem apud Anaphlystios templum Panis, & Veneris Coliadis, teste **C**
Strabone; ad quem locum eiecta fuisse naufraga spolia Persarum classis,
quæ ad Salaminem deuicta fuit, testatur Herodotus. quo loco opti-
ma fictilia parari refert Suidas, quod minio tingerentur. de quibus
plura videbit curiosus lector apud Ioannem Meursium, virum de
omni antiquitate Græcorum optimè meritum, libro De Populis At-
ticæ.

Hoc autem Veneris templum ita dictum fuit vel à promontorio
κωλιας, quod simile sit hominis κώλω, *membro*; vel, secundum Suidam, à
iuuene quodam Attico, qui captus à Tyrrenis prædonibus, cùm vin-
ctus apud illos seruiret, adamatus est ab herili filiâ, & libertate dona-
tus; reuersus domum, hanc Veneri pro salute gratiam retulit, fano in
eius honorem in littore, vnde captus fuit, excitato; & nomine à mem-
bris, quæ vinculis pressa fuerunt, indito. alij aliam etymologiam ferunt,
quas prudens prætereo.

I. Apollo est, cum sero laureo; & Pegasus in auersâ parte.

II. Minerua galeato capite, cui lyra adest cum corona ex oleâ, & Pe-
gusus ab alterâ parte.

K P A N I Ω N .

C R A N I I .

DE Cranijs hæctenus nihil dignum memoriâ; & quo loco olim fue-
rint, incertum; Cranaos verò scimus Athenienses ita vocatos à rege
Cranao

A Cranao. Stephanus etiam Atticam Cranaen dictam auctor est. in Caria etiam oppidum est Cranaos, Plinio teste.

Numisma Apollinis est promisso capillo, & lyra ab alterâ parte.

B O I Ω T Ω N.

B O E O T I A.

B *Bœotia* θεσσαλία. Strabonis lectio firmata contra Nicolaum Gerbellium. *Auris Bœotia. Musis à Piero Macedone nomina indita. Cupido Praxitelis. Neptunus Cadmi familia auctor. Apollo Ismenius.*

A T T I C Æ vicina est Bœotia, quæ ab oriente appositam habet Eubœam iusulam, & Euripum multiplici refluxu celebrem, ab occasu Phocidem, à septentrione Ægeum pelagus, à meridie verò Atticam respicit. Dicta ita, secundum Pausaniam, à Bœotio, Itoni & Nymphæ Menalippæ filio; Amphictyonis nepote. Nicocrates verò apud Stephanum, Neptuni & Arnes filium Bœotum dicit, Apollodorus verò, & Castor, à boue, cuius ductu in hæc loca Cadmus venit, nomen sumsisse putat. nam cum ille raptam Europam sororem anxius inquireret, Delphos venit; oraculum vetuit, ne curiosius de Europâ inquireret; sed boue duce iter vt susciperet suasit, atque urbem conderet, v- bicumque illa ambulando defessa procumberet. Ouidius.

*Bos tibi, Phæbus ait, solis occurret in aruis,
Nullum passa iugum, curuique immunis aratri,
Hac duce carpe vias, & quâ requieverit herbâ,
Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.*

D Varijs autem nominibus olim dicta fuit; nam, teste Stephano, Aonia, Mesapia, Ogygia, & Cadmeis vocata. Plinius etiam Hyantas vocatos olim Bœotos refert. Pausanias verò auctor est, primùm Bœotiam incoluisse Hectenas, qui regem Ogygium habuerunt, quibus pestilentia lue absumptis, in illorum regionem venisse Hyantas, & Aonas: aduentante demum Cadmo cum Phœnicum copijs, prælio superatos Hyantas noctu aufugisse. factos autem supplices Aones, Cadmus permisit ibi mauere; & Phœnicibus per connubia coniunxit quorum nomen apud Latinos Poetas frequens. Hinc Aoniæ Musæ, & Aonia Aganippe; & sexcenta alia.

Peculiare verò id Bœotia habuit inter cæteras Græciæ regiones, quod tria maria illam alluant; vnde Straboni θεσσαλία dicitur. quod clarè Martianus Heracleotes explicat.

Χρήται μὴν γὰρ περὶ θαλάσσης, ὡς λόγος
 ἔχει δὲ λιμένας, ὅς μὲν εἰς μεσημβρίαν,
 βλέποντας εὐκαρότατα πρὸς τὸν Ἀδριανὸν,
 τὸ Σικελικὸν τ' ἐμπόριον, ὅς δὲ πρὸς Κύπρον,
 καὶ τὸν κατ' Ἀιγυπτίον τε τὰς νήσους τε πλεῖν,

*Namque vititur sola, inquit, maribus tribus,
 Portusque habet quosdam intuentes meridiem,
 Et commodissime Adriam versus salum,
 Atque Siculum emporium, alios iuxta Cyprum,
 Et navigationem ad Ægypti insulas.*

Scio Nicolaum Gerbelium, virum de antiquâ Græciâ optimè meritum, mendum apud auctores suspicari; & pro Cypro Cretam legere. sed nullum mendum est; nam & Strabonis verba retinendam lectionem suadent. τῆ μὲν εἶναι πλὴν κατ' Ἀιγυπτίον καὶ Κύπρον, καὶ τὰς νήσους θαλάσσης. *Coniunium autem est mare, quod Ægyptum, Cyprum, & alias insulas spectat.*

Vnde Ephorus, perspecto Bœotix situ, dicebat illam ad imperandam naturâ suâ comparatam esse; sed educatione, & disciplinâ, non esse vfos, vt parta tueri possent. agrestes enim habiti fuere Bœotij, & corporis tantum exercitijs dediti. vnde Horatius.

Bœotum in crasso iuvares aëre natum.

Et in prouerbium olim abiit, *Auris Bœotia*, quod ab Anaxagora fluxisse ferunt auctores. Recitante enim illo librum Thebaïdos apud Bœotios, quum parum illos attentos videret, clauso libro, dixit; εἰσέτως καλεῖσθε βοιωτῖς, βοῶν γὰρ ὠτί ἐχετε. *Jure vocamini Bœoti, qui quidem aures habetis boum.* Cuius rei causam Cicero libro De fato adfert; *Athenis tenue calum, ex quo acutiores etiam censentur Attici, crassum Thebis, itaque pingues Thebis, & valentes.*

Multæ, & celebres, in illâ fuere vrbes præter Thebas, quas cursum tantum tangam. Aulis ibi est; capaci portu nobilis, vbi mille nauium classis conuenit, duce Agamemnone, Pausaniæ æuo ad magnam incolarum infrequentiam adeò redacta, vt paucis tantum figulis habitaretur. Plataea memorabili pugnâ, inter Mardonium Xerxis ducem & Græcos commissâ, celebris; cum ipsi Plataenses antea Atheniensibus contra Persas in campis Marathonijs soli ex omnibus Græcis opem tulissent, & strenuè contra barbaros pugnassent. Bis vrbs euerfa; semel à Lacedæmonijs, bello Peloponnesiaco, sed Atheniensium ope in patriam redierunt: postea à Thebanis patriâ pulsi. eiectos iterum susceperunt Athenienses, Philippus verò Macedonum rex, partâ ad Chæroneam victoriâ, in Thebanorum odium vrberem illis restituit.

Thespiæ ad Heliconem sita. hîc ferunt Musis nomina illa indita à Piero Macedone, quibus & hodie illas indigetamus; quare à Piero Pierides,

A rides, à Thespijs Thespiadæ dictæ. Narcissi etiam fons hîc erat, Poëtarum fabulis nobilitatus. Visendus erat hac in vrbe marmoreus Cupido, Praxitelis opus. in quo omnem artem visus consumpsisse; adeo vt vel illius statux causâ multi mortales Thespias confluerint. Cicero hoc tangit. *Idem opinor artifex Praxiteles eiusmodi Cupidinem fecit illum, qui est Thespijs, propter quem Thespiæ visuntur; nam alia visendi causâ nulla est.* VI. Act. in Verrem.

Nec prætereunda est Ascra, quæ in Thespiensium agro sita est, in parte Heliconis dextrâ, loco excelso, & prærupto; Poete Hesiodi natale solum, qui sterilem omnium bonarum rerum locum incunabulis suis egregiè illustrauit. nam Græcum carmen fertur de Ascra inamænitatem.

Ἄσπρη χειμῶνα κακῆ, θέρει δὲ γαλήνη, εὐδαιμόνι' ἐοδλή.

Ascra hyberno tempore dirum, triste aestu, nunquam verò optabile.

Sed illustrium virorum natales, maximam claritatem etiam ignobilissimis, & obscuris locis dare possunt. hac etiam in vrbe habitasse ferunt Otum & Ephialtem, qui Musis primi in Helicone sacrificarunt; quos etiam Pausanias refert in Bœoticis Ascram condidisse.

C Chæronea etiam non spernenda olim vrbs fuit, iuxta Heliconem sita, luctuoso illo prælio celebrata, quo Philippus Amyntæ filius Athenienses sociosque profligauit, quâ ille victoriâ vniuersæ Græciæ gloriam, & intactam libertatem, conculcauit, & sibi subiecit. Sylla etiam, non dispari fœlicitate, Mithridatis copias apud hanc urbem profligauit. Sed multo illustriorem Chæroneam reddidit nobilissimus philosophus Plutarchus; cuius eloquentiam, & omnimodam eruditionem, nemo satis digno elogio expresserit. Lebadia inter Heliconem & Cithæronem montes sita, Trophonij antro celebris, ex quo oraculum inter præcipua Græciæ valde celebratum edebatur.

D Cui vicina est Orchomenos; cuius potentia olim opes, quæ magnæ fuerunt, adeo vt eius imperio Thebæ quondam subiectæ fuerunt, donec Herculis ope, cæso Orchomeniorum rege Ergino, illorum iugum excusserunt.

E Primum & secundum nomisma, ab vnâ parte Neptunum cum tridente & delphine habet, vel quod is Cadmi familiæ auctor credebatur: siquidem, Apollodoro teste, Neptunus ex Lybiâ duos filios habuit, Belum & Agenorem; Belus in Ægypto regnavit, Agenor verò in Europam profectus, ex Telephasâ coniuge, Europam, Cadmum, Phœnicem, & Cilicem sustulit; itaque Neptunus Cadmi auus erat. vel, quod Neptuni & Arnes filius erat Bœotus; quare non mirum, si hunc illi honorem habuerint. nec absurdum erit suspicari, regionem hanc peculiari- ter in Neptuni clientelâ esse, vtpote quæ *τρεβάλασι* dicitur, seu triplici mari cingitur. ab alterâ parte Apollinis vultus est, in honorem fortè Apollinis Ismenij, qui summo honore apud Bœotos colebatur. The-

bis autem egregium erat Ismenij Apollinis templum; in quò ad Herodoti ætatem conspiciebantur præclara ex auro donaria, à Cræso quondam Amphiarai oraculo transmissa. De tertio infra erit dicendi locus.

Θ Η Β Α Ι Ω Ν.

T H E B Æ.

Cadmæa arx à Cadmo condita, non Thebæ, quæ à Zetho & Amphione exstructa. Ἐπίπολις. Nomina septem portarum diuersè tradita. Bellum Thebanum. Græciæ principatum obtinuit. Ab Alexandro diruta. à Casandro instaurata. Hercules prius Alceus dictus. Bacchus barbatus, διμορφος.

NUNC ad Bœotix decus, & vniuersæ regionis metropolim, Thebas venio, quas à Cadmo conditas multorum est opinio. quod verissimum est, si de Cadmeâ arce intelligas. illam enim primus Cadmus ædificauit, posteri verò Thebas exstruxere, & Cadmeæ coniunxerunt. Strabo. *ἔτι φοίνικες ἔσχον οἱ μετὰ Κάδμον, ὃς τὴν τῆς Καδμείας ἐτείχισε, καὶ τὴν ἀρχὴν τοῖς ἐκγόνοις ἀπέλειπεν. ἐκείναι δὲ τὰς Θήβας τῇ Καδμείᾳ προσέκτισαν.* Denique Phœnices Cadmi comites arcem Cadmeam muro cinxerunt, & regnum suis posteris reliquerunt; illi verò Thebas Cadmeæ coniunxerunt. Pausanias hoc factum refert ab Amphione & Zetho, Antiopæ filijs; & quia illi ad Ægyptias Thebas originem referebant, in illius memoriam Thebas nuncuparunt. Apollodorus verò à Thebe, vxore Zethi, nomen hoc inditum scribit. Stephanus verò à Thebe, Promethei filiâ; Isacius verò Tzetzes in Lycophronem, à boue ita dictas, *θήβη γὰρ ἡ βοῦς κατὰ Σύβη.* quoniam Syrijs Thebe bos vocatur. Eustathius demum apud Homerum, Thebem fuisse Asopi amnis filiam, vnde vrbi nomen. Sita autem erat vrbs inter duos nobilissimos amnes, Ismenum à septentrione, Asopum à meridie. ab exortu solis Aulidem respicit, ab occasu verò Tanagram. Primus hîc imperauit Cadmus; qui, ductâ vxore Hermione, Marris & Veneris filiâ, ex quâ illi quatuor filix nax, Autonoe, Ino, Agaue, Semele, atque vnicus filius Polydorus. Cadmus, relictis Thebis, ad Enchelas, Illyriorum populos, cum vxore concessit; & cum oraculi monitu ab illis dux aduersus Illyrios electus fuisset, prælio illos superauit, & regnum adipiscitur; nec longo interposito tempore in draconem cum vxore Hermione commutatur Polydorus interim, Thebarum regno politus, Nyctidem, filiam Nyctei, qui fuit Chthonij F. vxorem duxit, ex quâ Labdacum suscepit, qui immaturâ morte, ob Bacchi indignationem, (cuius numen non secus ac Pentheus spreerat) decessit; relicto puero necdum bimulo, quem vnâ cum regno Nycteo commendat.

A dat. qui cùm in bello aduersus Epopeum occubuisset, ad Lycum eius fratrem, & pueri tutela, & regni cura, deuoluta est. ille adulto Labdaco regnum restituit; qui relicto Laio hærede iuuenis obiit, vnde & tutela iterum ad Lycum peruenit. Eo tempore Zethus & Amphion, Antiopæ filij, matris iniurias vlturi, quam Lycus, & vxor Dirce, in vinculis habuerant, Laium pupillum suffurati sunt, & Lycum pugna superant, & regnum Thebanum occupant. qui, suscepto imperio, urbem inferiorem Cadmeæ adiunxerunt, & Thebas cognominarunt. quo tempore ferunt Amphionem, Musices peritissimum, lapides cantu suo adduxisse ad murorum structuram. Statius Papinius.

Iusserit Amphion Tyrios accedere montes.

Quia rudes & agrestes homines blando sermone, & comitate, ad obsequium pelliciebat. hos refert Homerus turres, & septem portas extruxisse, vnde & ἐπτάπυλος dicta, ad discrimē Ægyptiæ, quæ ἐκατέρωπυλος, seu *centum portarum*, fuit cognominata. Septem harum portarum nomina Iulius Hyginus recenset Amphionem ex septem filiarum nomine vocasse, Theran, Cleodoxen, Astynomen, Astycratiam, Chyam, Ogygiam, & Chlorin. Appollodorus verò, & Pausanias, alijs nominibus illas vocant, Homoloidam, Ogygiam, Prætidem, Onchiadem, Hypsistam, Electram, Oenidem. Ab his diuersus est Nonnus Panopolita, quem curiosus lector consulat lib. 4. Dionysiacorum. Sed, fato functis Antiopæ liberis, regnum ad Laium, Labdaci filium, legitimum hæredem, deuenit. qui, ductâ Iocastâ, (quam alij Epicastam nominant) Menæci filiâ, Oedipum genuit; quem, traiectis ferreâ fibulâ calcaneis, exponi iussit: quod oraculum illi à filio mortem minaretur. Hic postquam adoleuit, patrem imprudens in viâ interemit. Exposito postea Sphingis ænigmate, regnum Thebanum, & Laii viduam, matrem suam, in præmium accepit: ex quâ nati Erheocles & Polynices. Sed, scelere hoc tandem patefacto, Iocasta laqueo vitam finiuit; Oedipus verò, orbatus oculis, Thebis eijcitur: filij verò regnum eâ conditione inter se sortiti sunt, vt alternis annis imperarent. Sed cùm Etheocles, gustatâ regni dulcedine, pactis stare noluisset, nec fratri vertente anno cedere, Polynices Argos ad Adrastum confugit, cuius filiam Argiam in vxorem duxit; quo tempore Tydeus, Oenei filius, in exilium actus, eò etiam venit, & Deiphilam, alteram filiam, in coniugem accepit. Adrastus omnem opem illis pollicitus, vt in patriam restituerentur, conatus primùm per legatos Polynicem fratri reconciliare, quare Tydeus eo missus: sed cùm non solum nihil æqui ab Etheocle obtineret, verùm etiam insidijs ab eo petitus esset, quinquaginta viros, qui in itinere mortem illi machinabantur, summâ felicitate, & fortitudine, solus occidit; qui, tanto periculo defunctus, vt Argos redijt, belli consilia promouet. Euocati in belli consortium spectatæ fortitudinis duces, Capaneus, Hippomedon, & Parthenopæus, & Amphiarus

*Pausanias
in Eceoticiis.*

*Diodorus
Siculus
Lib. 17.*

augur.

augur. qui, cùm eo bello se periturum præuidisset, diu occultus latuit, A. donec ab Eryphile vxore, corruptâ aureo Hermiones monili à Polynice, persuasus ad bellum venit. Septem itaque duces, magnis instructi copijs, aduersus Thebanos profecti sunt. sed cùm Tydeus, Hippomedon, & Parthenopæus, magnis rebus gestis, in acie concidissent; Capaneus verò, cum arreptis scalis magno impetu muros inuaderet, fulmine ictus expirasset; Amphiaræus verò terræ hiatu cum curru in medio pugnae absorptus esset; Polynices verò & Etheocles mutuis vulneribus confossi iacerent; solus Adrastus cum paucis incolumis Argos effugit. Qui cùm cæsos ad sepulturam peteret à Creonte Thebanorum Tyranno, repulsam passus. quare ad Theseum confugit, qui cæso Creonte, omnibus sepulturæ honorem largitus est. Sed cæso-^Brum ducum filij, qui Epigoni passim vocantur, vbi ad adultam ætatem peruen-
erunt, non passi sunt parentum inultos manes; itaque bellum in Thebanos adornant, Ægialeus Adraasti F. Diomedes Tydei, Thersander Polynicis filij, Sthenelus Capæei, Promachus Parthænopæi, Alcæon & Amphilo-
chus Amphiaræi filij; qui ex oraculi monitu Alcæonem omnibus copijs præficiunt. Thebani verò, duce Laomedonte, Etheoclis filio, occurrunt; Ægialeus in conflictu à Laomedonte occiditur. Sed cæso mox Laomedonte ab Alcæone,^C
Thebani in fugam aguntur; qui Tiresiæ vatis monitu liberis coniugibusque secum sumptis noctu urbem deserunt. Argiui vacuum urbem occupant, ac Thersandro tradunt, cui Tisamenus filius successit. huic Autefion filius narratur successisse, qui postea oraculi iussu ad Dorienses commigravit. post cuius secessum, electus est Damafichtho, Opheltæ filius, Penelei nepos, quem filius Ptolemæus excepit; illum Xanthus; quem Andropompus singulari certamine per dolum interfecit, quo defuncto, Thebanis consultius visum, Remp. plurimum consilio quàm vnus gubernari, atque ita desierunt apud illos reges esse.

Postea vero Orchomenijs facti sunt vectigales. nam cùm Thebani Clymenem interfecissent, à filio eius Ergineo, Orchomeniorum rege, bello petiti, & victi; soluerunt vectigal. quod cùm Hercules indignè ferret, legatis eius nares abscidit, (vnde Thebis Hercules Rhinocolutes colebatur) & armatâ iuuentute Orchomenijs occurrit; quos prælio superat: quod regnante Creonte accidisse memorat Diodorus Siculus. quo verò is tempore regnavit, incertum est. Sed illorum virtus multis annis in obscuro fuit; sæpe enim ab Atheniensibus & Lacedæmonijs victi fuerunt; non quod virtus illos, aut bellica fortitudo, vnquam destituisset, sed quod dux illis defuisset: nacti enim peritos duces nemini^E Græcorum bellicâ gloriâ inferiores fuerunt. adepti enim Pelopidam, statim se in libertatem restituerunt, quam Lacedæmonij, captâ pacis tempore Cadmeâ arce, oppræsserant. illo enim duce duodecim primæ nobili-

A nobilitatis exules iuuenes conspirauerant, vt feruitutis iugum à patriæ ceruicibus excuterent. Centum tandem fuere, qui tanto se offerrent periculo, nec maiori animo rem tantam aggressi sunt, quàm feliciter confecerunt. Pelopida enim duce Lacedæmoniorum magistratus oppreserunt, populoque ad pileum vocato, præsidium ex arce eiecerunt, belloque se maximo, & difficillimo, cum Lacedæmonijs implicarunt; sed Epaminonda duce apud Leuctra cæso illorum rege Cleombroto, tantâ illos clade Thebani affecere, vt nunquam postea Græciæ principatum consequi potuerint. qui cum ante illud tempus hostes ad Eurotam nunquam conspexissent, viderunt tunc Thebanos ipsam Spartam oppugnantem, postea ad Lechæum Chabriam, Atheniensium ducem, ipsosque Lacedæmonios, superauit; ad Mantineam verò cum lethale vulnus se accepisse sensisset, non prius passus est sibi telum euelli, quàm sciret suos victores esse. quo defuncto, vires quoque Thebanorum, animique, adeo conciderunt, vt pariter illorum gloriam cum Epaminonda natam, & extinctam, quis iure diceret. nam quamdiu ille Reip. præfuit, caput totius Græciæ fuisse constat; nec postea virtutibus, sed cladibus; insignes fuere. nam, cum à Macedonum imperio defecissent, Alexander Magnus Thebas expugnauit, urbem diruit, ciues sub corona vendidit.

C Pindari tamen stirpi pepercit, summum fauorem in doctrinâ celebris viros pulcherrimo exemplo testatus. Ioannes Tzetzes refert, Thebas fuisse dirutas modulante Ismenia, non secus ac conditæ fuerunt Amphione canente; qui etiam addit, illas iterum exstructas fuisse ab eodem Alexandro, in gratiam Clitomachi, athletæ Thebani. Sed conueniunt Scriptores; à Cassandro, Antipatri filio, illas instauratas fuisse, vigesimo post expugnationem anno; odio potius Alexandri, quàm Thebanorum beneuolentiâ commoto. Mithridatico verò bello, cum à Romanis defecissent, & pœnitentiâ ducti rursus illorum amicitiam secuti sunt. sed Sylla illos parum humanè excepit, & dimidium agri suburbanum abstulit. &

D licet Romani, illorum calamitatibus commoti, agros ablatos restituerint, ad magnam tamen infrequentiam vrbs redacta fuit; adeo vt Pausaniæ ætate inferior tota vrbs, templis exceptis, deserta erat, & sola superior, quam olim Cadmeam vocabant, tantum culta, & Thebarum nomine vocata erat.

Maximè olim hanc urbem illustrarunt, Hercules, & Dionysius, Bacchus dictus; ille enim, Ioue & Alcmenâ satus, orbem terrarum à monstribus purgauit: hic, Iouis & Semeles filius, vini vsum primus mortales docuit, & victricibus armis Indiam peragrauit, & patriæ muros primus curru triumphali ingressus dicitur. Vterque, ob beneficia hominibus collata, deorum numero adscripti. Sed ad nomismata.

Duo priora, ab vna parte cyathum habent; vnum, cum clauâ, altera cum vuæ racemo. an verò sit cantharus Baccho sacer, non ausim asserere; an verò scyphus Herculis. suadet Athenæus, vt posterius credam.

Si qui-

Si quidem is refert, apud Bœotios magnæ claritatis & dignitatis scyphos fuisse, præsertim eos, quos Herculeos idcò vocarunt, quia primus genere Bœotius in expeditionibus ijs Hercules vsus est. differuntque nonnihil ab alijs, quod auribus insit nodus, quem Herculeum vocant. ab alterâ parte, scuti aut peltæ species videtur esse; cui aliquando Herculis claua adiecta, vt ad memoriam Herculis sit referendum hoc, qualecunq̃ sit. Non desunt, qui bipennem credunt; non ego. Vnde autem hoc fluxisse reor? Diodorus Siculus docet, Thebanos quondam Erginio, Minyarum regi, subditos fuisse, & quotannis tributum illi soluisse; quod Hercules indignè ferens, omnes, qui venerant ad exigendum tributum, ciuitate expulit malè mulctatos. Erginius autorem iniuriæ dedi sibi postulat; Hercules iuuentutem ad libertatem hortatus, arma ex deorum templis refixit. nulla enim erant priuatis arma; sed, regis edicto, omnibus adempta erant, ne res nouas molirentur. itaque Minyas inuadit, & Eriginium regem occidit: & statim Orchomenum, Minyarum regionem, adortus expugnat. Audacis huius facinoris fama Græciam vniuersam peruagata est. ipse Creon; iuuenis virtute stupefactus, filiam illi Megaram despondit; vrbisque tutelam illi, tanquam filio, committit. In huius inquam facti memoriam puto scuta hæc adiecta, quod Hercules arma ex templis abstulerat, quibus patriam in libertatem asseruit. Tu, lector, dispice, si quid certius occurrat.

III. Puer est nudus, vtrâque manu anguem elidens. nota est fabula, Herculi recens nato duos angues à Iunone immisos, vt illum perderent; quos ille vtrâque manu faucibus apprehensis strangulauit: vnde Argiui, teste Diodoro, quoniam Iunonis operâ gloriam esset adeptus, cùm antea Alceus vocaretur, *ἡγεμόνεια* dixerunt, seu *Herculem*. reliquis imponuntur à parentibus nomina, huic sola virtus dedit.

III. Iuuenis caput, spolio leonino tectum, procul dubio Cassander est, si cùm alijs conferre libet eius nummis. is enim Thebas instaurauit, vt diximus.

V. VI. VII. Vir barbatus, & hederâ caput cinctus, primâ fronte Herculis videtur effigies; sed quid hederæ cum Hercule? nisi fortè referamus ad Herculem *μεθύοντα*, seu *ebrium*, de quo alibi videndum; num potiùs sit Bacchi barbati facies. hederæ enim illius gentilitium signum; præsertim cùm referat Diodorus Siculus, Bacchum duplici esse formâ, quoniam duo exstiterunt Dionysij, primus barbâ promissâ; antiquo more; speciosior secundus, iuuenis scilicet, & decorâ formâ. quidam duplicem illi formam attributam, quoniam temulentia & iracundos efficit & hilares, vnde ab Orpheo in hymnus fortè *διμορφος*, seu *biformis* vocatur.

H Σ Μ Ε Ν Ι Ω Ν.

I S M E N E.

POST Thebas subsequuntur quædam Bœotix loca propter Scrip-
torum penuriam obscuriora. ipsa inscriptio mendosa est; non e-
nim ἰσμενίων, sed ἰσμηνίων legendum. Siquidem Stephanus Ἰσμήνην Βοιω-
τίας κώμην vocat, vicum Boetia; ab Ismeno fortè amne, de quo nihil dig-
num memoriâ hætenus legi.

Nomisma Bacchi cantharum exprimit; siquidem cantharus Baccho
olim sacer, vt Herculi scyphus. hoc Plinius docet, qui Marium, liberi
patris exemplo, cantharis potasse docet.

Lib. xxxiii

F Α Σ Τ Ι Ω Ν.

F A S T I A.

QUID de Fastia dicam, hæreo: nomen enim nullo modo Græca-
nicum est, siquidem littera F. prorsus illis ignota. si verò Φάστια
quis contendat legendum, scriptionis quidem vitium tollet, sed vbi
gentium locus hic existat, æque mihi ambiguum. Reperio apud Ste-
phanum Φαστίαν urbem inter Sacas, sed quid Asiæ cum Bœotia? si con-
iecturæ locus sit, suspicaretur legendum esse Ἰσθία, vel Ἰστία, quæ vbs in
Eubœâ est, teste Stephano, Bœotio vicina. quam refert Apollodorus
conditam esse à Thebanis, quo tempore ab Epigonis fuere pulsi pa-
triâ. Iudicium sit penes lectorem.

T Α Ν Α Γ Ρ Α Ι Ω Ν.

T A N A G R A.

Interpretes Strabonis lapsus. Triton vino obrutus.

Eunosti sacrario fœmina arcebantur. Corinna

Pœtria Pindarum superavit.

INTER celebriores Bœotix vrbes annumerata fuit Tanagra, quam
suo æuo adhuc perdurasse auctor est Strabo. Conditorem habuit,
Pausania teste, Pœmandrum, Chæresilei filium, Lasij F. Eleutheris F.
qui ex Apolline & Arthusa Neptuni filia natus fuit, vnde & olim Pœ-
mandria fuit vocata. Lycophon.

Ἦν ἐς βαθεῖαν λαμῖοςαι Ποιμάνδριαν.

In profundam sacrificans Pœmandriam.

I

Interpres

Interpres Strabonis malè vertit *pastoralem*, non aduertens à Poemandro, non à pastoribus, nomen hoc deriuari. Hic autem Poemander, vxorem duxit Tanagram, Æoli filiam; vel, vt Corinna tradit, Afopi. quæ cùm multos annos vitam protraheret, abolito Poemandriæ nomine, *γεγίαν*, siue *Anum*, tum illam, tum ciuitatem truncatâ voce nominarunt: adeoque hoc nomen in vsu apud vicinos fuit, vt & Homerus illo vsus fuerit in nauium Catalogo.

Θέσπαιαν, Γεγίαν τε, καὶ εὐρύχωρον Μυκάλησον.

Theſpīam, Græamque, amplamque agris Mycalessum.

Sed progressu temporis Tanagra iterum vocata. Strabo inquilinos olim & *γεφύγειας*, seu *pontanos*, fuisse vocatos dicit. Stephanus & urbem *γεφύγειαν* in Bœotiâ recenset. Hac in vrbe monumentum fuit Orionis, quem à Dianâ interfectum dicunt, quod eius pudicitia vim inferre voluisset.

Templum hîc erat nobile, in Bacchi honorem excitatum; in quo præter Bacchi simulachrum, ex Pario marmore à Calamide nobili statuaria elaboratum, Tritonis visenda erat effigies, truncato capite. *Pausanias* Ferunt Tritonem aliquando, mari egressum, pecora Tanagræorum interceptisse, & in minores cymbas sæpe impetum fecisse; donec incolæ poculum vini iuxta maris littus apposuerunt, cuius ille odore excitatus illicò, in littus egressus, & epoto vino, sopore pressus in littore procubuit. quidam ciuis superueniens, communem hostem videns somno obrutum, securis ictu ceruicem eius amputauit. ideo incolæ putabant à Baccho cæsum.

Colebatur hîc etiam heros Eunoſtus, cuius lucum, vel sacrarium, nefas erat mulieribus ingredi. quod tantâ religione obseruatum fuit, vt, si terræmotus aliquis, aut grauis aliqua calamitas euenisset, sedulo inquirebant, num fœmina aliqua sacrarium hoc ingressu suo contaminasset. *Plutar. in Quest. Grecis.* Ex hac etiam vrbe Corinna oriunda fuit, quæ Lyrico carmine adeò olim excelluit, vt Pindarum, summum eius æui poetam, Thebis non semel superârît; vnde imago eius Tanagræ in Gymnasio visenda erat, capite coronato, teste *Pausania*. Cur autem tantum Poetam fœmina superauit, causam putant; quod illa linguâ Aelicâ, & non Doricâ, vt Pindarus, scripserit; tum quod excellenti formâ suâ facillè iudicum mentes in sui fauorem conuerteret. Refert etiam *Plutarchus* lib. Vtrum bello an sapientia illustriores fuerint Athenienses, Pindarum, cùm in iuuenili ætate aroganter eloquentiâ suâ abuteretur, monitum fuisse à Corinna, quod maximè in eo peccaret, quod fabulis nesciret Poëmata sua tanquam scitamenti condire. itaque Pindarus magno impetu aggressus scribere Poema, magnum fabularum aceruum simul miscuit; quod illa vbi vidit, iteratò monuit.

A monuit τῆ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὄλα τῷ θυλάκιῳ. manu hæc ferenda, non toto sinu.

Ferunt Tanagræos optimè inter Græcos de dijs sentire, quod seorsim illorum templa ædificent, loco puro, & maximè ab hominum frequentia remoto. Plinius liberum populum Romanorum tempore fuisse dicit.

Nomisma exprimit dimidiatum equum, coronatum quasi oleæ ramo; iudico illum certamine aliquo victorem fuisse.

A P M A T E Ω N.

H A R M A.

Amphiarai hic oraculum per somnia reddebatur.

ANTIQUISSIMUM Bœotix oppidum, & Tanagræorum ditio-
nis, Harma; Strabonis ævo vicus tantum erat, valde infrequens,
prope Mycalessam. Nomen illi ἀπὸ τοῦ Ἀμφιαράεος ἄρματΩ. ab Amphiarai
curru, quem bello Thebano terræ hiatu in ipso pugnx ardore absorp-
tum ferunt historiae. alij dicunt, corruente in terram Amphiarao, cur-
rum ipsum vacuum ad locum hunc venisse. non desunt qui dicant, A-
drasto fugam capeffente, currum eo loci confractum, ipsum autem A-
rionis equi beneficio incolumem euasisse. sed Pausanias & Stephanus ad
Amphiaraum referunt. addit Strabo, eo loco, quo Amphiaraus terræ vor-
ragine abreptus fuit, fanum excitatum fuisse in eius honorem, quod ora-
culo postea inclaruit; sed illud per somnia potissimum reddebatur. de
quo Cicero, *Amphiaraum sic honorauit fama Græciæ, Deus vt haberetur, atque*
vt ab eius solo, in quo est humatus, oracula peterentur. Quid sibi velint
muliebres illi vultus; tribus primis nomismatibus expressi, prorsus
hæreo.

III. Mineruam habet, cuius galeam corona ex oleâ ambit; seorsim
verò Gorgonis vultus est, etiam oleæ ramo inclusus. ab alterâ parte est
Pegasus, vt etiam in prioribus nummis.

A N Θ Η Δ Ω Ν Ι Ω Ν.

A N T H E D O N.

*Stephanus Byzantinus emendatus. Glaucus in Deum
mutatus gustato gramine.*

LITTORALIS Bœotix vltima vrbs est Anthedon, quæ Euripum
atque Eubœam insulam spectat; quare Homerus vocat Ἀνθηδόνα
ἐγκατάωσαν,

ἰθατόωσαν, seu *Ultimam*. Inditum vrbi nomen dicit Pausanias ab Anthedone Nympha. Stephanus verò, ἀπὸ Ἀνθηδόνος τῆ Δίος, τῆ Ἀΐθρας, τῆ Ποσειδῶνος, καὶ Ἀλκίης τῆς Ἀΐθρας. *ab Anthedone, qui Dii, qui Anthi, qui Neptuni & Alces, quæ Anbantis filia.* Sed quæ est illa Alces Anbantis filia? mihi certum est, mendosum esse locum. Et ex Pausania emendandum. Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης τῆς Ἀτλαντίδος. *Neptuni ex Alcyone Atlantis filia.* Sed nec ille Anthedon fuit Anthanes Pausaniae. Olim illam & Thraces habitarunt, vnde & Lycophron illam *θηϊκίην* vocat. Hanc urbem dicit Isacius Tzetzes, ex opinione Iosephi suo tempore vocari Agrippiadem. Sita autem erat sub monte Mesapio, ad sinistram Euripi partem, in quâ templum erat Cabirorum, & huic vicinum Cereris nemus, & Proserpinæ templum; nec non & Bacchi. Anthedonius fuit Glaucus ille piscator, qui gustatâ herbâ quapiam, in mare desiluit, & marinus Deus factus fuit. Totam hanc fabulam Ouidius XIII. *Metamorph.* exponit.

*Nuper in Euboicâ versis Anthedone membris
Glaucus adest.*

Lib. vii. *Theb.* Statius verò Papinius breuiter & eleganter hoc tangit.

— *quaque vltima tractu
Anthedon, vbi gramineo de littore Glaucus
Poscentes irrupit aquas, iam crine genisque
Ceruleus, & mixtos expauit ab inguine pisces.*

Ferunt Glaucum hunc piscatorem fuisse, qui cum pisces aliquando captos in gramine exposuisset, onere defatigatus, illos verò iam moribundos gustatâ herbâ aliquâ, repentè vegetiores redditos, in mare iterum desiluisset; quo viso Glaucus occultam vim herbæ illi inesse suspicatus, ex eâdem comedit, & repentè se in mare præcipitavit, & Deus marinus factus, vaticinandi scientiâ clarus postea habitus, non secus ac apud Homerum Proteus. à quo postea Apollinem vaticinandi scientiam didicisse refert Nicander in *Ætolicis*. Fuisse verò hanc herbam, quâ immortalitatem adeptus fuit, *αειζῶον*, seu *semperuiuum*, vt refert Athenæus. Aeschrion verò Samius apud eundem dicit, gramen à Glauco inuentum, quod Saturnus olim seuerat. Strabo verò non in Deum marinum, sed in balænam fuisse Glaucum commutatum dicit, locum verò, ex quo Glaucus se in mare præcipitem dedit, vocat Pausanias *γλαύκοςπήδημα*, *Glauci saltum*.

Nomisma nullâ explicatione indiget. palam enim est, Iouis esse vultum.

O P O N T I Ω N.

O P V N T I I.

Deucalion Opus vocatus. Protogenia vrbs. Virgines Locrenses ad Troiam missa per mille annos. Polybij interpretis lapsus. Primum hic Herculi sacrificatum à Mænatio. Quid Minervæ sidus.

OPVNTII Locri Phocensibus & Bœotijs finitimi sunt, ab Opunte primariâ illorum vrbe ita dicti. ad Crissæum sinum habitabant, prope Euboicum mare. Opuntem autem ita vocatam refert Pindari Scholiastes, in memoriam Deucalionis, qui & Opus cognominatus fuit. huic enim, & Pyrrhæ, filia fuit Protogenia, quam Locrus duxit vxorem. quia verò sterilis hæc erat, ne Locrus sine successore obiret, Iupiter Protogeniam ad Mænala Arcadiæ montem transferens, eamque grauidam Locro marito reddit. ille suam prolem putans, aui materni Deucalionis, qui & Opus dicebatur, nomen indidit. vnde & Pindarus *Πρωτογενίας ἄστυ*, Protogenia urbem vocat. Inter hos Opuntios Locros, Cynum erat, emporium non incelebre olim, vbi Deucalionem habitasse ferunt. ibi & Pyrrhæ eius vxoris tumulus conspicitur; Strabone teste. Ajax Oileus horum ductor fuit ad Troiam, vt & Locrorum Epicnemidiorum, quorum vrbes ab Homero in nauium Catalogo recensentur, qui bellica laude inter primos Græcorum conspicuus fuit. qui cùm expugnato Ilio Cassandram in Mineruæ templo violasset, irata Dea, redeuntem in mari cum multis Græcorum naufragio mulctauit, Virgilius.

— *Pallasne exurere classem*

*Argiulum, atque ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias, Aiæcis Oilei.*

Porro, cùm post tertium annum grauissima in Locride pestis grassaretur, oraculo moniti fuerunt, vt Mineruam placarent, quæ Troiæ erat, ac duas virgines sorte ductas mitterent, mille annorum spatio, has obuiam prodeuntes Troiani, si comprehendissent, interficiebant, & corpora illarum exurebant, cineres verò in mare spargebant. Si verò occultè Troiam poterant ingredi, Mineruæ inseruiebant, ac templum purgabant, capite tonso, sine calceis, vt obseruauit Isacius Tzetzes ad Lycophonis Cassandram. Æneas Tacticus suo tempore hoc obseruatum refert, & Ilienses summa diligentia cauere, ne Locrides Ilium ingrediantur. Polybius verò refert, cen-

tum hic fuisse nobiles familias, ex quibus Locrenses centum illas virgines forte legere ex oraculi responso tenebantur, quæ Ilium mittebantur quotannis. quarum mulierum cum quædam in Italiam in coloniam essent profectæ, illorum posterius etiam nobiles censebantur, quod è centum familijs oriundi essent. Sed monendus mihi est lector, non fuisse missas Ilium centum virgines, ut interpreti excidit, non enim est verisimile ex centum familijs quotannis potuisse mitti centum virgines, immò nec vix ex vnâ vrbe. Verba enim sunt Polybij. *Τάυτας δ'εἶναι τὰς ἑκατὸν οἰκίας προκηθείσας ὑπὸ τῶν Λοκρῶν, πρὶν ἢ δῶσειαν ἐξελθεῖν, ἐξ ὧν ἔμελλον εἰ Λοκροὶ κατὰ τὸν χρησμὸν κληρῶν τὰς δῶσειανισμένας παρθένους εἰς Ἴλιον.* B

Has autem esse centum familias, quibus prerogatiua honoris communibus suffragijs fuerat delata, priusquam deduceretur colonia, è quibus Locrenses illas Virgines forte legere ex oraculi responso tenebantur, quæ quotannis erant ad Ilium mitendæ.

Tzetzes hunc morem desitum fuisse finito bello Phocico ex Timæo commemorat; quasi tunc tempus mille annorum expirasset, Plutarchus tamen, qui multò post Phocicum bellum (cui Philippus Amyntæ filius finem imposuit) floruit, dicit, *neque diu fuisse, quod Locri virgines desierunt ad Troiam mittere ob Aiæcis libidinem*; innuens suâ ætate hanc desijisse consuetudinem. C

Ex Opunte etiam vrbe Homerus dicit Patroclum natum, qui cum imprudens Amphidamantis filium in talorum ludo occidisset, in exilium cum Mœnetio patre actus, à Peleo hospitio acceptus fuit, ac cum Achille ad Troiam militauit. Strabo tamen negat eam ex Opunte originem ducere. Hac etiam in vrbe primo Herculi sacrificatum à Mœnetio, Actoris filio, postquam is in Oetâ monte mortalitatem exuisset. sacrificauit autem illi capro, tauro, & ariete, & annua sacra Opuntijs induxit. Bello etiam Persico militauerunt cum Leonida Locri Opuntij, & Thermopylarum angustias custodiebant, teste Herodoto. Hinc etiam in Polyandrio prima ex quinque columnis apud Thermopylas, hos versus inscriptos habebat, Strabone teste. D

*Τὸς δὲ πότε φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
Μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει Ὀπυντία.*

*Quos pro se in Medos morientes Græcia vidit,
Vrbs pia Locrorum nunc mater Opuntia claudit.*

Primo numismate Minerua est, & stella ab alterâ parte. Si de Ozolis esset sermo, dicerem Hesperum esse stellam, quæ publico illorum sigillo insculpta erat. quod de Opuntijs nemo dicit. Videndum itaque, an non ad Mineruæ iram hoc etiam alludit. Virgilius hoc clarè exprimit.

*Aeneidos
xi.*

— *Scit triste Mineruæ
Sidus, & Euboicæ cautes, vltorque Caphareus.*

Quo

A Quo loco Seruius. Propter Cassandræ stuprum, Græcis iratam Mineruam, vel quod ei victores per superbiam sacrificare noluerunt, unde eos redeuntes, gravissimâ tempestate fatigatos, per diuersa disperfit. reuera autem constat Græcos tempestate laborasse æquinoctio vernali, quando manubiae Mineruales, id est fulmina, tempestates grauissimas commouent; unde peritè dicendo Sidus, utrumque complexus est. nam sidus & tempestatem significat, & reuera Sidus. hæc autem numina quæ inter sidera non videmus, licet sua signa propria non habeant, cum alijs potestate sunt permista, vt Ophiuchus ipse est Aesculapij: Gemini, Apollinis & Herculis esse dicuntur. Sic Mineruæ aries esse dignoscitur.

B In postremis duobus nummis Venus conspicitur, & nudus gladiator, cum scuto & gladiolo. celebres enim erant gladiatores Locri.

Λ Ο Κ Ρ Ω Ν.

L O C R I.

C *Locrus à Deucalione ortus. Juno Pharygæa.
Minerua Zofteria.*

V I C I N I Opuntijs sunt Epicnemidij Locri, quos Pausanias vocat Hippocnemidios; à Cnemide monte ita dicti, Plinius olim Lelegas dictos asserit, quod & Marcianus Heracleotas canit.

Α' πέναντι δ' Εὐθείας, κατωκῆσιν Λοκροί.
Ὡν πρώτῃ ἤρξεν, ὡς λέγασ', Ἀμφικτύων
Ὁ Δολκαλίαν ἔχόμενον, δ' ἀφ' αἰμαίῃ
Αἰτωλῶς. εἴτα φύσει, ἐς ἄρνην Λοκρῶν,
Ὅς τὸς Δέλεγας ἀνόμασεν ἀφ' αὐτῶν Λοκρῶς.

D *Eque regione Eubææ habbent sedes Locri,
Quis præfuit primum vt putant Amphiction
Parente Deucalione: cuius sanguis fuit
Ætolus, hinc Phycus, Locrum qui procreat,
Qui Lelegas à se nominauerat Locros.*

Strabo certè ex mente Hesiodi refert, Lelegum ducem fuisse Locrum; quò videtur Marcianus respicere.

E Vrbes inter Locros Epicnemidios celebriores erant Thronium, Bessa, Calliarus, Scarphea; quorum Homerus in nauium Catalogo meninit. nam Ajax Oileus non solum Opuntiorum, sed Epicnemidiorum, dux fuit.

I. Pugilem seu gladiatorem nudum habet, ab alterâ parte deam quandam, fortè Iunonem Pharygæam. Celebre enim eius fanum inter Locros Epicnemidios: ita dictum à Pharygæâ vrbe, quæ olim

Scarphea dicta fuit, Strabone teste. Stephanus dicit, ab Homero vocatam Tarpheam. ita enim vocata fuit, διὰ τὴν ἐν ὕλης πυκνότητά, τὰ πυκνὰ γὰρ πάρεφρα Ὀμηροῦ λέγει. *A densitate enim silvæ ita vocatur, densa enim Homerus πάρεφρα appellat.* Hoc autem Iunonis Pharygææ fanum extructum fuit à Pharygis Argiuorum, qui in Locridem coloniam deduxerunt.

II. Minerua est, ab alterâ vero parte pugil nudus. Minerua autem, quæ hîc colebatur, Zosteria dicebatur. Stephanus in dictione ζωστήριμαται ἐ ζωστήρια Ἀθηναῖς ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἐπικνημιδίας. *Colitur & Minerua Zosteria inter Epicnemidios Locros.* Hoc illi nomen inditum à baltheis, quos Zosteres vocabant. adde quod veteres arma induere ζώσασθαι appellabant, ut auctor est Pausanias in Bœoticis; quo loco dicit & Thebis Mineruam hoc nomine cultam fuisse.

III. Videtur esse Cassandri vultus, cum Leonino spolio; vel Alexandri Magni; & Pegasus ab auersâ parte.

IIII. Minerua armata cum hastâ purâ, & hæc Zosteria procul dubio est.

Θ Ε Σ Σ Α Λ Ω Ν.

T H E S S A L I A.

Thessalia unde dicta. Eustathius & Stephanus obiter emendati. Thessalia olim lacus. Olympus ab Ofsâ terramotu separatus. Tempe amœnissimus locus. Ara Jovis in cacumine Olympi. Moneta à Thessaliis signata Mineruâ Itoniâ.

VARIIS olim nominibus appellata fuit Thessalia; nam & Pelasgicum Argos dicta, quod in illa Pelasgi, genus hominum vagum, & Barbarum, dominaretur: quidquid enim iuxta Peneum & Thermopylas terrarum fuit, id omne illi Pelasgicum Argos dixerunt. alij à Pelasgo Inachi, vel Neptuni & Larissæ, filio, Pelasgiam nominatam dicunt; Plinius olim etiam Aemoniam, Hellada, & Dryopem, à diuersis regibus cognominatam. Tandem verò Thessaliæ nomen mansit, prioribus oblitteratis. inditum id fuit vel à Thessalo Herculis, vel Iasonis & Medæ filio; qui, cum solus matris sæuitiam effugisset, Iolcum veniens, toti regioni nomen dedit. Velleius verò Paterculus longè aliam originem refert. *Achæi, inquit, Laconicâ pulsî, eos occupauere quos nunc obtinent sedes; Pelasgi Athenas commigrauerunt; acerque bello iuuenis Thessalus, natione Thesprotius, cum magnâ ciuium manu, eam regionem armis occupauit, quæ nunc ab eius nomine Thessalia appellatur, antè Myrmidonum vocitata ciuitas. quo nomine mirari conuenit, eos qui Iliaca componentes tempora,*

A pora, de ea regione vt de Thessalia commemorant, quod cùm alij faciant, Tragicis frequentissimè faciunt; quibus minimè id concedendum est. nihil enim ex personâ Poëta, sed omnia sub eorum, qui eo tempore vixerunt, dixerunt. quod si quis à Thessalo, Herculis filio, appellatos Thesalos dicet, reddenda erit ei ratio, cur nunquam ante hunc insequentem Thessalum ea gens id nominis usurparit.

Strabo verò extremis verbis libri ix. refert Thessaliam priori sæculo Pyrrhæam, à Deucalionis vxore Pyrrha, nominatam; mox Hæmoniam, ab Hæmone; à cuius filio Thessalo, Thessaliam. Quidam illam bifariam diuiserunt, ipsam quidem partem in Austrum spectantem, Deucalioni **B** sorte obuennisse; ipsumque à matris nomine Pandoram vocitasse; reliquam verò Hæmoni, à quo Hæmonia dicta. Transmutato deinde nomine, hanc quidem Helladem, siue Græciam, ab Deucalionis filio Hellene; reliquam verò Thessaliam, ab Hæmonis filio, dici cæptam. Alij verò venientes ab Ephyrâ Thesprotidis Antyphum & Philippum, pro nepotes Thessali, Hercule genitos, à Thessalo eorum progenitore regionem ferunt Thessaliam nuncupasse. Eam quoque aliquando Nesonidem dixerunt quidam; sicut & lacum à filio Thessali Nesone. Sed de nomine hæctenus; nunc de situ. Attingit autem Thessalia à septentrione Macedoniam; à meridie verò Locros Epicnemidios, **C** Trachiniam, & Oetae montis iuga, ab oriente verò Ægæum mare; vel, vt alijs placet, Thermaicum sinum; ab occasu verò Stymphaliæ regiunculam respicit. Diuisa primùm fuit, auctore Dionysio Haly-carnassæo, in tres partes, in Phtiotidem, Achaiam. & Pelasgiotidem: à tribus Pelasgorum ducibus, qui Aemoniam scilicet occuparunt, Achæo, Pthio & Pelasgo, Neptuni & Larissæ filijs. postea verò in quatuor regiones tota prouincia diuisa, vt cum Strabone asserit Ptolemeus, nempe in Phtiotidem, Estiæotidem, Thettaliotidem & Pelasgiotidem. Eustathius apud Homerum corruptè αἰῶλη pro ἐστιαῶτην habet. sic etiam apud Stephanum eadem vox corrigenda. Apollonij verò **D** Scholiastes illam diuidit in Phtiotim, Thalassiotim, Iolcetim, & Pelasgiotim. Phtiotis quidem tractum continet Australem, à sinu Maliaeo Oetam vsque; Estiæotis autem partes continet occiduas, & quæ inter Pindum Macedoniamque superiorem sunt: qui verò sub Estiæotide planiciem habitant, Pelasgiotes dicti: Thettalioes verò inferioribus Macedonibus contigui sunt, & maritimas oras explent, Magnesium vsque. Tota autem Thessalia maximis cincta montibus vndique fuit; nam Auroram versus, Pelion & Ossa; ad septentriones Olympus, ad occidentem Pindus, ad meridiem uerò mons Othrys illam instar amphitheatri vndique claudunt. vnde refert Herodotus; totam hanc **E** regionem quondam instar lacus fuisse, cùm fluuijs, qui multi magnique per conualles fluerent, nusquam pateret exitus; sed per campos passim stagnarent aquæ, donec terræmotu ingenti Olympus ab Ossâ abscissus fuit, & per Tempe Peneus amnis in mare influeret. Poëtarum

rum quidam dicunt Herculem hos montes diuifisse. Seneca. A

— *Dirivitis qualis iugis,*
Præceps citato flumini quærens iter,
Quondam stetisti, scissa cum vasto impetu
Patuere Tempe, pectore impulsus tuo,
Huc mons, & illuc cecidit, & rupto aggere
Novâ cucurrit Thessalus torrens viâ.

Thessali vero, referente Herodoto, Neptunum fecisse conuallem, per quam Peneus mearet, crediderunt; quod Claudianus luculentis versibus egregiè depingit. B

Lib. II De
raptu Pro-
serp.

Sic cum Thesaliam scopulis inclusa negaret
Peneo stagnante palus. & mersa negaret
Arva coli, trifidâ Neptunus cuspide montes
Impulit aduersos, tum forti saucius ictu
Dissiluit gelido vertex Ossæus Olympo,
Carceribus laxantur aquæ, fractoque meatu
Redduntur fluuijque Mari, tellusque colonis.

Nec omninò abs re; nam Antiquitas sibi persuaserat, Neptunum terram quaterere; vnde ἐννοήθη dictus: quare quæ per terræmotum fiebant, huic deo adscribebant. postquam verò omnibus fluxus ille liber in mare patuit, pulcherrima & amœnissima planicies Thessalia facta est. Celebris autem ille amfractus fuit olim, per quem Peneus in mare irrumpit; adcò vt Xerxem cupido inceserit eum videndi, dum in Græciam exercitum duceret. quod & fecisse illum narrat Herodotus, conscensâ Sidoniâ naue. Inter verò Olympum & Ossam, montes excel-
 sissimos, locus est longè amœnissimus, Tempe dictus, non humano ingenio arteque factus, sed naturæ lasciuiantis opus. Sed lubet audire Plinium. *Et ante cunctos claritate Peneus, ortus iuxta Gomphos, interque* C
Ossam & Olympum nemorosâ convalle defluens, quingentis stadijs, dimidio eius spacio navigabilis. in eo cursu Tempe vocantur, quinq; millibus passuum longitudine, & ferme sēsqui iugeri latitudine, ultra visum hominis attollentibus se dextera leuaque leuiter connexis iugis. intus verò luco viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concentu; accipit amnem Euroton nec recipit, sed olei modo supernatantis (vt dictum est Homero) breui spacio portatum abdicat, pœnales aquas, dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans. D
 Qui plura de Thessalis Tempis, Aelianum consulat; qui mirâ verborum elegantia loci huius delicias describit. Mons hic etiam Olympus Scriptoribus celebratus; qui eminenti vertice tantus attollitur, vt summa eius accolæ cælum vocent. Ara est in cacumine Ioui dicata, cuius altaribus si quæ de extis inferuntur, nec diffiantur ventosis spiritibus, nec pluuijs diluuntur; sed redeunte altero anno, cuiusmodi relicta fuerunt, cuiusmodi reperiuntur; & omnibus tempe-
 statibus E

Lib. IV.

cap. VIII.

Lib. III.

Iul. Soli-
nus.

A statibus à corruptelis aurarum vindicatur, quidquid ibi semel est Deo consecratum: litteræ in cinere scriptæ ad alteram anni cæremoniam durant. Cæteri etiam montes non incelebres fuerunt. Pelion, nuptiale Thetidis & Pelei conuiuium clarum fecit; Olfam & Othrym, Lapitharum & Centaurorum fabulæ. Oetam vero Herculis apotheosis. omnes denique gigantum fabulæ, bello superis illato, notissimos fecerunt.

Varij illam quondam nobilesque populi incoluerunt. hic enim Myrmidones, qui ducem Achillem ad Troiam secuti fuere, habitarunt; hic Hellenes, hic Achæi, teste Homero; Minyæ hinc quoque primi longâ naue Colchos, duce Iasone, ad aureum vellus nauigarunt. Lucanus.

Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.

Primi etiam ex equis pugnarunt Thessali, qui ab incolis, rem nouam admirantibus, Centauri dicti sunt; vnde & equitatus gloriâ super omnes vicinos semper floruerunt; adeò vt Iustinus scribat, Philippum Macedoniae regem Thessaliam improuiso bello petiisse, non prædæ cupidine, sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adiungere gestiret. Addit Polybius, Thessalorum equitum vim, quando turmatim, aut iusta acie pugnant, sustineri non posse; sed, si extra aciem pro loco & tempore viritum pugnent, inhabiles esse. Monetam primò signatam esse à Thessalis, auctor est Lucanus lib. vi. Lib. iv.

*Primus Thessalicæ rector telluris Itonus
In formam calida percussit pondera massæ,
Fudit & argentum flammis, aurumque monetâ
Fregit, & immensis coxit fornacibus æra.*

Hæc vt laudanda sunt; ita etiam venenosis herbis plenam fuisse Thessaliam, & veneficarum sagarumque incautamentis infamem fuisse, testatur Lucanus.

*Thessala quin etiam tellus herbasque nocentes
Rupibus ingenuit, sensuraque fata canentes
Arcanum ferale magos: ibi plurima surgunt
Vim factura deis, & terris hospita Colchis
Legit in Aemonijs, quas non aduexerat herbas.*

Numismata hæc vix aliquid habent, quod explicationem requirât; ab vnâ enim parte Iouem, accepto vltimo; & ab alterâ Mineruam armatam cum clypeo & hastâ habent, quæ bellicosum populum semper fuisse arguunt, quique præcipuo cultu belli præsidem Mineruam Itoniam colebant, ita dictam ab Itonio oppido, quod ab Itono, Amphictionis filio, in Thessaliâ exstructum fuit; à quo & nomen sumsit, quod in Bœotiâ est & oppidum, & templum. De Itoniâ Mineruâ, Callimachus.

Ἦνθον Ἰτωνιάδου ἔργα Ἀθηναίως ἐπὶ ἄεθλα
Ὀρμενίδααι καλέουτες.

*Cumque ad Itoniados certamina Palladis ipsam
Ormenida inuitant.*

Ormenium enim in Thessaliâ non ignobilis quondam vrbs. aliàs
posset de Bœoticâ Itone interpretari. erat enim in Thessaliâ templum
Mineruæ Itoniæ, ab vrbe Ithonâ, in regione Pelasgiotide sitâ, teste Ste-
phano; quam postea Θέρμιον dicit vocatam. Strabo verò apertè de hoc
Mineruæ templo. οἱ κεράλιοι, ῥυεῖς ὄντα τὸ τῆς Ἰθωμίας Ἀθηναῶν ἱερὸν, εἰς τὴν Πηνεῖον
ἐξέεισιν *Curalius quidem amnis, templum Palladis Ithomiæ præterlabens, Pe-
neum intrat.*

H P A K Λ E Ω T A N T P A X I N I Ω N.

H E R A C L E A T R A C H I N.

*Heraclea diuersa ab antiquâ Trachine. Lacedæmonio-
rum colonia. Achilli olim subdita. Deianira
hac in vrbe se occidit.*

AD Oetæ montis radices est Heraclea Trachin, quæ antiquitus
Trachin, Homero etiam Τραχίην dicta. Stephanus hanc ab Her-
cule conditam, & nominatam, scribit. Strabo verò, Heracleam diuer-
sam ab antiquâ Trachine facit. *Ad Thermopylas, inquit, inter angustias
castella sunt Τίτικα, ad Locrum mare, & Τίχιος, & Heraclea, super illam
quæ prius Trachin vocabatur, à Lacedæmonijs condita. Ab antiquâ quidem
Trachine sex stadijs distat Heraclea.* Videtur itaque in honorem Hercu-
lis ita vocata Trachin, quod ille in vicino monte Oetâ mortale cor-
pus exusserit, atque hinc in cœlum sublatus, deus est factus. prius au-
tem nomen Δία τῶν Τραχύτινα, ob asperitatem scilicet locorum, illi fuit
inditum; quod Seneca in Hercule Oeteo clarè ostendit.

*Ad Trachina vocor, saxa rigentia,
Et dumeta iugis horrida torridis:
Vix gratum pecori montiuago nemus.*

Et eodem actu sub finem resonetque malis, *Aspera Trachin.* In Trachi-
niem olim miserunt coloniam Lacedæmonij, vt Marcius refert in
Periegesi sua.

Εἶτα παρ' αὐτοῖς Ἡράκλει' ἐστὶ πόλις,
Ἦν οἱ Λάκωνες, μυρίους ἀκήτορας
Πέριψαντες εἰς Τραχίνα, πρὸ τερὸν ἐκλιούσιν.

*Dein Heraclea ciuitas iuxta sita est.
Hac à Laconibus, incolarum millia
Cum multa misissent Trachina, est condita.*

Thucy-

A Thucydides auctor est, coloniam hanc à Lacedæmonijs deductam Lib.iii. fuisse circa sextum annum belli Peloponnesiaci. nam cum Trachinij bello ab Oetæis vexarentur, in animo habuerunt Athenienses sibi socios adsciscere: sed illorum diffisi fidei, Lacedæmonem mittunt, qui illos in fidem accipiunt; & quia locus aptissimus erat gerendo bello contra Athenienses, multos non solum Spartanorum, sed & vicinorum, eo in coloniam mittunt, ducibus Leonte, Alcida, & Damagonte; qui collatis colonis urbem ex integro muris cingunt, quæ nunc Heraclea vocatur. Sed Thessali, veriti ne præpotentes accolæ haberent, continuis bellis novos colonos assiduò infestarunt, donec ad paucissimos illos redigerent, cum antea frequentissimi essent.

B Diodorus verò Siculus refert, Lacedæmonios imperio suo subiecisse Trachinam Lib.xiiii. Heracleam, eiectisque omnibus incolis, urbem Peloponnesijs, Lacedæmonijsque, repleuisse. sed, occupatâ postea à Bœotis urbe, Lacedæmonij omnes cæsi fuerunt; Peloponnesij verò incolumes dimissi. Trachinij ab exilio reuocatis vrbs redditur. Priscis sæculis Achilli subiecta fuit, ut apud Homerum videre est, in nauium Catalogo. Ferunt enim Pelea, post perpetratam Phoci fratris cædem, in exilium à suis actum, confugisse ad Ceyca Trachiniorum regem, Luciferi filium, à quo hospitio acceptus, & parte agri donatus fuit. post cuius mortem in regnum successit, ut fuse narrat Ouidius lib. xi. Metamorph. Sita

C autem erat Heraclea in campo; sed arcein habebat extra muros, loco T. Liuius
lib. XLVII excelso, & vndique præcipiti: quæ frequentius fere quàm ipsa vrbs habitabatur, duo circa illam amnes fluebant; vnus Asopus, alter Melas hanc M. Accilius bello Ætolico expugnauit, & militi deripiendam dedit.

In hac vrbe Deianiram, Herculis vxorem, suspendio vitam finiuisse refert Apollodorus, postquam rescituit, se Herculi causam necis fuisse, missâ veste, Nesi Centari sanguine, & Hydræ veneno, imbutâ. Pausanias etiam circa Trachinem illam obiisse affirmat, non Argis; nam & sepulcrum eius propre Heracleam sub Oetâ monte conspici.

D Primo nummo Hercules est, spolio leonis indutus; & ab alterâ parte leonis exuijs idem infidet, clauam sinistrâ tenens; in herois illius memoriam, qui in vicino monte Oetâ viuus se in pyramardentem iniecit.

II. Minerua est, à cuius tergo vir quispiam conspicitur, sagittantis speciem præbens: is Hercules videtur. ab alterâ parte Pegasus est.

E

K

ΛΑΜΙΕΩΝ.

Λ Α Μ Ι Ε Ω Ν.

L A M I A.

Belli Lamiaci causa. Athenienses & Aetoli primi bellum mouent. Leosthenes Antipatrum in Bœotia superat. Eius mors. Antipater victor praesidium Athenis imponit.

INTER Pthiotas Thessaliæ populos, non secus ac Heraclea, sita est Lamia, VII. M. P. à se mutuo tantum distantes. quam Stephanus vel à Lamio Herculis filio, vel à Lamia muliere, quæ Trachinæ regnauit, dictam putat. Sita autem erat non procul ab amne Acheloo, non quidem celebri illo, qui per Aetoliam, & Acarnaniam, sed alio ignobiliori fluuio, qui per Thessaliam fluit, erat autem posita in tumulo eminentiori, vnde prospectus in subiectam regionem patebat. Ab hac vrbe etiam bellum illud ingens, quod Athenienses cum Antipatro, Alexandri magni duce, gesserunt, Lamiacum nuncupatum; quod hac de causâ gestum ferunt. Alexander Magnus, paulo antequàm viuis excederet, constituerat omnes Græciæ exules in patriam suam restituere; tum vt gloriæ suæ consulere, tum vt multos in quaque vrbe beneficijs sibi obstrictos aduersus rerum nouarum auctores haberet. Recitatis igitur eius litteris in publico maximoque Olympiorum conuentu, quibus iubebat omnes exules, præter cædis reos, restitui, motus in Græciâ excitati fuere. plurimi enim non legibus, sed per factionem partium, patriâ pulsi fuerunt; verentibus, ne reuocati, maiorem in republ. auctoritatem haberent. quare multæ ciuitates libertatem bello vindicandam fremebant. cuius rei principes Athenienses, & Aetoli, fuerunt. Athenienses, quia Samum insulam fortè inter se diuiserant, quâ nolebant cedere; Aetoli, quia Oeniadas patriâ expulerant, quos edicto hoc cogebantur restituere. itaque magnas copias vndique colligunt, & Leosthenem Atheniensem, peritissimum belli ducem, iubent vt milites, qui ex Asia circa Tenarum, Laconiaæ promontorium, venerant, stipendijs primo priuatis, mox populi Atheniensis, conducat; mox Antipatro, cui Græciam Alexander commiserat, bellum inferunt, quem primo in Bœotia Leosthenes prælio superat, mox extra Thermopylas illum fudit; qui cum, se viribus inferiorem cerneret, Lamiaæ mœnibus se conclusit, non Heracleæ, vt Iustinus. Græci, magnâ spe recuperandæ pristinae libertatis, summis viribus urbem obsident. Et dum frequentes circa urbem pugnant, Leosthenes è muris saxo ictus concidit, & triduo post, cum summo

Diodorus
Siculus
lib. xviii.

A summò Græciæ totius luctu, fato functus est, magnificè ab Atheniensibus tumulatur, & funebri oratione ab Hypperide, summo oratore, populi iussu laudatus est. Illo defuncto, Antipater spe plenus, Græcos acie vicit, (licet prius Leonatum Macedonum ducem devicissent) & pacem illa conditione dedit, vt præsidium Athenis imponeret. Atque hic Lamiaci belli infaustus exitus fuit. Bello postea Actolico, Philippus, Macedoniæ rex, Romanorum tunc amicus, Lamiam oppugnauit, eodem tempore quo Consul M. Acilius Heracleam, quâ T. Liuius lib. XLVIII. captâ regi nunciatum, vt oppugnatione desisteret, æquius enim esse, B Romanos milites, qui acie cum Actolis dimicassent, præmia victoriæ habere, quàm Macedones; atque ita à Philippi obsidione tunc vrbs liberata. Sed exiguo interiecto spacio, M. Acilius repentè urbem militum corona circumdedit, & licet viri fœminæque patriam acerrimè propugnarent, vi tamen Lamia inter paucos dies capta fuit. Numisma vtrumque, Bacchum refert, capite hederâ coronato. & ab alterâ parte cantharus est, Baccho sacer: fortè quod ibi eximie coleretur, aut quod generosi vini ferax esset.

E Θ Ν Ε Σ Τ Α Ι Ω Ν.

E T H N E S T Æ.

E T H N E S T Æ Thessaliæ olim populus paucis Scriptorum innouit; apud Stephanum Byzantinum huius mentio exstat, qui ita vocatum putat ob Ethnesto, aliquo Neoptolemi liberorum, ex Rhiani antiquissimi Scriptoris auctoritate.

Numisma hoc habet Mineruam ab vnâ parte, in cuius galeâ Pegasus est, & noctuam geminato corpore ab alterâ.

Δ Η Μ Η Τ Π Ι Ε Ω Ν.

D E M E T R I A S.

Demetreum olim Pyrrasum dictum. Demetrias à Demetrio Poliorcete dicta. Plinius eandem cum Pegasâ credit. Sinus Pegasicus Demetriacus vocatus.

E R A T in Thessaliâ præter Demetriadem vrbs Demetreum dicta, de qua paucis primo agam, ne ex nominis amphibologiâ error oboriatur. Inter Phtioticas vrbes, quæ Protefilai imperio subiacebant, ab Homero primo Pyrasus, quæ circa orientalem partem montis Othryos iacebat, vocata fuit. sed ob Cereris lucum, &

templum, Δημήτριον, ἄπο δὲ Δήμητρος, seu à *Cerere*, Demetreum dicta fuit, A
 à Thebis Pthioticis. xx. stadijs distabat. Poeta tamen Πύρρασον cum
 Demetreo coniungit, in sua Bœotia.

— καὶ Πύρρασον αἰθεμένον,

Δήμητρος τέμενός, Ἰτῶνά τε μητέρα μῆλων.

Et Pyrrasum florulentam, Cereris lucum Itonemque altricem ouium. Sed il-
 lius ætate non erat in vsu Demetrei nomen, sed Pyrrasi, vt Strabo ob-
 seruat. Demetrias autem nobilissima quondam Thessaliæ vrbs fuit, B
 in angusto ore Pagasæi vel Pelasgici sinus posita, quæ Pagasas ex ad-
 uerso habet ad occidentem solem, Larissam ad orientem: sub se vero
 Eretriam vel Eretrias, vt Ptolemæus nominat. Hanc Demetrius
 Poliorcetes, Antigoni filius, inter Neliam & Pagasas, Strabone teste,
 prope mare construxit. Stephanus verò Byzantinus non procul à Pe-
 lio monte, in medio Phocidis & Eubœæ sitam asserit. Plinius verò
 credidit, eandem cum Pagasâ esse Demetriadem, *Oppidum inquit, Pa-*
gasæ idem postea Demetrias dicta. Sed reclamât Ptolemæus, qui di-
 uersas vrbes illas statuit; Strabo verò apertissimè ostendit, Demetrium C
 plures exiguas vrbes Demetriadem migrare iussisse, non secus ac ab
 Augusto Nicopolis, & à Philopœmone Megalopolis conditæ fue-
 runt. Octo autem oppidula recensentur, Nelia, Pagasæ, Hermenium,
 Rhizuntis, Sepias, Olizo, Bœbe, Iolcos. Plutarchus etiam in vitâ De-
 metrij refert, Demetriadem habitatam fuisse à multis populis, qui ex
 paruis circa Iolchum oppidis eò conuenerunt. Valida mox vrbs fuit,
 & oportunitissima ad res magnas gerendas; vnde & Macedonum regum
 nauale fuit, & regia. Philippus Macedonum rex, Persei pater, perspe-
 cto huius vrbs commodissimo situ, vocauit illam cum Corintho,
 & Chalcide, tres Græciæ compedes: quod tenenti illas vrbes, Græ- D
 ciæ imperium facile quilibet habiturus esset. Liuius lib. xxxiii. *Vn-*
de omnibus appareret, si Demetriadem in Thessaliâ, Chalcidem in Eubœâ,
Corinthum in Achaiâ rex teneret, non posse liberam esse Græciam, & ipsum
Philippum non contumeliosius, quàm verius, compedes eas Græciæ appellare.
 Ob quam vrbs claritatem, Liuius sinum Pagasæum Demetriacum
 vocat, ex quo in Chalcidem, & Eubœæ Euripum, transuehi nauigia
 breui compendio solebant. Hanc etiam in vrbs Demetrij Polior-
 cetæ vrna, postquam intempestiuus voluptatibus, vt captiuitatis tædia
 discuteret, confectus discessisset, magnâ cum pompâ, & regijs ornamen-
 tis, delata fuit à filio Antigano. Numismata ab vna parte Neptunum E
 cum tridente nudum, cum inscriptione, Δημητρίε βασιλέως; ab alterâ
 verò victoriam cum coronâ, rostro nauis insistentem ostendit, cum
 dictione, Δημητρίων. Videtur respicere ad victoriam naualem,
 quam de Ptolemæo, Ægypti rege, Demetrius habuit; in qua ex
 centum

A Centum quinquaginta nauibus, octo tantum cum Ptolemæo effugerunt; septuaginta, cum remige & milite omni, in Demetrii potestatem venire: cæteræ in ipso prælio depressæ fuerunt. Et licet plures victorias nauales habuerit, ut cum Menelaum, Ptolemæi fratrem, profligasset; & Cassandrum, inuadentem Atticam, deuicisset; illa tamen vel ideo præcipua fuit, quod, victoriâ hâc diulgatâ, Antigonus & Demetrius à militari concione reges vocati fuerunt; cum hæctenus nemo ex Alexandri præfectis hunc honorem vsurpasset. Fuit autem in Demetrio magna vis animi, & in bellicis rebus maxima fortitudo; sed
B quam nimix sæpe voluptates eneruarent, prosperis aduersisque æque clarus.

Λ Α Ρ Ι Σ Α Ι Ω Ν.

L A R I S S A.

Larissa non, ab Acrisio condita. Non procul à Pharsalicis campis sita. Acrisius ibi imprudenter à Perseo occisus. Larissa Κερμασις. Stephanus Byzantinus emendatus. In Thessalia primum equi inuenti.

NON vna erat huius nominis vrbs in Thessaliâ, sed varias Auctores recensent. Prima est ad Peneum sita Larissa, præcipua fere Thessalicarum urbium; quam Stephanus ab Acrisio conditam fuisse refert. sed veritati hoc repugnare, ex Apollodoro liquere puto. is enim auctor est, Acrisium nepotis Persei congressum, sibi oraculi monitu fatalem, declinasse, & relictâ Argo, Larissam venisse, regnante ibi Teutamia; qui patri vitâ functo gymnicum cettamen tunc remporis edebat. nec probabile est, Acrisium fundasse urbem, in quâ alius regnabat.

Quare probabilior est Pausaniæ opinio, à Larissâ, Pelasgi filiâ, urbem conditam, & nomen inditum. Eustathius ad Dionysium Alexandrinum dicit, Larissam olim Thessalicum Argos fuisse vocatam.

Sed hæc incerta mittamus. T. Liuius nobilem urbem & Thessaliæ caput appellat. Olim certè ad tantam potentiam euecta fuit; ut totam Perrhæborum gentem suæ ditionis effecerit, ut auctor est Strabo; donec Philippus, Amyntæ filius, rerum potitus, Larissæorum imperio illos soluit. Fertilissimi illis agri erant, præsertim quâ planiciem spectabat. nisi quâ Nessonidem lacum depressæ quædam valles attingebant, quod hac Peneus amnis interdum restagnans, agros inutiles reddebat; donec Larissæi, obiectis aggeribus, effundentis se amnis

impetum coërcuerunt. Non procul à Pharfalicis campis sita fuit hæc A
vrbs; cuius rei euidentis indicium est, Cn. Pompeium, post memorabi-
lem illam cladem acceptam, sub lucem Larissam venisse, cum sub ves-
peram castris excessisset. Vnde Lucanus lib. VIII.

Vidit prima tuæ testis Larissa ruinæ

Nobile, nec victum fatis, caput.

Auctor enim est Cæsar, omnes Thessaliæ ciuitates in potestate suâ fuisse, præter Larissam, quæ magnis Scipionis copijs tenebatur.

Hac in vrbe etiam Acrisius conditus; qui dum relictis Argis, fatum conatus effugere, in illud incurrit. siquidem cum gymnici ibi ludi à re- B
ge Teutamiâ in honorem defuncti patris magno vicinorum concursu celebrarentur; Perseus etiam, famâ certaminum latè sparsâ, inuitatus eò venit. qui cum ob disci inuentionem omnibus admirationi esset, Acrisius fortuito disci ictu à Perseo est interemptus. Nepos, & incolæ, miserandam eius necem egregio monumento posteritati testatam fecerunt.

Alia etiam Larissa erat sub Ofsâ monte, quam Strabo *κρεμαστήν καὶ πηλα-
γίαν, pensilem & obliquam*, dicit vocatam. Liuius etiam Græco nomine
Lib. XLII. vtitur. *Larissam, non illam nobilem in Thessaliâ urbem, sed alteram, quam C
Cremastem vocant, subito aduentu præter arcem capit.* Stephanus Byzanti-
nus ab aliquibus hanc *πελασγίαν* dicit vocari. Ego tamen suspicor men-
dum esse, & cum Strabone *πηλαγίαν* legendum, nemo enim Pelasgiam
Larissam *ἐν τῇ ὄσῃ χωρίον*, Strabo tamen illam, quæ sub Ofsâ est, Cre-
mastem vocat.

Duo priora numismata, expriment Hercules cum Acheloo sub tau-
ri specie luctam, à Poëtis fatis decantatam; & ab auersâ parte equum
currentem; quod ad Thessalos equos respicit, quos olim in famâ &
pretio fuisse constat. Hinc fabulati sunt, in Thessaliâ primum equum D
ortum fuisse, & primo ibi domitum; vt canit Lucanus lib. VI,

Primus ab æquorea percussis cuspide saxi

Thessalicus sonipes, bellis feralibus omen,

Exiuit, primus chalybem frenosque momordit,

Spumantque nouis Lapithæ domitoris habenis.

In III. Sol visitur, seu Apollo. in IIII. Venus videtur esse, ab alterâ ve-
rò cuiusque nummi parte equus.

M H T P O Π O Λ I T Ω N.

M E T R O P O L I S.

*Metropolis Casari se permittit. Contra Aetolos se defendit.
A Philippo vastata. Minerva Ithomia.*

DE C E M fuisse varijs in prouincijs metropoles Stephanus enumerat; ego illas missum faciam, & de Thessalicâ hac tantum inquiram, quam Ptolemæus inter Esthiotas Thessalos commemorat: quæ ad Peneum amnem, non procul à Gomphis, sita erat. nam refert lib. III. De Bello Ciuili Cæsar, post expugnatos Gomphos, tantâ celeritate venisse se metropolim, vt nuncios famamque expugnati oppidi præuerterit: cumque incolæ Cæsari portas clausissent, quod magnâ clade Dyrrachij affectum crederent, sed casu Gomphensis ciuitatis ex captiuis cognito, quos Cæsar mœnibus iusserat admoueri, mutato consilio, portas victori aperuerunt. Munitam autem fuisse urbem; vel ex eo liquere putem, quod Aetolos, tempore belli Macedonici; summâ vi & repentino impetu urbem adortos, soli ciues egregiâ animorum alacritate & robore repulerunt. Hanc postea Philippus adortus, Aetolos coëgit, relictâ vrbe, in arcem se recipere; qui vacuum ciuibus urbem incendio deuastauit.

Strabo refert, metropolim tribus olim habitam fuisse oppidulis obscuris; postea verò plures fuerunt illi subiectæ, inter quas Triceca, Aesculapij templo inclyta; Deinde & Ithome, eiusdem nominis cum Messeniâ, quæ postea, Stephano teste, *Θέρμιον* vocata fuit, Strabo verò *Θώμιον* per aphæresim, priori detractâ syllabâ.

In primo nomismate Minerva est armata, non illo quidem habitu, quo in plerisque alijs Græcorum nummis conspicitur, Ithomiæ enim Palladis apud Thessalos erat cultus, & magis apud metropolitâ vicinos. hinc enim celebre Mineruæ fuisse templum, supra ostendimus; iuxta quod Peneus amnis labitur. Huc respexisse visus est Catullus.

Quod tibi si sancti concesserit incola Itoni

Erat autem Ithomæ, vel Ithonum, loco prærupto edito sita; vt præter Strabonem, maximus Poetarum obseruauit Homerus, in Bœotiâ suâ.

οἱ δ' ἔχον Τερίκκω καὶ Ἰθώμιω κλωμακόεσσαν

Quique habitant Triccam, & Ithonem præruptam:

Π Α Γ Α Σ Α Ι Ω Ν .

P A G A S Æ .

Pagasis Argo navis structa. Pagasens Apollo. Pagasicus sinus etiam Pelasgicus & Pageaticus dictus.

INTER Phtiotidis vrbes Pagasæ à Ptolemæo recensentur, quæ ab Apollonio Rhodio Magnesiæ adscribuntur. Vocata ita vrbs fuit B
ἔπειτα τῆς ναυπηγίας τῆς Ἀργεῖς, quod illo in loco Argo navis compacta fuit. Vnde O-
 uidius,

Iamque fretum Minijæ Pegasæâ puppe tenebant.

Lucanus etiam hinc soluisse Argonautas scribit.

*Prima fretum scindens Pagaseo littore pinns,
 Terrenum ignotas hominem proiecit in undas.*

Strabo verò probabilius illos erymon putat deducere, qui ἔπειτα τῶν πηγῶν nomen deducunt, quod illo loco multi vberesque fontes scaturiant, quod & Sceptio placuisse scribit Apollonij Scholiastes. Ab hac autem vrbe sinus C
 Pagasiacus, dictus, quem Ptolemæus Pelasgicum vocat. erat autem Pa-
 gasæ nauale, & emporium, vrbis Phæræ, olim non incelebris; quam
 Tyrannos funditus deleuisse, refert Strabo. distabat autem à Phæris
 nonaginta stadijs, ab Iolco verò viginti. Iuxta etiam Pagasas erat Aphe-
 tæ ciuitas, ὡς ἀν' ἀφειτήριον τι τῶν Ἀργοναυτῶν. quod hinc dimissi essent Argonau-
 tæ. Ab hac vrbe etiam Pegasæus Apollo dictus, qui antiquissimis sæcu-
 lishic colebatur. De quo Hesiodus in Scuro.

Πᾶν δ' ἄλλο καὶ βωμὸς Ἀπόλλωνος Παγασίαις.

Totum verò nemus & ara Pagasæi Apollinis.

Hesychius etiam ab Achæis, & Theffalis, παγασίην Apollinem vocari D
 tradit. Sed miror vnde Aristophanis Scholiastes, contra receptam Au-
 ctorum opinionem, sinum, qui prope Pagasas est, Pageaticum vocet;
 quo loco non illepidam fabellam narrat, quam ex Nicolao Gerbelio
 hic subijciam. Bœotij quondam à Thracibus extorres acti, Apollinem
 de quærendis nouis sedibus consulunt; is respondit, eo loci quærendas,
 vbi cumque albos coruos vidissent. Itaque cum in Theffaliam venissent,
 iuxta Pageaticum sinum, viderunt circum volantes Solis sacros coruos,
 quos temulenti quidam pueri gypso oblitos dimiserant: itaque Bœotij,
 oraculo, vt ipsis videbatur, impleto, his in locis confederunt.
 Nummus hic Bacchum refert, capite hederâ coronato. E

Φ Θ Ι Ω Τ Ι Δ Ω Ν.

P H T H I O T I S .

*Phthiotidis regio Deucalioni subdita. Myrmidonum
sedes. Θετιδίων.*

INTER Thessaliæ regiones, Phthiotis recensetur, quæ australem tra-
ctum Thessaliæ complectitur, à Maliaco sinu ad montem Oetam
B vsque, & à Pyliaco sinu Dolopiam, oramque Pindi vsque protensam, in
latitudinem verò porrecta, vsque ad Pharsalum, planaque Thessaliæ.
Ptolemæus Phthiotidis vrbes e regio ordine recenset. *Phthiotidis, inquit,
in Pelasgico sinu, sunt Pagasæ, Demetrias, Posidium promontorium, Larissa, Echi-
nus, Spechia, Thebæ Phthiotides, Sperchij ostia.* Pomponius Mela Phthiotidem
Macedoniæ regionem esse tradit; Plinius Doridi eam proximam facit.
Huic regioni olim Deucalionem ferunt imperasse, postea verò sub A-
chillis imperio, & Protefilai fuisse, Homerus testatur non vno in loco.
Strabo etiam ostendit, Helladem, Phthiam & Achaiam, ab Homero di-
ctam eandem esse regionem, Phthiotasque omnes Achæos fuisse appella-
C tos. Homerus autem omnes illos populos, qui sub Achille, aut Patro-
clo, militabant, Myrmidones nuncupavit; qui scilicet ex Aeginâ profu-
gum Pelea comitati fuerunt. Fuit etiam in Thessaliâ vrbs phthia dicta, re-
ste Stephano; qui Parmeniscum reprehendit, quod regionis tantum
nomen, non vrbs dicat fuisse; quæ nomen à Phthio, Neptuni & Larissæ
filio, sumsit. Inter autem Phthiotidis vrbes, nobilissima vrbs fuit Thebæ,
Phthioticæ nuncupatæ; quam Polybius & Liuius non semel Thebas
Phthias vocant. Hanc vrbem cum Philippus Macedo expugnasset, inco-
las in seruitutem abduxit; colonos verò Macedonicos in vrbem induxit,
D & Philippopolim appellauit. Erat etiam in hac regione Thetidis fanum
quod Θετιδίων vocabant, in Achillis matris memoriam exstructum. Isa-
cius verò Tzetzes oppidum fuisse credit Thetidium, non fanum, vt
Straboni placet.

Successu verò temporis Macedonum imperio subditi fuere Phthiotæ;
vnde, deuictò Philippo ad Cynoscephalos, fœdus ictum inter Mace-
dones & Romanos, quo cautum fuit, vt Thessalis Phthiotæ adtribueren-
tur. T. Liuius, *Thessalorum genti præter concessam libertatem Phthiotæ dari,
Thebis Phthiotis & Pharsalo exceptis.*

I. Hercules cum clauâ, & leonis exuijs, arbori innititur; & ab al-
terâ parte, Philippus, Amyntæ filius, diademate cinctus videtur.

E II. Mineruacum ægide in pectore, & Medusæ capite, adiectum est
nomen Θελχιφωνος. viri alicuius nomen. ab altera parte Herculis claua, cū
pharetreâ, & arcu. Herculis enim memoria sacra apud Thessalos, quo-
niam in illorum regione, in Oetâ monte, humanitatem in pyrâ exiit.

Σ Κ Ο Τ Ο V Σ Σ Α Ι Ω Ν

S C O T V S S A.

*Dodonæum Oraculum ex Scotussa in Thesprotidem
translatum. Alexandri Pheræi crudelitas.
Polydamas nobilis Athleta.*

S C O T V S S A, non ignobilis olim vrbs, à Ptolemæo Pelasgiotidi ^B
Theffalia regionis annumerata, inter Ilegium & Larissam posita erat,
non procul à Pharybo & Peneo amnibus. Ex hac vrbe vetustissimum
^{Lib. VII.} Dodonæum oraculum refert Suidas in Theffalicis apud Strabonem,
translatum fuisse in Thesprotidem, ideoque dictum ab Homero Iouem
Pelasgicum, quoniam ex terra Pelasgorum, in quâ scilicet Scotussa erat,
oraculum fuit aduectum. Sed maxime hæc vrbs inclaruit memorabili
clade, quam Philippus, Macedonum rex, Demetrii filius, à T. Quintio
Flaminio, & Actolis, circa κυνὸς κεφαλὰς accepit. Sunt enim parui tumuli,
& frequentes, qui instar capitum canis eminent, vnde & nomen indi- ^C
tum. Vnico enim prælio vetus illa Macedonum potentia corruit, & P.
R. vectigal soluere coacta fuit.

Ad magnam infrequentiam ab Alexandro, Pheræorum Tyranno,
^{In Eliacis.} hæc vrbs deducta fuit. Auctor est Pausanias, induciarum tempore op-
pidum ab illo occupatum fuisse; cæteros verò, quicumque ætatis robo-
re valebant, velitibus & sagittarijs circumdatos, occidisse; mulieres, pue-
rosque, sub hastâ vendidisse; vnde peregrino militi stipendium persol-
uit. Quæ calamitas illis incidit Olympiade cii. Cum verò pauci profu-
^{Lib. xxxi.} gi tantæ cladi superstites rediissent, urbem sponte deseruerunt. Refert ^D
^{cap. II.} ex Theopompi sententia Plinius, Scotusæ lacum fuisse, qui vulneri-
bus medebatur.

Maximam verò huic vrbi claritatem conciliauit, nobilis ille athleta
Polydamas, Niciæ filius. Is & corpore fuit vastissimo; nam, Pausania te-
ste, maximus fuit mortalium, exceptis ijs, qui heroes vocantur; virium
autem robore paucis fuit comparandus: nam in Thraciâ, circa Nessum
fluum, vastissimum leonem, nullis tectis armis, Herculis exemplo,
superavit. ex boum etiam armento maximum & ferocissimum taurum
comprehensum, extremas posteriorum pedum vngulas arripuit, nec
prius insultantem ferocientemque dimisit, quàm relictis in Polydaman-
tis manu vngulis aufugeret. currum etiam, vel incitatissimis equis pro- ^E
uectum, manu corripuit, equos & aurigam retraxit. cuius fama cum la-
tè sparsa vagaretur, excitus à Dario, notho Artaxerxis filio amplissimis
muneribus Susas venit; vbi tres Persas, ex eorum numero quos Immor-
tales vocant, singulari certamine superavit. Sed dum robore virium ni-
mis sibi

A mis sibi fidit, ipsâ suâ fortitudine fatum sibi consciuit. Siquidem verno tempore ingressus cum aliquot compotoribus speluncam, quæ subito aquarum incurfu labefactata, cum ruinam minaretur, ceteris fugâ elapsis, solus restitit Polydamas, fiducia virium, tanquam suis lacertis, impendentis ruinæ molem sustentaturus, non secus atque Hercules olim defesso Atlante cælum, sed, immani saxorum pondere oppressus, temeritatis suæ pœnas luit.

Minerua est ab vnâ nomismatis parte, & ab alterâ lyra, cui noctuâ insidet.

B

M A Γ N Η Τ Ω Ν .

M A G N E S I A .

Plures olim Magnesiæ. Sagittarij celebres Magnetes.

Magnetis lapidis natura, & diuersa genera.

Plinius emendatus. Equestri gloria clari.

PLURES olim fuerunt Magnesiæ; nam in Asiâ, ad ripas Mæandri fluij, sita erat eius nominis vrbs, quam Plinius Mæandri cognomine insignem vocat; antea Thessalocæ & Androlitia dicta, quæ à Thessalicâ Magnesiâ ortum ducebat, quam Persarum rex Themistocli in panis vsu, teste Diodoro, dedit. Secunda erat ad Sipylum montem. Sed de his nullus mihi sermo; sed de Europæâ tantum, quam alij Macedoniae, nonnulli Thessaliæ adscribunt. Plinius Thessaliæ annexam tradit, & seorsim illam describit. Nostra autem tabula ad regionem spectat Thessaliæ vicinam, in quâ celebriora oppida fuerunt, Iolcus, Hormenium, Pyrrha, Cranon, Methone, clara obsidione Philippi, Amyntæ filij, in quâ damnatus fuit oculo, iactu sagittæ, quam iecerat Aster oppidanus, inscriptam suo nomine. Fons etiam Libethrius, poetarum versibus celebratus, in Magnesiâ erat.

Lib. IV.
cap. IX.

Magnetes etiam olim coluisse artem sagittariam, vel Philoctetis exemplo, qui ex Melibœâ ortus, Iulius Polinus auctor est. Bello, quod cum Philippo Macedoniae Rege fuit, feliciter confecto, Magnetes à Romanis libertati suæ restituti fuerunt; sed mox ingrati, & beneficiorum immemores, cum Antiocho aduersus Romanos conspirarunt, vt Liuius fusè deducit lib. XLV. Magnetem etiam hæc regio lapidem gignit, qui ferrum trahit, quo nihil mirabilius, nec aliâ in parte naturæ maior improbitas (lubet Plinij elegantissima verba audire) quid enim lapidis rigore pigrius? ecce sensus manusque tribuit illi. quid ferri duritiâ pugnacius? sed cedit, & patitur moras. trahitur namque à Magnete lapide, domitrix illa rerum materia, ad inane nescio quid currit, atque, vt propius venit, assistit, teneturque,

lib. XXXVI
cap. XVI.

com-

& complexu hæret. Sed pergo Plinij locum de Magnesiâ nostrâ excutere. A
 Quinque genera Magnetis Sotacus demonstrat, Æthiopicum & Magnesi-
 cum, è Magnesiâ Macedonia conterminâ, Bœbida lacum petentibus dextra; ter-
 tium in Echio Bœotia, quartum circa Alexandriam Troiadem. quintum in
 Magnesia Asia. Differentia prima mas an fœmina, proxima in colore. nam qui
 in Magnesiâ & Macedonia reperiuntur, rufi nigrique sunt; Bœotius verò rufi
 coloris plus habet, quàm nigri: is qui in Troade reperitur, niger est, & fœminei
 sexus, ideoque sine viribus; deterrimus autem in Magnesiâ Asia, candidus, ne-
 que attrahens ferrum, similisque pumici. Sed obiter emaculandus est Pli-
 nius, vbi dicit, Nam qui in Macedonia & Magnesia reperiuntur. legendum,
 qui in Macedonia Magnesiâ reperiuntur, non secus ac infra, in Magnesia
 Asia, & supra dixerat, è Magnesia Macedonia. B

Duo priores nummi equitem habent ab vnâ parte; quia, vt in Ex-
 cerptis Heraclidis de Politijs, Magnetes, quum planam & campestem
 regionem incolerent, equorum nutriendorum curæ imprimis incum-
 bebant: vnde & Lucanus.

Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.

Ab alterâ parte bos est; qui, vt sæpius dictum, regionem frugife-
 ram denotat, præsertim quando spica adest, vt in II videre est. An-
 tonius Augustinus Dialogo III. Antiq. nummum hunc Mæandro tri-
 buit; credit enim per Taurum hunc, fluuium significari, qui Asiæ
 Magnesium præterfluit; illud verò, quod sub Tauri pedibus Conspi- C
 citur, sinuosos Mæandri flexus denotare. Sed nequeo eius opinioni
 subscribere, non enim omnes fluuij tauro vel boui assimulantur, im-
 mo vt Ælianus lib. II. variæ Hist. obseruat, pauci admodum. siqui-
 dem Stymphalij Erasinum & Meropam, Lacedæmonij Eurotam, Si-
 cyonij & Philasij Alopum, Argiui Cephisum boui similes faciunt.
 quod verò tauri pedibus subest, nihil cum sinuosis Mæandri flexibus
 facit, *πρόπερον* enim hoc puto adiectum, vt in sequenti nummo lineam
 rectam. Simile quid videbit Lector Tab. xxxvii inter Lysimachi num-
 mos. Et cum plures sint Magnesiæ, cur potius Asiaticæ Magnesiæ num-
 mus hic tribuetur, quàm Macedonicæ, cum aduersa pars nostri qua- D
 dret Magnetibus, qui equestri olim gloria floruerunt, vt diximus. Inte-
 gram suam cuique isto iudicium.

III. Diana est, cum arcu, & pharetrâ; auersâ verò parte mulier nuda est.

IV. Urbis species, turrato capite. & Iupiter pene nudus, vnâ manu
 victoriam gestat alatum, cum coronâ; alterâ verò ramum lauri vi-
 detur gestare. quid sibi velint nomina illa in singulis nummis, ne-
 scio an Magnetarum sint, qualis erat Eurylochus ille apud Li-
 uium lib. XLV. E

M A K E Δ O N Ω N.

M A C E D O N I A.

De Macedonia nomine variant auctores. Macetia dicta. Martianus Capella emendatus. Macedonia diuisio. Metellus Macedonicus prouinciam fecit. Macedonia Libera, Prima, Maritima, Salutaris. Macedonum Reges ab Hercule oriundi. Asylum Herculis nepotes primi aperuerunt. Iupiter sub tauri specie Cererem vitiat.

MA C E D O N I A omnis inter duo maria, Ionium ab occasu, & Ægæum ab oriente sita est; septentrione Dalmatiæ, Mœsiæ superiori, & Thraciæ exposita; à meridie verò Epiro terminatur. Variè olim nuncupata fuit; nam à regis Aemathionis nomine, cuius prima virtutis experimenta in illis locis exstant, Aemathia cognominata. Sunt, qui Mygdoniam, Pieriam, & Edoniam, à nobilioribus populis dictam volunt; tandem Macedonia nuncupata, à Macedone, Osiridis filio; quem illis in locis imperasse, Diodorus Siculus refert. Sed Constantino Porphyrogenetæ, & Stephano, à Macedone Iouis filio, & Thyæ Deucalionis filia, nomen inditum placet: quod & Solinus probat. *Sed Macedo Deucalionis maternus nepos, qui solus cum sua domus familia morti publicæ superfuit, vertit vocabulum, Macedoniamque à se dixit.* Alij verò ab Aeoli filio Macedone, vt refert Eustathius, & Hellanicus, apud Porphyrogenetam, Tzetzes verò in Variâ Historiâ, filium Lycaonis, Aemathiæ regis, asserit Macedonem fuisse; à quo latissimæ huic prouinciæ nomen. tanta est apud scriptores originum discrepantia, vt vix duo sint; qui idem asserant. Macetiam etiam quondam vocatam partem Macedoniae, mox & totam Macedoniam ita nominatam fuisse, ex Marfyâ, & Clidemo, tradit Constantinus.

Nobilissima hæc olim prouincia fuit, centum & quinquaginta populorum altrix, quondamque imperio terrarum inclyta. in varias olim magnasque prouincias diuisa, Pœoniam scilicet, Mygdoniam, Odomanticem, Synticem, Pelagoniam, Lyncestidem, Bisalticam, Pataxiam, Chalcidicem, Pieriam, Pelasgiotidem, & Aemathiam. Martianus Capella inter has prouincias recenset Paphlagoniam, manifesto errore; cum Pelagoniam scribendum sit. nam in Asiâ minore Paphlagonia sita erat. Ptolemæus verò & Thessaliam sub limitibus Macedoniae comprehendit, quod & à Strabone

non semel factum. nam prouinciarum limites, finesque, non rarò mutati fuerunt.

Eadem vero deuicta à Paulo Aemylio, in quatuor regiones diuisa, tanquam lacerum animal in actus distracta fuit, quam ex Liuiο lubet petere, qui summâ fide diuisionem hanc exprimit.

Omniū primum liberos esse iubere Macedones, habentes urbes easdem, agrosque; utentes legibus suis, annuos creantes Magistratus; tributum dimidium eius quod pependissent regibus, pendere P. R. deinde in quatuor regiones diuidi Macedoniam. Unam fore & primam partem, quod agri inter Strymonem & Nessum amnem sit, accessurum huic parti, trans Nessum ad orientem versus, quâ Perseus tenuisset vicos, castella, oppida, præter Ænum & Maroneam, & Abderam. trans Strymonem autem uergentia ad occasum Bisalticam omnem, cum Herecleâ, quam Sinticen appellant.

Secundam fore regionem, quam ab ortu Strymon amplecteretur amnis, præter Sinticem, Heracleam, & Bisaltas: ab occasu, quâ Axius terminaret fluiuius, additis Pæonis, qui prope Axium flumen ad regionem orientis colerent. Tertia pars facta, quam Axius ab oriente, Peneus amnis ab occasu cingunt. ad septentrionem Bora mons obijcitur, adiecta huic parti regio Pæonia, quâ ab occasu præter Axium amnem porrigitur, Edessa quoque, & Bærea, eodem concesserunt. Quarta regio trans Boram montem, vna parte confinis Illyrico, alterâ Epiro. Capita regionum, ubi concilia fierent, primæ regionis Amphipolim, secundæ Thessalonicen, tertiæ Pellam, quartæ Pelagoniam fecit. Eò concilia suæ cuiusque regionis indici, pecuniam conferri, ibi magistratus creari iussit. Pronunciavit deinde, neque connubium, neque commercium agrorum, ædificiorumque, inter se placere cuiquam extra fines regionis suæ esse. Sed tunc temporis Paulus Aemylius non redegit Macedoniam in prouinciam, sed liberam reliquit, & suis utentem legibus. Sed post viginti annos prouincia est facta anno ab. v. c. d c v i i. quo tempore Andriscus, quidam vltimæ fortis, Persei se filium Philippum mentitus, vnde Pseudophilippus dictus; Macedoniam, partim incolarum voluntate, partim armis occupauit. Aduersus quem Q. Cæcilius Metellus prætor missus, xxv millibus Macedonum cæsis, viuum cepit, atque in triumphum duxit, Macedoniam prouinciam fecit, atque ipse Macedonicus dictus; quod bellum tertium, & vltimum, Macedonicum vocatum est.

Posterioribus sæculis variè à Romanis diuisa, varijsque nominibus nuncupata fuit. Strabo enim refert, Lincefidem, Pelagonitem, Orestidem, & Elimiotin, quæ ad mare Ionium sunt, superiorem Macedoniam appellatam; à posteris verò ἐλευθερία. i. liberam, cuius nominis & Cæsar lib. i i i. Belli Ciuilis meminit. *Caluinum in Macedoniam proficisci iubet, cuius prouinciæ ab eâ parte quæ libera appellatur Menedemus princeps earum regionum, missis legatis, omnium suorum excellens*
studium

^A *studium profitebatur.* Erat autem ultra Candanios montes, quam & à Dionemaritimam vocari suspicor. Hanc ille à Pœonibus inhabitari circa Rhodopem montem dicit; à Liuiò verò prima vocatur. Liber etiam Notitiarum imperij partem Macedoniae Salutarem vocat, ob salubritatem aquarum, vt doctissimo Guidoni Pancirollæ placet. Daciae hæc erat finitima, siquidem hoc nomen illi etiam cõueniebat. ibidem etiam mentio fit Macedoniae Paruæ. In eiusdem etiam libri principio obseruo sub præfecto Prætorio Illyrici fuisse Diæceses duas, Macedoniae & Daciam. Macedoniae autem annumeratas fuisse sex prouincias, Achaiam, Macedoniae, Cretam, Thessaliam, Epirum veterem, Epirum nouam, & partem Macedoniae Salutaris; Achaiam autem Macedoniae fuisse annexam posteriori æuo non est mirum, nam Sextus Rufus obseruat, hoc florente etiamnum Imperio Romano factum.

Prouinciam Macedoniae postea cum Achaiâ coniunxit, eque duabus unam fecit, rogatione perlatâ P. Clodius Tribunus plebis, & vtramque L. Pisoni, quasi premium, quod in eijciendo Cicerone consensisset, dedit administrandam. Sed quia variè prouinciarum administratio pro temporum ratione à Romanis habita fuit, quod parum ad nostrum institutum spectat, lubens de illa superfedebõ.

Angustis olim terminis arctata fuit Macedonia. primò enim intra Strymonem Thraciæ & Peneum Thessaliæ amnes conclusa erat; sed pro-
^C duxere paulatim hos fines varij illorum reges, maximè verò Philippus, Alexandri pater; qui quotidie ex finitimis populis aliquid Macedoniae adijciebat, nempe Thracibus, Pœonibus, Illyrijs, Epirotis, & Thessalis; vnde refert Strabõ, propter potèntiam & claritatem Thessalorum & Macedonum, vicinos omnes, præsertim Epirotas, in illorum partes transfisse, vt Athamantes, Talares & Aethicos populos in Thessalorum; Orestes, Pelagones, & Elymiotas in Macedonum; quin etiam, Pœones, Dolopes, Illyriosque nonnullos Macedoniae finitimos, postquam à Philippo subacti fuerunt, Macedoniae finibus attributos fuisse legimus. nonnulli verò Corcyram vsq; extendebant Macedoniae, quod omnes
^D illi populi & linguâ, tonsurâ, & chlamyde, Macedonum instar vterentur.

Venio ad Nomismata. I. Herculis clauam ab vnâ parte, & caesidem cum fulmine, ab aliâ habet; clauam quidem, in honorem Herculis, à quo Macedoniae reges originem suam deducebant. Iulianus Cæsar Oratione secundâ. *μακεδόνων γὰρ οἰκῆσαι Φασὶ τῶν χώρων τῆς Ἡρακλέους ἀγκύρας, τῆς δὲ παίδας. οἱ τῶν Ἀργείων λῆξιν νεμόμενοι, καὶ εὐσιαζόντες τέλει ἐποίησαντο τῶν Διοικίων, τῆς πρὸς ἀλλήλους ἐμιθίας καὶ φιλοφιλίας. εἴτε ἐλόντες τῶν Μακεδονίων, καὶ ἄλλοι ὄλβιοι ἀπαλιπνίης βασιλεῖς ἐκ βασιλείων διετίλων, καθάπερ κληῖρον τῶν τιμῶν Διοδεχοῦροι.* Nam in Macedonia habitasse ferunt Herculis nepotes Temini filios, qui Argiuorum regionem, quam hereditate acceperant, inter se partientes, atque inuicem dissidentes, coloniâ missâ, omnem controuersiam ac contentionem sustulerunt. tum occupatâ Macedoniae, ac beatâ generis successione

relicta, reges ab regibus deinceps tanquam patrimonium aliquod eam digni-
in Vrania. tatem acceperunt. De Temeni vero successoribus, Herodotus re-
 fert, tres fratres à Temeno oriundos Gauanem, Aeropum, ac Perdic-
 cam, ex Argo in Illyricum profugisse; ex Illyrico superiorem Mace-
 doniam transgressos, peruenisse in urbem Lebæam, ibique se merce-
 natiam operam regi locauisse, vnum quidem equis, alterum bobus,
 minimum verò natu ouibus pascendis. Regis vxor cùm animaduer-
 tisset panem pueri Perdiccæ, mercenarij sui, quoties coqueretur, du-
 plo maiorem effici, marito id aperuit; ille mercenarios statim domo
 suâ dimisit; qui discessuros se acceptâ mercede responderunt. Rex ludi-
 brio illos habens, solem se illis mercedis nomine reddere dixit, qui per
 caminum in ædes immeabat. cui Perdiccas; accipimus, inquit, rex, quæ-
 das, simulque gladio circumscripsit pavimento domus Solem, circum-
 scriptumq; cùm ter in sinum suum hausisset, abiit cum cæteris. Quod
 cùm regi nunciatum foret, equites ad eos necandos misit. sed illi, trans-
 misso amne, periculum euaserunt; siquidem repente ita excreuit, vt ab
 equitibus transmitti non posset. Temenidæ in aliam Macedoniae pla-
 gam concessere, & prope hortos Midæ, Gordio geniti, habitauerunt.
 hinc egressi, postquam hanc regionem subiecissent, reliquam paulatim
 Macedonia occuparunt. Ab hoc Perdicca cæteri Macedonum reges
 fluxerunt, vnde in Herculis memoriam, generis sui auctorem, clauam
 eius pro insignibus habent.

II. Diana est cum arcu & pharetrâ, quam Macedones peculiari
 cultu prosequerantur, quod venationis egregiè studiosi essent. Constat
 certè nocte illâ vltimâ, quæ pugnam præcessit, quâ Perseus, vltimus
 Macedonum rex, à Paulo Æmylio deuictus fuit, cum lunæ deliquium
 incidisset, Macedones, vt triste prodigium, occasum regni perniciem-
 que gentis portendens turbauit, nec aliter clamor, vlulatusque in ca-
 stris illorum fuit, donec luna iterum in suam lucem emerisset, vt auctor
 est cum T. Liuiio, Plutarchus. Ab alterâ parte Herculis claua est; cum
 inscriptione, ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΠΡΩΤΗΣ. Indicat nummum hunc sig-
 natum fuisse in Primâ Macedoniae regione; siquidem illam in quatuor
 regiones à Paulo Aemylio diuisam fuisse diximus.

III. Apollinem cum tripode ab alterâ parte ostendit.

IIII. Neptuni tridentem refert.

V. Herculis claua est, cui ab vnâ parte ara cum bouino capite; ab
 alterâ mensula cum stella adest; cum dictione ΑΣΥΛΟΝ. Indicio est,
 fuisse asylum, seu locum sacrum, ex quo neminem licebat abduce-
 re qui eo confugissent. Seruius refert, Herculis nepotès, veritos eo-
 rum insidias, quos auus afflixerat, Athenis sibi primos asylum, hoc est
 templum Misericordiæ, aperuisse, vnde nullus posset abduci; quod an
 verum sit, non inquiram; scio Statium Papinium, vbi de clementiæ arâ
 agit, de asylo ne verbum dicere, nisi vtrumq; vno nomine confundat.

Fama

A *Fama est defessos acie, post busta paterni
Numinis, Herculeos sedem fundasse nepotes.*

Atheniensium exemplo Romulum dicit Seruius Romæ asylum aperuisse. Virgilius.

*Hunc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum
Rettulit.*

Probabile autem est, Macedonum hoc asylum Herculi sacratum fuisse, quod eius dei insignia satis ostendunt. nam peculiari alicui numini sacrata fuisse asyla, Virgilius lib. II. ostendit, Troiæ Iunonis templum fuisse asylum.

*Et iam porticibus vacuis Iunonis asylo,
Custodes lecti, Phoenix & dirus Ulysses,
Prædam asservabant.*

Seruius etiam ad VI. Aeneidos refert, in Rhœtæio littore Aiæ, in Sigæo verò Achillis asylum fuisse.

VI. VII. nihil explicatione dignum habent.

VIII. ab vnâ parte Iupiter, quæneâ coronâ redimitus; ab alterâ mulier tauro infidet, quæ facem vtrâque manu accensam gestat: quid sibi hoc velit, incertus sum. Scio Cereri in antiquis passim nummis binas faces vel tædas adpingi, quibus illa Proserpinam per vniuersum orbem inuestigabat; sed passim videre est, illam curru suo vectam, vel pedibus incedentem: hîc verò tauro, vel boue, vehitur. Albricus Philosophus libro de imaginibus Deorum dicit Cererem depingi sedentem super bouem, quia animal id terræ culturæ est deputatum. Vnde etiam interdictum, ne bos Cereris sacrificijs adhiberetur, sed sus. Ouidius in Fastis.

*Aboue succincti cultros remouete ministri,
Bos aret, ignauam sacrificate suem.
Apta ingo ceruix non est ferienda securi,
Viuat, & in durâ sæpè laboret humo.*

An etiam dici posset, ad fabulam hic respici, quæ refert Iouem cum Cerere sub tauri specie concubuisse? Arnobius lib. V. Aduersus Gentes, *Quondam, inquit, Diespiter, cum in Cererem matrem libidinibus improbis, atque inconcessis cupiditatibus æstuarret, (nam genetrix hæc Iouis, regionis eius ab accolis traditur) nec tamen auderet, id quod procaci appetitione conceperat, apertissimâ vi petere; ingeniosas comminiscitur captiones, quibus nihil tale metuentem castitate imminueret genetricem: fit ex deo taurus, & sub pecoris specie subessoris animum, atque audaciam, celans, in securam, & nesciam, repente tinâ immittitur vi furens, agit incestus res suas, & proditâ per libidinem fraude, intellectus & cognitus euolat.*

Π Ε Λ Λ Η Σ.

P E L L A.

Pella regum Macedoniae sedes. Eius descriptio. Euripides Poeta hic sepultus.

INTER Macedoniae vrbes nobilissima olim fuit Pella, iuxta Axij & Erigonis confluenta sita, non multum à Thermaico sinu remota: antiquitus etiam, Stephano auctore, Βέροια & Βερόμυδα dicta fuit. Sed Pella postea à conditore nomen obtinuit. Veterum Macedoniae regum ibi sedes, & regia; in quâ & thesauros suos recondebant: Huius situm graphicè T. Liuius describit his verbis, *Consul à Pydna profectus cum toto exercitu, die alterâ Pellam peruenit, & cum castra mille passus inde posuisset, per aliquot dies ibi statua habuit, situm vrbis vndique aspiciens, quam non sine causa delectam esse regiam aduertit. sita est in tumulo vergente in occidentem hybernum. Cingunt paludes inexuperabilis altitudinis estate & hyeme, quas restagnantes faciunt. lacus in ipsâ palude, quâ proxima vrbi est, veluti insula eminent, aggeri operis ingentis imposito, qui & murum sustinet, & humore circumfusæ paludis nihil leditur. muro vrbi coniuncta procul videtur. diuisa est inter murali amni, & eadem ponte iuncta: ut nec expugnante externo, aditum ab vlla parte habeat, nec, si quem ibi rex includat, vllum, nisi per facillimæ custodiæ pontem, effugium. Et gaza regia in eo loco erat. Exigua primùm vrbs fuit, sed magnis postea incrementis à Philippo, & Alexandro, maximis regum aucta fuit. Alexandrum etiam in eâ natum ferunt, vnde Iuuenalis.*

Unus Pellæo iuueni non sufficit orbis.

In diuisione verò Macedoniae, à Paulo Aemylio factâ, tertiæ regionis caput constituta fuit Pella. Vectigali verò redditâ Macedoniâ, coloniam eo Romani deduxere. quare Plinius coloniam illam vocat; & in nummo Imp. Gordiani COL. IVL. AVG. PELLA.

Lucianus verò refert, Pellam olim sub Macedonicis regibus perbeatam fuisse, suo verò tempore ad magnam incolarum infrequentiam, & inopiam delapsam. Propter verò Pellæ nobilitatem, Macedones Asiam incolentes, Apameam, insignem vrbem, Pellam vocarunt; in quâ refert Strabo, Seleucum Nicatorem consueuisse quingentos elephantos alere. Refert Plinius, *Alexandrum Magnum transtulisse Pellam, nobilem tabulam Aristidis Thebani (qui primus animum pinxit, & sensus eius expressit) oppido capto ad matris morientis è vulnere, mammam adrepens infans, intelligiturque sentire mater, & timere, ne emortuo lacte sanguinem infans lambat.* Euripidem etiam Poëtam Pellæ sepultum tradit Suidas, qui, cum Arche-

A Archelao Macedoniae Rege familiariter vteretur, noctu rediens ab eius conuiuio, canibus ab eius æmulis Aridæo Macedone, & Crateua Theffalo, immixtis dilaceratus est; alij non à canibus, sed à mulieribus discerptum tradunt, quod vehementi odio illas passim in Tragædijs suis prosequeretur. Auctor est Aulus Gellius, sepulchrum eius, & memoriam, Macedones eo dignatos fuisse honore, vt in gloriæ quoque loco prædicarent. Lib. xv.
Cap. xx.

Ὅτι περὶ τὸν μνημῆα Εὐριπίδης ᾤλετο ᾧ.

Nulla ætate tua Euripides memoria peribit.

B Quod egregius poëta, morte obitâ, sepultus in illorum regione foret. Quamobrem cum legati Atheniensium ad eos missi petijissent, vt Euripidis ossa in patriammitterent transferri; maximo consensu Pelleses in eâ re negandâ perstiterunt. Positum autem erat eius sepulchrum, teste Vitruuio lib. viii cap. iii. & Plinio lib. xxxi. cap. ii. inter duos confluentes riuos, alterum saluberrimi potus, alterum mortiferi. Plutarchus verò in vitâ Lycurgi Euripidem conditum esse in Macedonia prope Arethusam, eiusque sepulchrum fulmine ictum refert, quod paucis admodum, nec nisi illustribus viris, & Lycurgo, accidisse refert.

C Nummi nullâ explicatione indigent, in ijs enim Apollo & Minerua tantum sunt.

Θ Ε Σ Σ Α Λ Ο Ν Ι Κ Ε Ω Ν.

T H E S S A L O N I C A.

Thessalonica Therma dicta. Vrbs olim valida. Theodosius Imp. hic baptisatus. Magna Thessalonicensium cades. Constantis somnium se Thessalonicam ire. Licinius Cesar hic occisus. Janus ex Thessaliâ in Italiam venit.

D **I**N intimo fere Thermaici sinus recessu sita erat Thessalonica, in regione Amphaxitide, inter duos amnes, Chabrim ab ortu, & Echedorum ab occasu. Prius dicta Ἀλία, teste Stephano Byzantino; Therme etiam vocata, vt Strabonis Epitome docet. (siquidem septimi finis desideratur) quam Latine vertit Hieronymus Gemusæus, vir doctus. Post Axium flumen Thessalonica vrbs est, prius Therme dicta, à Cassandro ædificata. is de nomine vxoris, quæ Philippi Amyntæ erat filia, urbem hanc ita appellauit, atque circumiacentia oppidula in eam deduxit, vt Chalestram, Æneam, Cissum, & quidam alia. Scio Plinium, & Stephanum, Thermem diuersam à Thessalonicâ constituere. De Thessalonicæ verò nomine à Strabonis Epitome dissentit Constantinus Porphyrogeneta, vt & Iulianus Cæsar, Oratione ii. qui à victoriâ, quam Philippus à Thessalis reportauit, nomen hoc inditum credunt. Alij putant, Philippum filia,

quam ex Nicasipoli; nobili fæminâ, suscepit, victis Thessalis nomen ^A Thessalonicæ indidisse, Cassandrum verò illam duxisse in vxorem, & ex eius nomine urbem nuncupasse.

Valida olim vrbs fuit, & populosa; in diuisione autem Macedoniæ à Paulo Æmylio, secundæ Macedoniæ metropolis instituta fuit. sub posterioribus verò Imperatoribus primaria vrbs est reddita multarum gentium, quæ Prætori Illyrici subiectæ erant, vt Macedonum, Thessalorum, & Achæorum, vt monet Theodoritus Ecclesiasticæ Historiæ lib. v. Maxima erat enim vrbs, & fossis propugnaculisque egregiè instructa, quod belli Macedonici tempore, quo cum Perseo bellatum fuit, patuit; siquidem C. Marius post agrorum populationem Thessa- ^Blonicam adortus, incolæ dispositis per mœnia tormentis, Romanos propius accedere non sunt passi; quare milites re infectâ discessere.

Hac in vrbe Magnus ille Theodosius Imperator ab Acholio Episcopo salutaribus baptismi vndis ablutus fuit. sed mox immodicâ eius iram magno cum damno experta fuit. populari enim seditione cum præfectus Illyrici Buthericus alijque primores cæsi fuissent, Imperator animi impotens, immisis militibus septem hominum millia promiscuâ cæde prostrauit. quâ de causâ à Diuo Ambrosio, Mediolani sacris illi interdictum, donec luculentâ pœnitentiâ editâ, ab eodem præfule, ad sacra iterum admitteretur, latâ prius lege, vt capitalium caussarum sen- ^Ctentiæ in diem tricesimum differrentur, quo locus clementiæ, vel pœnitentiæ, esset. Ferunt etiam Heraclij Imp. nepotem Constantem, cum circa hæc loca ad pugnam à Saracenis eliceretur, noctu somniasse, se Thessalonicæ esse, quod ille in bonum omen vertit; sed ex primoribus quidam, vir sagacis mentis, somnium aspernatus est, vt infaustum; & solerti ingenio imminentem cladem præfagiens, à pugna Constantem dehortatus est. Longè enim secus, quàm Imperatori visum fuerat, Thessalonicem interpretatus est, hunc in modum. *ὅτι ἀλλοῦ νίκην, δὲ ἄλλοι νικίαν.* Illius interpretationem belli euentus confirmauit. commisso enim prælio Saraceni victoriâ potiti, omnia cruore & cadaue- ^Dribus compleverunt. Sed nihil urbem hanc magis omnibus populis commendauit, quàm doctrinâ & sanctitate refertæ duæ Epistolæ D. Pauli, ad vrbs huius ciues conscriptæ. Hæc deinde celsit in hæreditatem Andronico, Manuelis Imp. Constantinopolitani filio, qui fratris Ioannis odio stimulatus, qui in paternum regnum successerat, Venetis urbem tradidit; quam deinde Amurathes, Mahometis filius, graui bello illis eripuit. atque in hodiernum diem Turcarum imperio subest, & leuiter mutato nomine Salonichi dicitur. Hac etiam in vrbe Archiepiscopatus dignitatem gessit doctissimus ille Eustathius, qui in Homerum, & Dionysium Alexandrinum, Commentaria scripsit. Floruit autem sub Andronico, Constantinopolitano Imperatore. Theodorum etiam Gazam, Græcæ Latinæque linguæ peritissimum, hæc vrbs edidit; ^E
cui

A cui multum debet posteritas ob egregiam operam, quam in vertendis Aristotelis libris impendit. Huius etiam urbis amœnitate adeo captum fuisse Constantinum Magnum refert Cedrenus, ut biennio Theſſalonicæ hæſerit; quo tempore balneis, theatris, aquæductibus, alijsque operibus egregiè illam exornauit. atque hîc Licinium Cæſarem iuſſit occidi, quod nouas res contra illum moliri ferebatur.

I. II. Ab vnâ parte Ianus bifrons; ſed quid ſibi Deus ille cum Theſſalonicâ, incertus ſum; niſi fortè, quod Plutarchus monet in Quæſtionibus Romanis, Ianum Græcum eſſe, atque ex Perrhæbia in Italiam veniſſe; illa autem Theſſaliæ pars erat. ab auerſâ parte Centauri laſcipientes, in memoriam forte victoriæ, quam Philippus contra Theſſalos obtinuit; vnde & urbis etymon fluxiſſe varij aſſerunt. Cæteri nummi nihil peculiare habent, quod explicationem meretur. Equum enim habent frequenter, quod generoſis equis, & egregio equitatu, pollerent. Vel etiam bellicoſum populum fuiſſe denotat. hoc enim à Virgilio obſeruatum video Aeneidos. III.

*Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum latè, candore niuali.*

*Et pater Anchifeſ. bellum, ô terra hospita, portas;
Bello armantur equi; bellum hæc armenta minantur.*

Sic idem Poëta refert Didonem eo loco condidiſſe urbem, vbi caput equi inuentum fuerat.

*Effodere loco ſignum, quod regia Dido
Monſtrarar, caput acris equi: ſic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per ſæcula gentem.*

Κ Α Σ Σ Α Ν Δ Ρ Ι Ε Ω Ν.

CASSANDREA.

D *Potidea olim dicta. Corinthiorum colonia. A Cassandro
mox nomen ſumpſit. Pallene Phlegra vocata. A
Romanis & Eumene, fruſtra oppugnata.*

I N Palleneni Iſthmo ſita erat Caſſandrea, illuſtris ciuitas, olim dicta Potidæa, Plinio & Stephano teſtibus. Condidere illam Corinthij, miſſis eò colonis, ut auctor eſt Thucydides lib. I. Marcius Doricorum ciuitatem ideo illam vocat, qui tamen à Caſſandriâ illam diuerſam ſtatuit.

— Ποτίδαι ἐστὶ Δωρικὴ πόλις.

Μετὰ ποῦτα Καſſαίδρεια δ' ὀνομασθήσεται.

Potidaeq; extat Doricorum ciuitas,

Cum poſtea Caſſandria occurrit tibi.

Bello

Bello Peloponnesiaco, post diuturnam obsidionem, ab Atheniensibus A expugnatâ; incolæ Chalcidem commigrarunt, nouisq; eò colonis missis, Athenienses urbem habitarunt; illamque ad Philippi Amyntæ imperium possederunt, qui ab illo victi vrbe etiam eieci sunt. Sed rerum potente Cassandro, Antipatri filio, Potidæatæ auitis sedibus donati fuerunt, vt Pausanias asserit; qui beneficij memores, in Cassandri gratiam, Cassandream, oblitterato priore nomine, vocarunt. Diodorus Siculus refert, multos Cherronesi incolas, & Olynthi reliquias, præter Potidæatas, in hanc urbem traductos; vnde cum Cassander omnem operam impenderet in illâ exornandâ, omnes Macedoniae vrbes breui B tempore potentiâ superauit. Situm eius Liuij verbis lubet describere.

Lib. XLIV. *Conditâ est à Cassandro rege in ipsis faucibus, quæ Pallensem agrum ceteræ Macedonia iungunt. Hinc Toronaico, hinc Macedonico septa mari, eminet namque in altum lingua, in qua sita est, nec minus quam in altum magnitudine Atho mons excurrit, obuersa in regione Magnesiæ, duobus imparibus promontorijs, quorum maiori Posideum est nomen, minori Canastreum. Pallene autem, vt hoc obiter tangam, peninsula erat Macedoniae, quam Phlegram vocant, Gigantum pugnacum Dijs nobilitata. Marcianus.*

— Παλλήνη τ' ἐπ' Ἴθρμᾶ κειμένη,
 Ταύτην δὲ Φλέγραν τὸ πρῶτον καλεσμένην,
 Τὸς θεομάχας γίγαντας οὐκῆσαι λόγῳ.

--- Palleneque in Isthmo quæ iacet.
 Porrò hanc Phlegram, ceu nuncupatur prius,
 Hostes gigantes rumor habitasse est delum.

Valida autem vrbs fuit Cassandria, & quam infeliciter bis Romani tentarunt. semel tempore prioris belli Macedonici, cum L. Apustio duce, & Attalo rege, illam aggressi fuissent, multis vulneribus acceptis irritò incepto discesserunt. secundo verò bello Macedonico C. Martius cum Eumene Rege diuisis copiis urbem oppugnare adorti, Romanis ad Clitias, quas vocant, munimenta cervis etiam obieciis, vt viam intercluderet, à Macedonico ad Toronaicum mare perduxit; ab alterâ parte Euripus erat: inde Eumenes oppugnabat. Romanis in fossâ complendâ, quam nuper obiecerat Perseus, plurimum erat laboris: ibi querenti pratori, quia nusquam cumuli apparebant, quò è fossâ terra foret: monstrati sunt fornices, non ad eandem crassitudinem qua veterem murum, sed simplici laterum ordine structos esse; consilium igitur cepit trans fossa pariete iter in urbem patefacere: fallere autem ita se posse, si muros à parte aliâ scalis adortus, tumultu iniecto in custodiam eius loci propugnatores vrbs auertisset. Erant in præsidio Cassandreae præter non contemnendam iuuentutem oppidanorum, DCCC. Agriani & M. M. Penestarij Illyriorum, à Pleurato inde missi, E bellicosum utrumque genus. His tuentibus muros, cum subire Romani summâ vi intererentur, momento temporis parietes fornicum perfossi urbem patefecerunt. quod si, qui irrupere, armati fuissent, ex templo cepissent. Hoc vbi perfectum esse opus militibus

A litibus nunciatum est, clamorem alacres gaudio repente tollunt, alijs parte alia in urbem irrupturis. hostes primùm admiratio cepit, quidnam sibi repentinus clamor vellet, postquam patere urbem accepere præfecti præsidij Pytho, & Philippus Proco, qui occupasset aggredi opus factum esserati, cum valida Agrianum Illyriorumque manu erumpunt, Romanosque, qui alij aliunde coibant, conuocabanturque, ut signa in urbem inferrent, incompósitos atq; inordinatos fugant, persequunturq; ad fossam: in qua compulsos ruinâ cumulant. D. C. ferme ibi interfec̃ti, omnesque prope, qui inter murum fossamque deprehensi erant, vulnerantur. ita suo ipse conatu percussus Prætor segnior ad alia factus, & ne Eumeni quidem, simul à mari, simul à terra aggredienti, quidquam satis procedebat; placuit igitur utrique custodijs firmatis ne quod præsidium ex Macedonia intromitti posset, quoniam vis aperta non processisset, operibus mœnia oppugnare. Hæc parantibus. x. lembi regij ab Thessalonica, cum delectis Gallorum auxiliaribus missi, cum in salo stantes hostium naues conspexissent, ipsi obscura nocte simplici ordine quàm poterant proxime littus tenentes, intrarunt urbem. huius noui præsidij fama absistere oppugnatione simul Romanos Regemque coëgit. circumuecti promontorium ad Toronem classem appulerunt.

Sed mox deuicto Perleo, Paulo Aemylio hæc vrbs cum vniuersâ intrâ biduum dedita est Macedoniâ. Rom. postea facta est colonia, Plinio

C teste.

I. Cassander est, diademate ornatus, vrbs conditor; ab alterâ parte, leo hinnulum deuorans.

II. Herculis claua, & arcus, in heroïs illius memoriam, à quo Macedonum reges genus suum ducere gloriantur.

A N T I G O N E Æ N.

A N T I G O N E A.

Ab Antigono Gonata constructa. Romanorum circa illam clades.

D

INTER Mygdoniæ vrbes non postrema erat Antigonea, quam Ptolemæus Antigonisam vocat. Stephano *Αντιγέεια* dicitur corruptè, cum citra diphthongum *Αντιγόνια* scribi debeat. Ab Antigono Gonata conditam refert. Non procul à Cassandreâ videtur sita fuisse, ut ex Liuiο colligere est. Vrbs erat maritima, & valida; siquidem Romani, duce C. Martio, peruastatis finibus Anix, legentes oram, Antigoniam perueniunt. ibi egressi in terram primo, & vastarunt agros passim, & aliquantulum prædæ contulerunt ad naues; dein palatos eos adorti Macedones, mixti equites peditesque, fugientes effusè ad mare persequuti, quin-

E

gentos ferme occiderunt, & non minus ceperunt. nec aliud quàm vltima necessitas animos militum Romanorum, simul desperatione aliâ salutis, simul indignitate irritauit. redintegrata in littore pugna est. adiuuere

uere & qui in nauibus erant; ibi Macedonum ducenti ferme cæsi, par A
 numerus captus. Ab Antigonea classis profecta ad agrum Pallenensem,
 exscensionem ad populandum fecit.

I. Caput est, diademate cinctum. an illud Antigoni Gonatæ sit,
 dubitare quis posset, cum effigies illius, quæ Tabula xxxviii. expressa sit,
 non omnino cum hac conueniat; hæc enim malas lanugine ornatas ha-
 bet, alia non.

II. Apollo est, & ab auersâ parte equus.

T O P O N A I O N .

T O R O N E .

*Torone Protei vxor urbi nomen dedit. Sinus Toronaicus. A
 Brasida Atheniensibus erepta. C. Martium
 Prætorém reppulit.*

TORONEM urbem Stephanus Thraciæ, Ptolemæus verò & Pli-
 nius Macedoniae adscribunt. Dicta hæc, auctore Stephano, *ἡ πόλις*
τορώνης, τῆς Πρωτίως, καὶ Ποσειδῶντος, καὶ Φοινίκης. à Torone Protei vxore. quæ
Neptuni & Phanices filia. Sita erat in sinu, qui ab illa Toronicus vel To-
 ronæus dictus fuit, qui proximè Thermaicum excipit, paruus ille qui-
 dem, quem à Canastreo promontorio Derrim vsque plerique exten-
 dunt; Ptolemæus illam inter Pataxias statuit. Tempore belli Peloppon-
 nesiaco vrbs hæc per insidias à Lacedæmonijs duce Brasida Atheniensibus
 erepta fuit, vt Thucydides memorat. non spernenda posterioribus
 sæculis vrbs fuit, secundo enim bello Macedonico C. Martius Præ-
 tor cum Eumene rege adorti illam oppugnare, vbi validâ manu defen-
 di animaduenterunt, irrito conatu discesserunt, vt auctor est Liuius.
 lib. xliij.

Nummus Toronæorum, naualis rei studiosos illos fuisse arguit; siqui-
 dem nauis a plustre refert, & ab alterâ parte turris est conspicua, quæ vi-
 detur esse pharus. siquidem ignem in summitate ostendit, vt nocte in-
 tempestâ nauigia huc appellari possent.

O A Y N Θ I O N .

O L Y N T H V S .

*Artabazi crudelitas in Olynthios. Bellum cum Amynta & La-
 cedæmonijs. A Philippo occupatur. Callisthenes Olynthius.*

THRACIÆ limitibus olim comprehensa fuit Olynthus, sed Ma-
 cedoniæ postea adscripta. Ab Olyntho, Herculis filio, nomen illi
 inditum

A inditum fuisse, auctor est Stephanus Byzantinus: Incoluere illam primum Bottiæi, quos ex sinu Thermæo Macedones quondam eiecerant, deinde Chalcidensibus habitata fuit. Siquidem Artabazus, postquam Xerxes, nauali clade percussus, quam ad Salaminem acceperat in Persidem refugisset, Olynthum in potestatem suam redegit, incolas verò omnes in vicinam paludem deductos occidit; urbemque administrandam Critobulo Toronæo Chalcidensi dedit; atque hac occasione Chalcidenses Olynthum venisse, auctor est Herodotus: Post Persarum verò cladem pollens viribus & opibus inclita fuit, ita ut

B multa bella cum Macedonum regibus, & Spartanis, gesserit. Siquidem Amyntas, Philippi pater, percussus aduerso prælio, quo ab Illyrijs victus fuit, præproperâ desperatione statuit regnum deferere, & vicinum agrum Olynthijs dono dedit; sed reductus mox in regnum à Thessalis, donatum agrum repetijt: Olynthij reddituros se negarunt; hinc bellum graue exarsit. Amyntas suis viribus parum fidens, Lacedæmonios in belli societatem pellexit. Olynthij, hostium potentiam spernentes, frequenter cum illis manus conferunt, & sæpius victores exstitere. tandem Teleutias, Agesilai Regis frater, cum magnis copijs eò mittitur; qui dum fortiter dimicaret, ab Olynthijs cæsus est, & mille ac ducenti Lacedemonij cum illo. quo damno percussi Lacedæmonij, regem suum Agesipolim bello præficiunt; qui cum nihil præclarè contra illos gessisset, successorem illi mittunt Polybidam; qui compulsis inter mœnia Olynthijs, tandem deficiente annonâ, Lacedæmonijs se dediderunt. Philippus verò mox omnibus modis potentissimam hanc urbem sibi conatus conciliare, adeo ut Pydnam & Potidæam bello captas Olynthijs subiecerit; quos tamen postea bello aggressus est. Receperant enim Olynthij per misericordiam duos Philippi fratres (tertium enim occiderat) quos ex nouercâ genitos, veluti regni æmulos, tollere gestiebat. itaque licet duobus prælijs victos intra mœnia compulisset, forti tamen animo obsidionem ferunt; sed Euthycrate ac Læsthene, qui vrbi cum summo imperio præerant, pecuniâ corruptis, illorum perfidiâ Olyntho potitur, captamque diripit, nobilem antiquam urbem excindit, ciues sub hastâ vendidit; & fratres olim destinatio supplicio tradit, prædaque ingenti & parricidij voto potitur. Athenienses, quibus iam suspecta erat Philippi potentia, ægrè Olynthiorum calamitatem tulere, cum quibus iam pridem fœdus inierant. quæ res Demostheni occasionem dedit, ut tres illas orationes, Olynthiacas dictas, ad populum haberet.

Ex hac vrbe oriundus fuit Nobilis Philosophus Callisthenes, Aristotelis affinis, quem Alexander Magnus domo exciuerat, ut

M res ab

Diod. Siculus lib. xv.

Iustinus lib. viii.

res ab se gestas posteris traderet . Sed cùm vir esset liberrimi A
 otis , haudquaquam aulae & assentantium ingenio accommodatus,
 quæ res illi exitio fuit : Siquidem coniuratione detectâ , quâ Her-
 molaus , alijque Macedonum primores , conati fuerunt Alexan-
 drum interficere ; ab æmulis , tanquam coniurationis conscius ,
 Q. Curtius accusatur . (quem tamen innoxium fuisse tradunt Scriptores) at-
 que inter tormenta expiravit . Diogenes verò Laërtius in vitâ Ari-
 stotelis refert , illum ferreâ caucâ inclusum , passim circum latum , &
 Leoni tandem obiectum fuisse .

In nummo duæ fœminæ sunt , turrato capite , qualiter vrbes B
 depingi solent manu navis gubernaculum gerentes , dextras iun-
 gentes cum inscriptione ΟΛΥΝΘΙΩΝ ΚΑΙ ΤΟΡΩΝΑΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ .
 I. *Olynthiorum & Toroneorum concordia* . indicat duas has vrbes fœde-
 re mutuo fuisse deuinctas , & re nauali valuisse . ab altera parte , na-
 uis rostratæ partem cum oliuæ aut lauri ramo refert , in memoriam
 forte alicuius naualis victoriæ .

A Θ Ω Ι Τ Ω Ν .

A T H O .

*Montis Atho altitudo . Eius umbra Lemnum pertin-
 git . Acroathos , Macroby . Dinocrates Archi-
 tectus . Ἄγιον ὄρε & cur hodie dictus .
 Iupiter Athous .*

D E vrbe Atho altum apud priscos Auctores silentium . So-
 lus fere Stephanus Byzantinus eius meminit . ἐστὶ δὲ καὶ Ἄθος
 πόλις , ἐπὶ τῷ Ἄθῳ καὶ ὀπλίτης , Ἀθώϊτης . Athos vrbs ad radices montis Atho , D
 unde incole Athoite . Quare de monte ipso quædam mihi visum di-
 cere , cùm magna eius celebritas apud vtriusque linguæ Scripto-
 res reperitur . Mons is in Thraciâ est altissimus , cui nomen indi-
 tum ab Atho gigante , vt apud Stephanum narrat Nisander . Scho-
 liastes verò Theocriti , ex Neptuno & Rhodope illum genitum
 fuisse refert , Mons ipse à planicie excurrit in mare LXXV. M.
 P. ambitu verò radice centum quinquaginta millia colligit , au-
 ctore Plinio . adèò verò elatus est , secundùm Melam , & Soli-
 num , vt credatur altiùs , quàm vnde imbres cadant , surge- E
 re . quæ opinio eo fidem concepit , quod in aris , quas ca-
 cumine sustinet , nunquam cineres eluuntur , neque quicquam
 ex aggeribus suis perdunt , sed quo relictæ fuerint cumulo
 permanent

A permanent. Eius verò immensam altitudinem ex eo maxime probare possumus, quod eius montis umbra in forum Myrinæ (Lemni ea est vrbs) perueniat. Plinius de Lemno. *Oppida habet Hephæstiam, & Myrinam, in cuius forum solstitio Athos eiaculatur umbram.* Hinc Statius lib. v. Thebaidos.

— *Ingenti tellurem proximus umbrâ
Vestit Athos, nemorumque obscurat imagine pontum.*

Hinc parcemia orta, quam citat Eustathius Iliadi ɛ.

B *Ἄθος σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός.*

Athos obumbrat dorsum Lemniæ bouis.

Ferunt enim in Lemno bouis fuisse simulachrum ingens, ex candido marmore, quod Athos, quamuis longè distitit, interuallo, ob summam tamen suam altitudinem, umbra sua obscurat. Stephanus certè Byzantinus refert, eius umbram ad trecenta stadia porrigi. Iulius verò Solinus maius spatium asserit. *Oppidum Myrinæ in cuius forum mons Athos & Macedoniâ umbram iacit. quod non frustra inter miracula notauerunt, cum Athos à Lemno sex & octuaginta millibus passuum separaretur.* Plinius LXXVII. M. P. tantum statuit.

C Hunc montem potentissimus ille Xerxes perfodit teste Herodoto, ut classem suam in Græciam immitteret, & mille quingentis passibus à continenti abscissum refert Plinius. Fossa verò ad eo lata fuit ducta, ut duabus triremibus simul illac iter esset; quod ostentationis potius gratiâ, quàm necessitatis causâ, ab illo factum; quo Græcis maior nominis sui terror incuteretur. De quo Catullus.

Cum Medi irrupere nouum mare, cumque iuuentis

D *Per medium classi barbara nauit Athon.*

In vertice huius montis oppidum erat Acroathos; in quo, ut auctor est Pomponius Mela, dimidio longior, quàm in alijs terris, ætas habitantium erat; vnde incolæ Macrobij dicti. De quibus Plinius. *Oppidum in cacumine fuit Acroathon, nunc sunt Vranopolis, Paleotrum, Thyssus, Cleone, Apollonia, cuius incolæ Macrobij cognominantur.* Stephano verò hæc vrbs *Ἀκρόθωνοι* dicta. *Ἀκρόθωνοι, πόλις ἐπὶ τῆς ἀκρῆς τοῦ Ἄθω, τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθωνος, καὶ Ἀκροθωνίτης.*

Dinocrates nobilis architectus Macedo; venit ex Macedoniâ ad exercitum, ut Alexandro persuaderet, se formaturum ex monte Atho statuam tanto Rege dignam, cuius manus læua contineret amplissimam ciuitatem, dextra vero pateram quæ exciperet omnium fluminum quæ sunt in eo monte aquam, ut inde in mare effunderetur. delectatus Alexander nouitate formæ, statim quæsiuit, an essent agri, qui possent

ciuitatem frumentariâ ratione tueri; cùm inuenisset non posse, nisi A
 transmarinis subuectionibus, Dinocrati respondit; se quidem dele-
 ctari egregiâ formæ compositione, sed animaduertere se, si quis
 eò loci coloniam deduxerit, fore, vt iudicium eius vituperetur. Plu-
 tarchus lib. 11. De fortitudine vel fortuna Alexandri Stasicratem vo-
 cat hunc architectum, atque illi respondisse Alexandrum, *Tum montem*
Atho intactum relinque; satis enim est, illum esse monumentum petulantiae,
quam vnus Regum in illum exercuit: me Caucasus & Emodi montes loquentur.
 Non sine ratione visus est Dinocrates statuam Alexandri ex hoc monte
 fabricare voluisse; siquidem ferunt recentiores, montem hunc refer- B
 re hominem supinum decumbentem, ita vt pedibus quidem maris lit-
 tus attingat, quo loco multo angustior euadit; deinceps paulatim hu-
 meros versus latior euadit, atque vt caput toto corpore altius eminent,
 ita etiam in ipso montis vertice alius collis; instar capitis, immensum
 attollitur. Hoc sæculo à Græcis ἅγιον ὄρος, vulgò *Monte sancto* vo-
 catur, quo nomine à Ioanne Tzetze vocatum video. Causa nomi-
 nis est, quod totus mons plenus sit monasterijs Græcorum, qui Ca-
 loieri dicuntur. immo refert Petrus Bellonius lib. 1 suarum Obserua-
 tionum, à multis sæculis montem hunc religiosus his esse dicatum, C
 adeo vt nulli profano, siue Græcorum, siue Turcarum, permissum sit
 hic habitare; ferturque ad sex millia numerum illorum ascendere; qui
 varijs distincti monasterijs summâ cum securitate hic vitam degunt.
 morum enim probitas, & vitæ innocentia, etiam inter efferas natio-
 nes, solet cultores suos tutari.

Nummus hic virum ostendit procerae staturæ qui monti incumbit,
 siue is sit Athos gigas, vnde monti nomen; vel forte Iupiter is est,
 humanâ staturâ maior; qui hîc in monte Atho colebatur. De quo Eu-
 stathius Iliade B. Ἀθῶν χεῖς, ὁ ἐν Ἀθῶ τῶ ὄρει τιμώμεν. *Athous Iupiter, qui*
in monte Atho colebatur. Quod etiam Hesychius videtur innuere, D
 in dictione Ἀθῶ.

B I Σ Α Λ Τ Ι Ω Ν .

B I S A L T Æ .

Bisaltæ fortissimi viri, Equino sanguine & concreto lacte
viuunt. Rex Bisaltarum sex filios
suos excacauit.

IN T E R Macedonicas gentes Bisaltæ etiam annumerantur à Pli-
 nio, urbem etiam Bisaltiam Stephanus præter regionem re-
 censet. Nomen deductum ἀπὸ Βισάλτης, τῆ ἡλίας καὶ γῆς. à *Bisalte,*
Solis & E

A *Solis & Terræ filio*, quod etiam à Suida dictum video. Incolæ egregiâ Lib. XLV.
fortitudinis famâ claruerunt. vnde Liuius, in diuisione Macedoniae
à Paulo Aemylio institutâ.

Pars prima Bisaltas habet, fortissimos viros, (trans Nessum amnem incolunt circa Strymonem) & multas frugum proprietates, & metalla, & oportunitatem Amphipolis, quæ obiecta, claudit omnes ab oriente sole in Macedonia aditus. Vnde non omnino vanum videtur, quod Perseus magnâ
pugnâ à L. Aemylio Paulo deuictus, in Bisaltis spem omnem posuisset. Idem Liuius. *Perseus vnâ tantum spe Bisaltarum auxiliij tentati, ad quos*

B *nequicquam miserat legatos, in concionem processit.*

Mos illis erat equis proprijs venam incidere, sanguinemque cum lacte concreto bibere. Virgilius. III. Georg.

Profuit incensos æstus auertere, & inter

Ima ferire pedis salientem sanguine venam:

Bisalta quo more solent, acerque Gelonus

Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,

Et lac concretum cum sanguine potat equino.

C Lepores hic etiam plerique geminum hepar habere, refert ex Theopompo, & Phauorino, Stephanus Bisantinus. Proprius illis erat
Rex, quo tempore in Græciam Xerxes irrupit, qui aspernatus cum illo militare aduersus Græcos, in prærupta montis Rhodopes ascendit, filijsque etiam interdixit, ne cum Xerxe pergerent: illi patris imperijs spreis, & belli libidine accensi cum Persis profecti sunt; quos ex infœlici hac expeditione domum reuersos, pater omnes excæcauit, sex autem erant numero, vt narrat in Vraniâ Herodotus.

D Nummus primus equum, & adstantem militem cum iaculo, habet. Significat illos equestri gloriâ fortè floruisse. Et bellicosos valde fuisse.

A M Φ I Π O Λ I T Ω N.

A M P H I P O L I S.

Persarum sacrificium circa Nouem vias. Atheniensium Colonia à Thracibus Cæsi. Cur Amphipolis dicta. Stephani lapsus.

Rhesi ossa hic condita. A Philippo occupatur.

E *Accipitrum mira venatio. Diana*

Tauropolos.

T H R A C I Æ olim adscripta Amphipolis; sed aucto Macedonum imperio, illorum limitibus comprehensa fuit. Ante Xerxis

Thucyd.
lib. IV.

aduentum in Græciam, ἐννέα ὁδοί, seu nouem viæ vocata fuit, vt auctor A est Thucydides. Refert verò Herodotus in Polymniâ, Persas iuxta Nouem Vias Hedonorum, totidem illic pueros & virgines, indigenarum filios, viuos defodisse, vt secunda illis belli fortuna esset. Primum tentauit hanc urbem incolere Aristagoras Milesius, quum Darium regem fugeret; sed ab Edonibus eiectus; deinde Athenienses duos & triginta post annos coloniam eò deduxere, missis decem colonorum tam Atticorum, quàm sociorum millibus, qui cùm longiùs ausi essent se effundere, apud Darbescum Edonicum omnes à Thracibus interempti sunt. Sed elapsis vndetriginta annis, reuersi Athenienses, duce Agnone Niciæ filio, expulsis Edonibus, coloniam iterum deduxerunt, meliori auspicio, & Amphipolim vocarunt, teste Thucydide, ὅτι ἐπ' ἀμφοτέρω περιρρέοντι τῆ Στρυμόνι, quod praterfluente Strymone undique cingeretur. Suidas verò διὰ τὸ περιρικεῖσθαι τὸν τόπον, quod is locus circum circa habitaretur. Stephanus olim vocatam dicit Κραδέμναν καὶ Ἀνάδραμον, Crademnam & Anadramum, similiter Μυρίκην καὶ Ἐἰόναν, Myricam & Eionem. In duobus hisce vltimis nominibus certum est eum labi. Siquidem Thucydides dicit Eionem maritimum esse emporium, in ostio Strymonis, quod xxv. stadijs ab Amphipoli distabat. non secus etiam Myricæ, vel Myricini, vt diuersæ ab Amphipoli, meminit. C Auctor est Polyænus, Agnoni oraculum datum fuisse, dum coloniam hanc duceret, vt Rhesi ossa Troiâ asportaret, atque patriæ telluri illa conderet, si fœlicem euentum coloniæ optaret, missis aliquot Troiam, Rhesi monumentum per noctem effregerunt, atque ossa eius reportarunt, quæ ille ad Strymonem clam defodit, & deceptis Barbaris per inducias noctu locum fossâ & vallo muniuit, tribusque noctibus opus perfecit: Agnonem Thraces violati fœderis accusarunt; at ille, nullam se illis iniuriam fecisse, siquidem inter ipsos conuenisse de tribus diebus, se verò tribus noctibus murum perfecisse. Bello verò Peloponnesiaco Brasidas, Lacedæmoniorum dux, proditione quorundam, Amphipolim Atheniensibus eripuit; sed decimo anno eiusdem belli per inducias Atheniensibus iterum restituta fuit.

Lib. VI.
Stratag.

Lib. XV.

Philippus deinde, Amyntæ filius, cùm ab Amphipolitanis varijs iniurijs irritatus esset, validis copijs illos inuasit, & ad motis machinis urbem expugnauit. qui multis inimicorum exilio multatis, in cæteros se benignum exhibuit, vt auctor est Diodorus Siculus. Sed cùm Athenienses illam summâ contentione restitui cuperent, & Illyrico bello premeretur, ne pluribus simul hostibus eodem tempore occurrendum esset, Amphipolim liberam dimisit. Atheniensibus satis hoc E visum, urbem Philippi dominationi ereptam, omnem belli curam seposuerunt; Philippus verò, profligatis Illyrijs, viribusque auctus, urbem iterum, contemptis Atheniensibus, occupauit, & Macedonia adiecit; quæ postea in diuisione, factâ à Paulo Aemylio, primæ

A primæ regionis caput, & Metropolis, facta.

Memorandum est, quod de venatione accipitrum, à Plinio est proditum circa hanc urbem. *In Thraciæ parte super Amphipolim homines atque accipitres, societate quadam aucupantur; hi ex siluis & harundinetis excitant aues, illi superuolantes, deprimunt, rursus captas aucupes diuidunt cum ijs. Traditum est, missas in sublime sibi excipere eos, & cum tempus capture sit, clangore, ac volatus genere, inuitare ad occasionem.* Lib. x.
cap. viii.

I. Muliebris vultus est; in alicuius Deæ procul dubio honorem; num Diana sit, etsi nulla hic eius insignia, non citra causam suspicari licet. nam summo hic honore colebatur Diana Tauropolos: Liuius lib. XLIV. vbi agit de fugâ Persei, *Amphipolim cum iam fama pugne peruenisset, concursusque matronarum in templum Dianæ, quam Tauropolos vocant, ad opem exposcendam fieret.* Nomen hoc illi inditum, vel quod, vt taurus, omnia circumeat luna, vt scribit Apollodorus; vel, quod luna aurum, à Neptuno immisum Hyppolito, furore percitum per omnes terras agigaret, vt auctor est Ister apud Suidam: Eustathius verò Tauropolon vocat, non solum à Tauris populis, vbi scilicet & Taurica Diana; sed etiam, quia regio illa, cui Dea illa præest, armentis abundet, quod nostro instituto conuenit. nam armentis Amphipolim abundasse, ostendit Taurus in nummis. Hesy chius verò, non solum Dianam, sed & Mineruam, Tauropolon vocatam dicit.

II. Minerua est cum Grypho in galea. in memoriam; ni fallor, Atheniensium, quorum colonia fuit Amphipolis; illorum verò dea tutelaris Minerua. Taurus verò pascens, tellurem aratro aptam, & fecundam, significat.

III. Minerua est galeata. cui pinnula, non secus ac Mercurio, in galeâ.

IV. Rex Philippus, laureato capite; fortè in memoriam victoriæ, quam de Illyricis habuit, quando Amphipolitanos iussit esse liberos, vt supra dictum; ab alterâ parte spica frumenti, abundantiam & fertilitatem Cerealiū arguit.

Φ Ι Λ Ι Π Π Ο Π Ο Λ Ι Τ Ω Ν .

P H I L I P P O P O L I S .

Ponropolis & Trimontium dicta. Diuersa est ab Hadrianopoli: Ptolemeus emendatus Ammianus Eumolpiadem vocat.

INTER Thraciæ mediterraneas Vrbes Philippopolis numeratur, quam Plinius primò Ponriopolim, deinde & Trimontium vocatam dicit. *Oppidum sub Rhodope Ponriopolis antea, mox à conditore Philippo-*

Lib. de curioſitate.

polis nunc à ſitu Trimontium dictum. Ptolomeus verò Hadrianopolim ^A vocat manifeſto errore. Siquidem Sextus Rufus Muſcadoniam urbem Hadrionopolim dictam, & diuerſam eſſe ab Philippopoli auctor eſt, quare non dubitaret apud Ptolemæum Poniropolim ex Plinio ſubſtituere; ſiquidem Philippus Amyntæ F. ex peſſimis & contumaciſſimis hominibus urbem condidit, quam Poniropolim vocauit, teſte Plutarcho, & Suida in dictione *πληρόπολις*, ſed infami hoc nomine obliterato, Philippopolis in honorem conditoris ſui eſt vocata. Ammianus Marcellinus lib. *xxii* ſub initium, Eumolpiada nuncupat. *Edixit iter in Thracias; motiſque properè ſignis, emenſa de ciuitate Succorum, Philippopolim petijt Eumolpiada veterem, alacri gradu ſequentibus quos duxerat cunctis.* ^B Sextus Rufus Olympiadam vocat, non dubito quin apud alterutrum error ſit, niſi plures olim in Thracia Philippopoles fuerint. auctor eſt Liuius, Perſei patrem Philippum, urbem Philippopolim fuga deſertam oppidanorum, qui in proxima iuga montium cum familijs ſeſe receperant, cœpiſſe, & relicto inde præſidio diſceſſiſſe, ſed ab Odryſijs mox expulſum.

I. Philippus Rex urbis conditor diademate ornatus, ab altera parte ſpicæ cum papaueris capite indicant Agri illius vbertatem. ^C

II. Non videtur ad hanc urbem ſpectare, ſiquidem inſcriptio ſemilatina eſt *Φλιπυσε*, potius ad Philippos nobilem Macedoniae urbem, quam prius *κρηνιδας* vocatam ſcribit Stephanus, cuius incolæ Philippenses, ad quos D. Pauli extat Epistoſa.

A B Δ H P I T E Ω N.

A B D E R A .

Abaderus à Diomedis equis diſcerptus. colonia Teiorum, quo ^D *tempore deducta. Xerxi cœnam parant. à ranis & muribus Abderita patria expulſi. ab Hoſtilio Pratore direpta. Democritus Philoſophus. Cora eadem cum Proſerpina.*

NON ignobilis Thraciae urbs Abdera, quam ab Hercule conditam ferunt Apollodorus & Stephanus, in memoriam Abderi Erimi filij, nam cum Hercules ex Euristhei præcepto, Diomedis Regis Thraciae, ferocissimos equos, qui humana carne pascebantur ^E abigeret, illos Abdero tantisper custodiendos commisit, donec cum Diomede & Bistorijs confligeret, sed equi interim Abderum diſcerptum deuorant. Marcianus etiam ab Abdero conditum dicit.

ΑΒΔΗΡ, ἀπ' Α'ΒΔΗΡΑ ΜΕΝ ὀνομασμένη
Τῆ καὶ κτίσαντ' ὅτι πρῶτον αὐτὴν, ὅς δακεῖ,

Ἴ πὸ Τῆ

temporibus; æstiuis caloribus Andromedam ibi egisse ita vt quam- A
plures ex Theatro febricitantes domum redirent, quorum mentibus
adhuc obuerlabatur Andromedæ & Persei memoria.

Refert Herodotus, Abderitas coactos Xerxi cœnam instruere re-
gio apparatu; post Regis discessum cum ministri omnem apparatus
secum abstulissent, Megucreontem Abderitam, ferunt dixisse, ma-
gnam se gratiam Dijs habere, quod Xerxes non bis quotidie cibum
caperet, fore enim vt si ciuibus suis imperatum esset cœnæ simile pran-
dium; aut vt non exspectarent Xerxis aduentum, aut si prestolati fuif-
sent pessime acciperentur, quia tantis sumptibus impares essent. Post B
cladem vero ad Salaminem acceptam, cum in Asiam trepidus refuge-
ret, transiens Abderam, incolas conuiuio adhibuit, illosque acinace
aureo, & Tiara auro intertexta donauit. Regnante vero Cassandro An-
tipatri filio, propter ranarum & murium immensam vim, Abderitæ
coacti fuere patrium solum relinquere; qui veritus, ne Macedoniam
inuaderent, facta pactione in societatem eos recepit, agrosque in vlti-
mis Macedoniæ finibus assignauit.

*Iustinus
lib. xv.*

An vero antiqua vrbs iterum culta fuit incertum est; hoc vnum
constat, Abderam secundo bello Macedonico ab Hortensio Prætore, C
indicta causa hostiliter direptam fuisse, principes securi percussos, ce-
teros sub corona venditos, quod cum P. R. indignè tulisset, Sempro-
nium Blesum, & Sextum Iulium Cæsarem, miserunt ad restituendos
in libertatem Abderitas, Hostilioque Consuli imperatum vt conqui-
reret vndique in seruitutem abreptos.

Sed nulla re magis memorabilis quam Democrito ciue, qui peni-
terioribus Philosophiæ sacris initiatus, mortalium actiones, vt res nul-
lius momenti, Cachinnis prosequeretur, quare Ciues obesæ natis,
credentes illum delirio vel amentia laborare, Hippocratem Coum
Medicum euocarunt, vt egregium ciuem molesto hoc morbo expedi- D
ret, qui audita Democriti sapientia; Ciues ipsos desipere illum vero
sapientissimum esse iudicauit. ille verò nimio Philosophiæ amore du-
ctus, quia visu mens à contemplatione rerum abduceretur, seipsum
excæcauit; aiunt vero centesimo & nono ætatis anno illum obiisse;
Lucretius vero sponte sibi mortem consciuisse tradit lib: III.

Denique Democritum postquam matura vetustas

Admonuit, memoris motus languescere mentis;

Sponte sua letho caput obuinus obtulit ipse.

Huius etiam vrbs ciuis fuit Protagoras acerrimus Sophistarum, cu- E
ius perplexam litem cum Euathlo discipulo, refert A. Gellius lib. v.
cap. XI.

Duo priores nummi Philippum referre videntur, laureato capite,
cum Grypho ab altera parte, Appollini sacro. quid sibi volunt illa
verba ΕΠΙΔΙΟΣ ΔΑΙΟΤ hæctenus mihi ignotum.

III. Iupi-

A III. Iupiter est αἰτόφορος cum Aquila & sceptro ab aduersa parte virginis facies cum inscriptione ΑΒΔΗΡΑΣ ΚΟΡΑΣ. aliquibus est κορη puella: ἀπὸ τοῦ κορεῖν quod est ornare. Plerique vero vocant Cereris filiam Proserpinam, Coram. Plurarchus de facie quæ in ore lunæ apparet. *Persephones vero nomen ἔσ κορης, quod est puellæ apud eos qui in luna sunt, gerit Proserpina, illud quia lucifera est, hoc quod etiam pupilla oculi ita Græcis appellatur quia visa res in ea conspiciatur haud secus quam sol in luna.*

B Phronutus lib. de natura Deorum, dicit, Cererem κόρην. I. puellam, *tanquam κόρον, id est satietatem peperisse, quum sit nutrix, ad satietatem usque alimenta subministrare idonea.* Xenophon verò lib. 6. rerum Græcarum, in oratione Calciæ Daduchi ad Lacedemonios, ostendit κόρην nihil aliud quam Proserpinam esse vt bene interpres eius mentem expressit. ἐπεὶ λέγεται μὲν τριπτόλεμος ὁ ἡμέτερος πρόγονος, καὶ Δήμητρος καὶ Κόρης ἀρρήτα ἱερά, πρῶτος ξένος δαΐξαι Ἡρακλεῖτι τῶ ὑμετέρῳ ἀρχηγέτι, καὶ Διὸς κέρου τῶν ὑμετέροισιν πολιτείαι. *nam memorie proditum est, Triptoleum Cereris ac Proserpinæ arcana sacra primum exteris monstrasse Herculi summo præfidi vestro, & Dioscaris vestris cibus.*

C M A P Ω N I T Ω N .

M A R O N E A .

Ismarus Homero dicta. Chiorum Colonia Vinum Maroneum. incolæ à Philippo crudeliter necati. Διονύσιος Σῶτης. Lynces & Tigrides Baccho sacra. Tympanum eius sacris adhibitum. Νεωκόρος.

D A VCTOR est Diodorus Siculus, Osiridem quem Græci Bac- Lib. 1.
 chum vocant, peragrata Asia, & deuictis Indis, per Hellepontum in Europam transfretasse, atque Lycurgum Thraciæ impium Regem conatibus eius aduersantem interemisse, & Maronem expeditionis socium & emeritæ militiæ, ibi reliquisse, vt vitis plantandæ rationem incolas doceret, urbemque de suo nomine Maroneam condidisse, quam Homeri tempore Ismarum vocatam fuisse credant plurimi. Suidas. *μαρώνεια, ἔστι δὲ καὶ πόλις ἐν θράκῃ, ἣν Φάσιν εἶναι τὴν ὑφ' Ὀμήρου Ἰσμαρον καλεμένην. Hesychius. Ἰσμαρος πόλις θράκης, ἣ νυν μαρώνεια. Plinius tamen Ismarum & Maroneam vt diuersas vrbes in Thracia enumerat, priusque illam Ortaguram dictam refert, Marcianus postea à Chijs conditam*
 E refert.

Εἶπεν Μαρώνει, ἔ κατοικῆσαι τὸ πρῶτον
 Τὰς κίκονας ἰσορῶσι τὰς ἐν ἰσμαρῶ
 Αὕτη δὲ χιῶν ἐγένεθ' ὑστερον κτίσις.

Deinceps Maronea vbi habitasse dictitant

Ciconas

Ciconas priore seculo, prope Ismarum

At ipsa postea à Chijs est condita.

Præstantissimo olim vino, vel ab Homeri tempore inclaruit; is enim Odysea. I. dicit Vlysses à Marone Euanthis filio, Apollinis Sacerdote apud Ismaron dono hoc accepisse, quod ita generosum erat vt viginti aquæ partes sustineret.

Τὸν δ' ὅτε πόνοιεν μελιθήδεα οἶνον ἐρυθρὸν,
Σὺ δέπας ἐμπλήσας ὕδατος ἀνα εἴκοσι μετρά,
Χεῦ, ὄδμη δ' ἡδεῖ ἀπὸ κρητῆρας ὀδώδει
Θεσπέσει.

*Hoc quoties biberent dulce vinum rubrum
Uno poculo impleto, aquæ viginti mensuras
Immiscuit, dulcis autem odor à cratere spirabat
Diuinus.*

Lib. xiv. Et ne quis hoc fabulosum aut Poëticum figmentum putet; audiat
cap. iiii. Plinium, vino antiquissima claritas Maroneo est, in Thraciæ maritima parte, vt auctor est Homerus, neque enim fabulosa, aut de origine varie prodita confectamur, præterquam Aristæum primum omnium in eadem gente mel miscuisse vino, suauitate præcipua vtriusque naturæ sponte prouenientis. Maroneum vicies tanto addito aquæ miscendum Homerus prodidit: durat etiam vis eadem in terra generi, vigorque indomitus. quippe cum Mutianus ter Consul, ex his qui nuperrimè prodidere, sextarios singulos octonis aquæ misceri compererit, præsens in eo tractu, esse autem colore nigro, odoratum, vetustate pinguescere.

Macedoniæ olim Regibus subdita erat, sed debellato ad Cynoscephalos Philippo, & pace cum illo firmata P. R. iussit vt rex præsidia ex Maronæa, & plerisque alijs Thraciæ locis deduceret, quod cum male illum haberet, iram omnem in Maronitas innoxios effudit, qui Cassandri opera noctu Thraces in urbem immisit atque ingentem Maronitarum cædem edidit. P. R. factum hoc Philippi tulit iniquo animo, quare Cassandrum Romam euocauit, ad dicendam causam; sed à Rege in itinere veneno sublatus est, ne arcana Imperij proderet.

I. Bacchus est capite hedera coronato cum inscriptione ΣΩΤΗΡΟΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ, Sospitis vel seruatoris Bacchi, ita enim illum cognominantur Græci quoniam eos in Mysia seruasset, cum ibi grassaretur Telephus, & vitem illi obiecisset. Pausanias refert in Corinthiacis prope Leruam in nemore conspici simulachrum Bacchi σωτήρ sedens: Ab auersa parte Bacchus est stans in curru hedera coronatus, qui pateram videtur manu gestare, currum Tygris aut Lynx trahit vtrumque enim animal illi sacrum de Tygride. Staius lib. vii Theb.

*Errabant geminæ Dircea ad mœnia Tygres
Mite iugum, belli quondam vastator Eoi
Currus, Erythræis nuper quas victor ab oris*

Liber,

Liber, in Aonios meritas demiserat agros

De Lyncibus vero Ouidius IV Metamorph.

— *tu byagum pictis insignia franis*

Colla primis Lyncum.

Interdum & Pantheras illi adesse fingunt Poëtæ idem III. Metam.

Quem circa Tigres, simulachraqù inania Lyncum

Pictarumque iacent fera corpora Pantherarum.

Cur vero hæc Baccho tribuuntur animalia, in caussa est, vel quod vinum sæpe homines rixosos, sæuosquè instar Tigridis aut Pantheræ

reddit, alij quod feros homines vinum emollit, & mansuetos efficiat. nonnulli verò in memoriam triumphi quem de Indis primum Bacchus duxit. Adest & caper, qui Baccho solet immolari quod vitibus infestus sit, Virgilius lib. III. Georg.

Non aliam ob caussam Baccho caper omnibus aris

Ceditur.

Adest & Satyrus, qui manu Tympanum gerit, nam licet in sacris Cybelis potissimum hoc adhiberent, non abfuisse tamen à Bacchi sacris docet Catullus, in Epithalamio Thetides & Pelei.

Plangebant alij proceris Tympana palmis,

Aut tereti tenues timitus ære ciebant

Et Ouidius IIII. Metamorph.

Quacumque ingrederis, clamor iuuenilis & vna

Femineæ voces, impulsaque tympana palmis

Concauaque æra sonant.

II. Bacchus pariter coronato capite, ab auersa parte idem Deus nudus, cum Botro in dextra, in sinistra Thyrsus cum pelle quadam videtur gestare, quæ interdum Hinnuli aut Nebridis, & aliquando Tigridis. de Nebride Stadius I. Achilleides,

Vt vero à tereti demisit Nebrida collo

Claudianus lib. I. de rapta Proserpinæ, Tigridis exuuias illi adscribit.

— *Lætus simul procedit Iacchus*

Crinali florens hedera, quem Parthica velat

Tigris, & auratos in nodum colligit vngues,

Ebria Meonijs firmat vestigia Thyrsis.

III. Philippus Rex cum inscriptione ΜΑΡΩΝΕΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ quid illud νεωκορῶν, mihi non liquet, scio νεωκόρῳ Aedituum esse, & cui cura incumbit templum ab immundicie purgare. Hysichius, νεωκό-

ρῳ ὁ πὼν ναδὸν κωσµῶν, πύτυ σαίρειν ἔλεγον. Sed cur Aedituis, publicus in regio nomismate honor, vt videre est infra inter Alexandri magni nomismata. Goltzius exponit νεωκορῶν quando vrbs aliqua nouis colonis est repopulata sic in Augusti nummo κνωσίων δις νεωκορῶν, secundo repopulatorum. Antonius vero Augustinus omnis Antiquitatis

peritissimus Dialogo v. putat hoc idem esse cum illo quod in Ro- A
manis nomismatibus frequenter occurrit. *Deuotus Nummi Maie-*
statisque eius. sed quo fundamento eius opinio innitatur haecenus non
perspicio.

In aduersa nummi parte Muliebris vultus Bacchi in morem ornata
ΔΙΝΥΣΟΣ ΣΩΤΗΡ. deprauate pro ΔΙΟΥΣΗΘ, seu dionysius sospes
vel seruator.

X E P P O N H Σ Ι Ω N .

C H E R R O N E S V S .

B

*Miltiades Isthmam Cherronesi muro circumdedit. Coloniam
Atheniensium deducit. Protepolai delu-*
brum Hecuba tumulus.

C H E R R O N E S V S vel Chersonesus terra est, insulae in modum
pelago circumdata, vno tantum angustoque spacio, quod
Isthmum vocant, continenti adhærens, vnde Peninsula latinis dici-
tur. Hysichius vero χερρόνησια γῆ. ἢ ἐκδεξιῶν καὶ ἀριστερῶν ἔχουσα θάλασσαν, C
terra quæ dextra sinistraque mari allicitur. quatuor autem nobiliores pas-
sim memorantur, Taurica, quæ circa Mœotidem paludem est; Cim-
brica quæ in Dania est, Aurea quæ in Asia, & Thracica de qua nobis
sermo; cuius situs vndiquè in Hellespontum vergit, nisi qua continen-
tem spectat, vbi exiguo Isthmo, quæ quadraginta tantum stadia com-
plectitur, mare excludit: Hunc Isthmum Miltiades Atheniensis, euo-
catus à Dolencis Thraciæ populis, vt illos contra vicinos Absynthios
tutaretur, ab vrbe Cardia, Pactyam vsque muro conclusit, vnde ab
auctoribus Examilum vocatur, postea vero Græcis μακρὸν τείχος, seu
longus murus dictus. Refert Herodotus in Erato, Therronesi Incolas
Dolencos, bello vexatos ab Absynthijs, Delphos misisse consultum
super belli euentum, quibus Pythia respondit, vt coloniæ deducendæ D
in suam terram auctorem asciscerent qui primus templo abeuntes hos-
pitio excepissent; Dolonci sacram viam ingressi per Phocenses &
Bœotios iter fecerunt, à quorum nemine inuitati, Athenas diuerte-
runt. Miltiades Cypsoi, F. ab Aeaco & Aegina oriundus, cerneus
Doloncos pretereuntes, & peregrinos ex ornatu telisque indi-
cans, obtulit illis hospitium, qui oraculum ei aperientes, preca-
ti sunt vt Deo obsequeretur. Ille pertæsus Pisistrati Tyrannidis, pro-
tinus Delphos contulit se, consulturus oraculum, nunquid Dolon- E
cis morem gereret. annuente Pythia, cum Doloncis nauigauit,
assumptis Atheniensium plerisque, qui sponte expeditionem hanc
subire parati erant. qui postquam eo venit à Doloncis Tyran-
nus creatus est, & Coloniam Atheniensium deduxit ob multa
autem

A autem Cherronefus memorabilis, in ea enim Aegos-Potamos, quo in loco Anaxagoras, casuros ex cælo lapides prædixerat; hic etiam classem Atticam Lyfander Lacedæmonius fregit, & postea Athenas victor occupavit. Sestus hic vrbs, quæ Abydo obiacet, Herûs & Leandri infaultis amoribus nota; sed lubet Pomponij Melæ verbis reliqua describere.

Est hæc regio in qua Persarum exercitus, diuisas spacio pelagoque terras ausus pontibus iungere, (mirum atque ingens facinus) ex Asia in Græciam pedes, & non nauigata maria transgressus est. Sunt Protefilai ossa consecrata delubro; est & portus Cælos, Atheniensibus & Lacedæmonijs nauali acie decernentibus, Laconicæ classis signatus excidio. Est & κυνόσκηνα, tumulus Hecubæ, siue ex figura canis in quam conuersa traditur, siue ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto. Erat etiam vrbs eiusdem nominis Atheniensium tributaria, frumenti imprimis ferax, vt auctor est Suidas. Auctor est Xenophon lib. III. Rerum Græcarum, Dercyllidam Lacedæmoniorum ducem contra Thracum irruptiones Isthmum muro iterum clausisse.

C Nihil peculiare in nummis his. nisi quod prior in Herculis honorem cufus sit.

Λ Υ Σ Ι Μ Α Χ Ε Ω Ν .

L I S Y M A C H I A .

Lysimachia condita ubi olim Cardia. unde dicta Cardia.

Terræ motu subuersa Lysimachia. Ab Antiocho restaurata.

D **I**N Thraciæ Cherroneso sita olim Lysimachia, quam Thracum rex Lysimachus inuictæ virtutis inter Alexandri Duces, condidit. Stephanus Cardiam olim vocatam fuisse dicit Plinius videtur innuere ex Pactya & Cardia, diuersis vrbibus, vnam Lysimachiam factam. *Illustrant duæ vrbes utrinque littora, quæ haud dissimili modo tenuere, Pactiæ à Propontide, Cardia à Melanæ sinu: hæc ex facie loci nomine accepto, utraqûe comprehensæ postea Lysimachia quinque millibus passuum à longis muris. Sed si Pactia in ora est Propontidis, Cardia verò in Melanesium, vt auctor indicat, & Solinus docet; quomodo ex distans tanto interuallo duabus vrbibus, vnica facta est Lysimachia? Certum est eo loci quo Cardia olim fuit, Lysimachiam postea conditam fuisse, quod & Pausanias in Atticis præter Stephanum docet, Euerfa Cardia, eius loco in Isthmo Thraciæ Cherronesi conditam Lysimachiam; quamuis etiam dici posset Pactyæ incolas & Cardia*

vnam communemque urbem habitasse vt sæpe factum ab antiquis A videmus, in Nicopoli Ambracia, & Megalopoli. Dicta autem erat Cardia, vel quod Cordis speciem locus ipse præberet, vel quod sacra faciente Hermochare, cor victimæ raptum à coruo huc delatum fuit, vnde nomen inditum, Stephanus *Καρδία πόλις τῆς ἐν θρακῇ χερρόνησον. ἑρμοχάρου δὲ τοῦ κτίσας θύοντι, κόρρακα τὴν καρδίαν ἀρπάσσοντα, καὶ ἀναπτάντα εἰς τὸνδε τὸν χώρον ἀφ᾿εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο ἕτως ἐκλήθη.* Lysimachia autem XXI post annos, quam condita fuit, ingenti terræmotu qui Hellepontum & Cherronesi regiones vexauit, euersa est, viuentē adhuc conditore suo. quod portentum dira Lysimacho, stirpique eius, ac ruinam regni, cum clade vexatarum regionum, portendere vates canebant, nec ostentis fides defuit. B vt suo loco dicemus. Instaurata postea, denuò repentino Thracum impetu direpta & incensa fuit, & ab Antiocho magno paucos post annos restaurata. Liuius lib. XLIII. *Lysimachiam inde omnibus simul naualibus, terrestribusque copijs venit, quam cum desertam ac stradam prope ruinis inuenisset. (cæperant autem direptamque incenderant Thracæ paucis ante annis) cupido eum restituendi nobilem urbem, & loco sitam opportuno cepit. itaque omni cura simul est aggressus tecta murosque restituere, & partim redimere seruiētes Lysimachienses, partim fuga sparsos per Hellepontum, Cherronesumque conquirere, contrahereque, partim novos colonos, spe commodorum proposita adscribere, & omnimodo frequentare.* A Gallis etiam fraude capta fuit, quo tempore Cherronesum Thraciæque maiorem partem occuparunt.

Nummus Lysimachi regis, fundatoris urbis, capite ornato diademate & cornibus arietinis, quod ab Alexandri magni tempore, Macedonum Regum insigne erat, de quo fusius infra dicendum. Aversa parte Mineræ effigies cum victoriola in memoriam alicuius victoriæ, cum inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. & infra ΑΥΣΙΜΑΧΕΩΝ.

Π Ε Ρ Ι Ν Θ Ι Ο Ν . D

P E R I N T H V S .

Heraclea cognominata. Samiorum Colonia, à Megabyro capta frustra à Philippo obsidetur. Byzantium Perinthijs à Seuero Imperatore in seruitutem traditur. Thracæ peculiariter, Martem, Liberrum, & Dianam colunt. E

CONDITAM Perinthum ab Epidaurio Perintho, Orestis comilitone, refert Stephanus Byzantinus. Sed differunt ab illo Ioannes

A Ioannes Tzetzes qui Hist. Chiliadum. IIII dicit Herculem deuictis Mydone & Amyco Bebrycum regulis, Lyco Myso regionem donasse, qui Mygdoniam urbem, in Herculis honorem Heracleam, vocauit, quæ postea Perinthus dicta. Ammianus Marcellinus lib. XXI. ab Hercule conditam in Perinthis comitis sui memoriam asserit. Ptolomeus etiam Herculeam vocat. Samij vero postea huc coloniam deduxere, Marcianus Heracleotas.

——— καὶ Σαμίωv. ἀποικία
Πέρωνθ @ ἐστίν· ἐχομένη δὲ Σελίμβρια.

——— Samij colonia est.

Populi Perinthus: hæret huic Selimbria.

Nam quod Eusebius dicat Olympiade XLIII. conditam primum fuisse Perinthus, non conuenit cum temporum veritate, sed vt bene monet vir Doctus, intelligendus est, quod colonia eo deducta Samiorum tunc temporis fuit. Varias hæc vrbs clades perpeffa, nunquam tamen animos demisit, sed aduersis suis magis inclaruit. primo enim Pæones magna illam calamitate affecerunt. Postquam verò Darius Schytarum manibus elapsus, in Cherronesum peruenit, relicto ibi

C Megabyzo cum exercitu, ipse in Asiam pudore plenus reuersus est. Megabyzi impetum prima excepit Perinthus, quæ licet summa animi fortitudine pro libertate sua pugnaret, multitudine tamen copiarum oppressa, Megabyzo dedita fuit; qua capta vniuersa Thracia sub Persarum imperium venit, sed deuictis Persis in Græcia, etiam Thracia eiecti fuerunt, ac Perinthus pristinas iterum vires collegit. Florentibus vero Macedonum rebus, Philippus illam aggressus est, quod Atheniensium rebus studeret. magnis itaque copijs urbem obsedit, ad xxx enim millia sub signis habuisse, auctor est Diodorus Siculus; telorum vero, machinarumque expugnandis urbibus aptarum numerum immen-

Herod: in
Thepsif-
chore.

D sum, sed Perinthij egregia virtute patriæ libertatem defendebant, & cum arietum continuo impulsu magnam murorum partem Macedones demoliti essent; Perinthij continuo nouum obiecere, natura etiam loci egregiè illos adiuuante, nam cum Perinthus ad mare sita sit, in edito Peninsulæ iugo, ædes inter se confertas & altitudine conspicuas habebat, nam aliæ identidem alias pro collis ac diuitate supererminent, forumque vrbs Theatri quandam similitudinem referebat, quare licet mœnia prostrata essent, munimentis tamen non carebant angiportis enim obstructis, superiores subinde domos loco muri insidebant, & acerrime pro aris & focis contra Philippum pugnabant, donec tandem Atheniensium aliorumque interuentu, Philippus obsidionem soluit. postea vero in Philippi Macedonum regis penultimi maius peruenit, sed pace inter illum & Romanos firmata, Perinthij pristinae libertati restituti fuerunt. Sub Seuero autem Imperatore, tanta illis fœlicitas affulsit vt captum Byzantium illis

Suidas.

numeri datum sit, & in seruitutem ab Imperatore traditum, sicut Antiorhea Laodicensibus.

I. Apollo videtur cum ramo Lauri, cuius Lyra ab auersa parte est.

II. Ab vna parte Bacchus ab altera Hercules; Bacchus quidem quoniam teste Herodoto Thraces tantum colebant Liberum, Martem, & Dianam. Hercules verò quia vrbis eius conditor.

B Y Z A N T I O N :

B I Z A N T I V M .

B

Byzas Argonautarum tempore vixit, eius vxor Phidalea. Megarensium Colonia sustini hallucinatio. Ante Pausaniam condita. Antonina dicta. vberissima piscatura. Philippi conatus spreuit. Romanis fida. triennio à Severo obsessa, & demum euersa. Gallieni laudabile facinus. à Constantino ornata. mirandæ Byzantinorum turres. signis abundabat. Diana Orrhosis.

VENTVM est ad summum non solum Græciæ, sed & Europæ decus, si Romam excipias, Byzantium: quare si eius originem, incrementa, & occasum paulo accuratius explorauero, nemo mihi id vitio vertet, cum & ignobilis alicuius vrbis incunabula diligentius perscrutari non inutile ducimus. Condita fuit Regia hæc vrbs, teste Eusebio circa tempora Tulli Hostilij, Olympiade trigesima, Diodorus vero Siculus ad Argonautarum tempora principium eius refert. dicit enim Argonautas ad Ostia Ponti delatos, nauim telluri applicuisse, cui tum Byzas imperabat, à quo Byzantio nomen inditum. Velleius Paterculus Milesiorum coloniam, Ammianus vero Marcellinus Atticorum fuisse tradunt, Stephanus Byzantinus eius originem ad Byzantem refert.

Ὅπως ἐπίση δὲ τὸ Βύζαντι τῆς Κερόεσης, τῆς Ἰώως θυγατρὸς, καὶ Ποσειδῶν, ἢ ὅτι τοῦ σόλου τῆς βύζης ἦν Ἡγεμῶν.

Condita à Byzante, qui ex filia Ius Ceroessa & Neptuno natus fuit, aut quod expeditionis dux Byzes fuerit.

Claudianus idem lib: III. in Eutropium innuit.

— quod tertius vrbis

Conditor. hoc Byzas Constantinusque videbunt?

Michaël vero Glycas, Byzem Thraciæ regem conditorem Byzantij facit. Huius autem Byzantis vxor dicitur fuisse Phidalæa vt ex lib. iv Anthologiæ colligere possumus.

Τὸν κρατερὸν Βύζαντι, καὶ ἡμερτὴν Φιδαλείαν
Εἰν ἐνὶ κοσμήσας ἀνθετο Καλλιᾶδης.

Magnani-

C

D

E

A *Magnanimum Byzantem cum grata Phidalea
Erexit Iunctis Calliades statuis.*

A Megarenfibus certum est coloniam huc miffam duce Byzante qui urbem condidit. Marcianus.

— Ε'χομένη η Σηλονβεία
Ην οι Μεγαρεῖς κτίζουσι πρην Βυζαντίου
Εξῆς Μεγαρέων ευτυχῶν Βυζάντιον.

— *hæret huic Selymbria,
Hancque Megarenfes condiderunt, antequam
Byzantium, felicium quod oppidum.*

Alludit enim Poëta ad oraculum, quo admoniti fuerunt Megarenfes vt hoc in loco urbem conderent, de quo infra.

Iuftinus verò lib. IX à Pausania Lacedæmoniorum Rege conditam dicit, & per VII. annos poffeffam, deinde variante fortuna nunc Lacedæmoniorum nunc Athenienfium iuris habitam. Sed in manifefto errore, fi quidem ante Xerxis aduentum multo tempore erat Byzantium conditum, imo Thucydides refert Pausaniam cum focijs Athenienfibus, occupatum à Perfis Byzantium expugnaffe. quare non potuit eius conditor Pausanias fuiſſe, fed probabile eſt coloniam illum forte Byzantium deduxiſſe. Iſidorus nescio quid de urbis Etymo aſſerit. *Hæc Lib. xv.
condita primum à Pausania Spartanorum rege, & vocata Byzantium, vel
quod tantum pateat inter Hadriaticum mare & Propontidem, vel quod fit
receptaculum terræ marisque copijs: fed nihil hæc ad Bacchum.*

Olim etiam dictum fuit Lygos, teſte Plinio & Solino poſtea & Antonina, in honorem Antonini Caracallæ, auctore Eufſathio in Dionyſium Alexandrinum, vnde in antiquis nummis ANTONINEINIA BYZANTIΩN ΣΕΒΑΣΤΑ. *Antoninia Byzantinorum Auguſta; à Conſtantino vero Magno Conſtantinopolis & Noua Roma vocata.*

D Situm erat Bizantium in arctiſſimo inter Europam Afiamque diuortio, in promontorio Chryſoceras dicto, loco adeo commodo vt à natura ad imperium Afie Europæque electus videatur, adeo autem compendioſus breuiſque hinc in Afiam traiectus, vt Europæ, pene coniuncta videatur. Ponti vero Euxini faucibus ita imminet, vt inuitis Byzantijs, nemo neque intrare, aut exire Pontum queat. habet etiam Propontidem, ſeu Aegæum mare adeo vicinum, vt non immerito Ouidius dixerit, vtriuſque maris eſſe oſtium. *Lib. i. Træſtiam.*

*Quæque tenet Ponti Byzantia littora fauces;
Hic locus eſt gemini ianua vâſta maris.*

E Agrum vero colebant foelicem fertilemque imprimis, fed Thracum, aliorumque Barbarorum nimia vicinitas, non patiebatur illos foelicitate ſua frui, cum frequenter & improuiſo illorum agros vrent infefſtis populationibus. Quibus de cauſis Prudentiſſimus ſcri-

ptorum Polybius, refert illos Tantaleo supplicio affici, nam cum a- A
grum colant perbeatum, postquam magnis laboribus eum excolue-
runt, Barbari illorum fructus partim perdunt, partim, diripiunt. Sed
agtorum hanc calamitatem maris commoda longè restaurant, nam
præter commerciorum oportunitatem piscium vis ingens, ad eorum
littora defertur, quæ vectigalia eorum mirum in modum augent;
Thynni enim alijque pisces ex Euxino Ponto in Propontidem illati,
vbi Chalcedonenselittus incurrere, territi candicante saxo, quod ex
vndis emicat, semper aduersum Byzantij Promontorium, ex eacausa
Auricorum aut Chrysoceas appellatum, præcipiti petunt agmine. ita- B
que omnis captura est Byzantij magna, Chalcedonis penuria. Hoc
erat, quod Oraculum Megarensibus per ambages indicauerat, consu-
lentibus super vrbis Situ, quærent sedem Cæcorum terris aduersam,
quo dicto Chalcedonij monstrabantur quod priores illuc aduecti,
præuisa locorum vtilitate, peiora elegissent. ex vberi vero hac piscatu-
ra, quæstuosi primum & opulenti euasere; & magna incrementa ex
Ponticis commercijs vrbi accesserunt, vt non immerito ab oraculo
ipsis prædictum sit.

Ολβίοι οἱ κείνην πόλιν ἄνερες οἰκήσασι,
Ἀκτῆς θρηκίης ὠγρόν περὶ ἄκρον ἕμμα Ποντῆ,
ἐνθ' ἰχθῦς, ἑλαφός τε νομὸν βοσκᾶσι πᾶν αὐτὸν.

*Fœlices illam qui cingent mœnibus urbem
Littorea iuxta Thracis liquida ostia Ponti,
Piscis vbi & cerui pascuntur pascuo eodem.*

Herod.
lib. vi.

Aduersam tamen sæpe fortunam experta fuit: nam præterquam quod
assidua illis cum Thracibus certamina, qui vicinæ vrbis incrementis
inuidebant, à Darij classe occupatâ fuit, diffugientibus primo incolis,
vna cum Chalcedonijs, quibus non placuit euentum belli præstolari, D
sed relictis patrijs sedibus, in penitiora loca Ponti Euxini recesserunt,
ibique urbem Mesambriam condiderunt postquam vero ex Græcia
Xerxes aufugit, Lacedæmonij & Athenienses duce Pausania eiectis
barbaris Byzantium occuparunt. Sed gliscentibus inter vtrosque o-
dijs, nunc ab his nunc ab illis possessa fuit, quæ incerta possessio effe-
cit, vt nemine quasi suum defendente, in libertatem paulatim se erex-
erit, & summa constantia illam defenderit; quod aduersus Philip-
pum Macedonum Regem egregiè ostendit, nam quamuis summis vi-
ribus ab illo obsessâ, omnes tamen eius conatus elusit. A Gallis vero
(qui duce Comontorio cum Brenno, Patria excefferant, defuncti pe- E
riculis apud Delphos, circa Byzantium sedes fixerant) magnopere il-
lorum fortunæ afflictæ fuerunt, adeo vt octuaginta Talenta annua il-
lis pendere cogerentur, vt agrorum vastitatem redimerent, donec à
Thracibus debellati funditus illorum nomen delerum fuit.

Polybius
lib. iv.

Euerso vero Macedonum regno, Romanorum nomen enixè co-
luit,

A luit, quod aduersus Pseudophilippum primo ostendit, deinde aduersus Antiochum; Mithridatico vero bello, Lucullo, Syllæ, & Pompeio fidelem operam nauauit, vnde magnis beneficijs à P. R; affecta, & inter liberæ conditionis vrbes annumerata. Vnde Cicero oratione de Prouincijs Consularibus, Romano imperio fidelissimam, & liberam ciuitatem vocat. mox tamen à Vespasiano Augusto libertas illis ablata. Deinde cum turbato Imperio Romano, intestinis discordijs, Pescemini Nigri partibus fauisset, ab Imp. Seuero terra marique obsidione graui pressa, post triennium cogente fame, & absumpta omni annona, *Trebellius Pollio.*

B in Seueri tandem potestatem deuenit. qui urbem penitus euertit, & Perinthijs in seruitutem concessit. Sed placato tandem Seuero, & Antonino intercedente Byzantijs antiqua iura restituta sunt. Sub Gallieno vero ita à militibus vrbs vastata fuit, vt prorsus nemo superesset, denique nulla vetus familia apud Byzantios reperitur, nisi si quispiam peregrinatione, vel militia occupatus euasit, qui antiquitatem generis nobilitatemque representet. Gallienus, militari hoc scelere exasperatus, Byzantium venit receptusque in urbem contra spem suam; milites omnes armatorum corona circumdatos, contra iusiurandum præstitum intererunt, mox vero Cleodamo & Athenæo Byzantijs muniendi Urbis curam dedit, contra barbarorum irruptiones, qui etiam Schyrtas circa Pontum debellarunt.

Bello deinde quod inter Licinium Cæsarem & Magnum Constantinum excitatum est, post clades aliquot Licinius Byzantium aufugit, atque ibi à Constantino summis viribus est oppugnatus, sed murorum firmitas, facile conatus eius omnes contempsit, neque vnquam in Constantini manus deuenisset, nisi Licinij morte audita (is enim deserto Byzantio in Asiam aufugerat, vt bellum maioribus viribus renouaret) tunc enim milites se urbemque sponte illi tradiderunt. Compositis inde intestinis externisque bellis, cum statuisset nouam urbem non inferiorem Romana condere, atque sedem imperij ibidem figere, locum inter Troadem & antiquum Ilium aptissimum elegit, sed murorum iam parte excitata, operis illum pœnituit, quare relicto Ilio, Byzantium omnes curas transtulit, seu diuino somnio monitus, seu quod Aquilæ regulares funiculos Architectorum, aliquoties abreptos Byzantium detulissent; perspecto itaque commodissimo eius situ, fatalem ibidem Imperiorum sedem constituit; & dilatato pomærio, ampliore mœnium circuitu illam construxit, & varijs vndique conquisitis signis, monumentisque adeo illam exornauit, vt iure Noua Roma diceretur, atque in eius honorem mox Constantinopolis dicta. cum prius illam sollennibus sacris V. Idus Maij Deiparæ Virgini dedicasset, sed de admirandis Constantini operibus, vrbsque varijs ornamentis, nihil hoc loco dicturus. Sufficit enim Petri Gyllij viri Doctissimi hac de vrbe liber, qui omnium sitim solus potest extinguere.

Habebat

Habebat autem muros validissimos, qui ex magnis quadratisque A lapidibus constabant, tanta operis concinnitate, adeoque tenuibus commissuris constructus erat, ut ex vno perpetuoque saxo constare videretur, adeo vero latus, ut quis supra illam commode deambulare posset, cuius ruinas cum quis intueretur, ut inquit Herodianus, mirabatur vel eorum artificium, qui primi illos construxissent, vel illorum vires, qui eos demoliti fuerant; unde Pausanias, Byzantinorum Rhodiorumque muros, longe omnium firmissimos dicit, quos videre contingit, exceptis Messeniorum, qui Peloponnesum incolunt. Turres etiam septem habebat à Portis Thracijs ædificatas, teste Dione, tanta B arte, ut si quis in prima turri vocem emisisset, aut lapidem in illam coniecisset, tale in illa erat artificium, ut is statim sonus, ad secundam indeque ad tertiam, atque ita ad omnes perferebatur, reliquæ tamen turres per se non erant vocales, nec voces acceptas multiplicabant.

Lib. xxxvi
Cap. xv. Sed hoc Plinius Cyzico non Byzantio adscribit. *Eadem in urbe iuxta portam quæ Thracia vocabatur, turres septem, acceptas voces numerosiore percussu, multiplicant; nomenque huic miraculo, Echo est à Græcis datum, & hoc quidem natura locorum euenit, & plerumquæ Conuallium, ibi casu accidit.* Suidas etiam has turres, Byzantij fuisse versus mare dicit. Quam vero C antiquis signis ornata fuerit hæc vrbs, vnus Ciceronis locus docebit, oratione de prouincijs Consularibus. *Ipsam vero urbem Byzantinorum fuisse refertissimam atque ornatissimam quis ignorat? quæ illi exhausti sumptibus bellorum maximis, cum Mithridaticos impetus, totumque Pontum armatum efferuescentem in Asiam, atque erumpentem, agrè repulsum & cervicibus interclusum suis sustinerent, tum, inquam, Byzantij, & postea signa illa & reliqua orbis ornamenta sanctissimè custodita tenuerunt, te Imperatore infelicissimo, & teterrimo, Cæsonine Cluenti, ciuitas libera, & proximis suis beneficijs, & Senatu & à Populo Romano liberata; sic spoliata & multata est, ut (nisi Virginius legatus vir fortis & innocens interuenisset) vnum signum Byzantij ex maximo numero nullum haberent.* Vides hic maximum signorum numerum fuisse, & quàm sanctè ab illis manu abstinerent, vel in maximis ærarij difficultatibus. Sed pressi obsidione à Seueri militibus pleraque hæc pulcherrimæ vrbs ornamenta, dum animose patriam defendunt, in hostes temere subeuntes proiecere, cum enim telorum materia illos deficeret, & hostes murum audacius inuaderent, lapides ex Theatri, & equos ex ære, statuasque æneas integras, ceperunt iacere, teste Dione.

Hæc vrbs cum Orientalis imperij caput esset, paulatim carpentibus Ottomannis eius vires, tandem anno M CCCCLIII. IV Kalendas E Iunij à Mahomete Turcarum Rege, post quatuor & quinquaginta dierum oppugnationem occupatur; Constantino Palæologo Imper. in pugna occiso. Obseruant auctores, urbem hanc Constantini Magni auspicijs fundatam, & ad maximam claritatem peruenisse, eandemque sub

A que sub Constantino Palæologo expugnatam, & imperium Orientis amissum. quemadmodum & Romanum Imperium in Occidente, Augusto Cæsari initia sua debebat, in Augustulo etiam extinctum fuit. Duo priores nummi in Bacchi honorem expressi, in priore enim Bacchus cum vva: botro, in altero cantharus, & Botrus. nam supra diximus Thracas peculiariter Bacchum venerari. Herodotus etiam in Melpomene dicit Delubrum eius Dei hic fuisse. Certum est incolas ut vinosos, & οἰνόπλυγας à Poëtis passim traduci.

B III. Byzantis herois *ωστρομη*, galeato capite, Byzantij Conditoris a quo Philostratus Marcum Sophistam Byzantium genus ducere prædicat. naus vero prora in aduersa parte. denotat illum naue huc aduectum, non secus atque in antiquis Romanis nomismatibus ab vna parte Ianium Bifrontem, ab altera nauem videmus.

C IIII. Diana est cum Pharetra & arcu, & illa erat inter peculiaria Thracum Numina, ut ex Herodoto supra diximus. templum hic erat Dianæ Orthosiæ. idem auctor in Melpomene. *His postea Cippis, (quos Darius circa Bosphorum erexerat) Byzantij in urbem suam translatis, vbi sunt ad aram Dianæ Orthosiæ preter vnum lapidem, qui iuxta Bacchi delubrum eadem urbe relictus est, litteris Assyrijs opletus.* dicta autem est. Orthosia *ἀπὸ τὸ ὀρθῶν seu subleuando*, quod puerperas subleuet, & parientibus opem ferat. Dionysius vero Byzantinus apud Petrum Gellium, dicit hic fuisse templum Dianæ luciferæ; in auersa nummi parte Dianæ signum, semiluna cum stella.

D V. Neptunus cum Tridente & promissa barba, ab altera delphin est Tridenti implicitus & merito; quoniam Byzantis illorum conditoris pater fuit Neptunus. tum etiam quod maris domini sunt Byzantini, nam tanta illis naualium copiarum erat potentia, ut quingentas naues illos habuisse, auctor est ex Dione Xiphilinus.

Θ Ε Ρ Ν Α Ι Ω Ν .

T H E R N A .

E INTER Thraciæ vrbes, Thernam Stephanus Byzantinus enumerat, apud cæteros scriptores autem de illa silentium. Nummus Apollinem sedentem cum Lyra qui orbem manu gestat, ab altera parte, idem Deus radiate capite.

Α Π Ο -

Α Π Ο Λ Λ Ο Ν Ι Ε Ω Ν .

A P O L L O N I A .

Ante Cyri regnum L. annis condita à Milesijs . Apollinis Colossus Capitolinus . Guillelmi de Choab hallucinatio . Gratia olim vestibus induta . Seneca locus egregius .

AD Pontum Euxinum sita est Apollonia, quæ nobilitati paucis quondam cessit, Strabo Milesiorum coloniam, Stephanus vero Milesiorum & Rhodiorum dicit fuisse . Marcianus etiam, A Milesijs conditam dicit quinquaginta annos ante Cyrum.

Μεθ' ἣν πόλις ἔστιν ὄνομα Ἀπολλωνία,
Ταύτην δὲ πρῶτον ἔπει πενήκοντα πᾶ
κτίσσει τῆς Κύρου βασιλείας τὴν πόλιν,
Εἰς τοὺς τόπους ἐλθόντες οἱ μιλῆσιοι .

*Post ciuitas conterminaque Apollonia est
Et quinques annis decem ante Maximi
Cyri regimen, hoc condiderunt oppidum
Milesij cum ad hæc penetrassent loca .*

Ouidius i. Tristium, Apollinis urbem vocat .

*Thynniacosque sinus: Ἐ ab his Apollinis urbem
Alta sub Anchiali mœnia fixat iter .*

Pomponius Mela, magnam vocat . Atque vbi Pontus alterum sui flexum angulo finit, Magna Apollonia . vrbi vicinum erat templum nobile, in quo insignis Apollinis Colossus, Calamidis nobilis statuarij opus, quem Lucullus abstulit & in Capitolio dedicauit . Plinius ex insula Apollonitarum quæ LXXX. M. P. abest à Bosphoro Thracio citra Istrum, Lucillum, Capitolinum Apollinem anexisse testatur, sed Strabo hunc nodum soluit . Apollonia Milesiorum colonia, cuius maior muri portio quadam in exili condita est insula, vbi Apollinis est Sacellum, quo ex loco M. Lucullus Colossum extulit & in Capitolio dedicauit.

Itaque insula hæc exigua vrbi erat coniuncta muro, adeoque verum & ex ipsa vrbe ablatum Colossus, & ex ipsa Insula. qualis autem hic Colossus fuerit, Plinius docet lib. xxxiv cap. vii Talis est in Capitolio Apollo translatus, à M. Lucullo ex Apollonia Ponti vrbe xxx. cubitorum, CL. talentus factus, vetustiores codices quingentis legunt urbem hanc à M. Lucullo euersam, auctor est Eutropius, cuius olim Colonia fuit Anchiala, quæ non procul ab illa distabat, & ipsa quoque Apollonia dicta Strabone teste.

I. Apollo est cum corona laurea cum inscriptione ΑΤΣΩΝ auersa vero

A vero parte tres virgines conspiciuntur choreas agere, circa foculum. & infra ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ. Vir doctus, Guillelmus du Choul, libro de veteri Romanorum religione, credit Bacchi caput hoc esse, & nomen Λύσων, Dei esse cognomen; virgines illas saltantes Bacchantes esse, quæ Dionysio munus offerunt, Hoc enim Διονυσόδωρος significare credit. Doleo viro docto hasce nugas excidisse, nusquam enim est Bacchi hic effigies, non hedera, non pampinis coronatum caput, nec Græcis dicitur Λύσων, quem Latini liberum vocant, sed Λύσις, vel Λυαίς. παρὰ τὸ λύω quod est soluo. Ita enim primum à Thebanis vocatus fuit, quoniam

B nam captos à Thracibus Thebanos cum circa Haliartiam, abducerentur, illos soluit, siquidem immisso somno Thebanis dedit Thracas occidendos. Qua de causa templum Lysij erat iuxta portam Proctidem prope Theatrum. Λύσων vero quid sibi velit, nisi proprium viri alicuius nomen sit, profus ignoro.

Pausan. in
Bœoticis.

Pari modo non sunt Bacchantes tres illæ puellæ saltantes, circa foculum: non enim Thyrsos habent, nec Tigridis pelle, aut Nebridis ornata, ut supra diximus, adde dictionem hanc Διονυσόδωρος nomen esse proprium viri, sic apud Polybium Dionysidorus Attali regis nauarchus est, & alibi non semel proprium hoc nomen legitur: nec vilo modo potest significare *Dionysio munus*, ut sibi frustra De Choul persuadet; tum enim scribendum esset Διονυσίω δῶρον. Sed, amabo, quodnam munus Dionysio ferent saltantes manibus vacuis? quid ergo dicam sibi velle tres illas puellas? si probabili coniecturæ locus sit, dicam tres esse Grantias vel Charites; quas plerique poëtarum tres esse finxerunt, Iouis & Eurynomes filias, vel Bacchi & Veneris, ut quidam; Aglaiam nempe, Euphrosynem, & Thaliā. Scio Lacedæmonios duas tantum coluisse, Clitam & Phaenam, Taygetæ & Lacedæmonis filias. Athenienses vero Auxonem, & Hegemonem tantum norant; sed vsus Hesiodi tres supra dictas puellas agnoscit, quales forte hoc nomismate expressas videmus, manibus implexis & choreas ducentes. Ita est, sed poëta passim, & pictores, nudas illas pinxerunt. Horatius.

Lib. IV.
Car. Oda
VII.

*Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus, audet
Ducere nuda choros.*

Fateor passim nudas depingi, sed incertum quis huius commenti primus auctor exstitit. Pausanias in Bœoticis, quo vero auctore primum nudæ Gratiæ, aut exsculptæ fuerint, aut ad imitationem pictæ, certior nullo modo fieri potui, quandoquidem memoria auorum vestibus indutas, tum sculptores expresserunt, tum pictores. Sed lubet Senecam audire, qui omnem Gratiarum habitum, adeo graphicè lib. I. De beneficijs expressit, ut piaculum ducerem, locum hunc prætereire. Num dicam quare tres Gratiæ, & quare tres sorores sint, & quare manibus implexis, quare ridentes, iuvenes, & virgines, solutaque & pellucida veste? Alij quidem

quidem videri volunt vnā esse, quæ det beneficium, alteram quæ accipiat, tertiam quæ reddat. Alij tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium, simul & accipientium reddentiumque; sed vtrum libet ex istis iudicauerim: quid ista nos iuuat scientia? quid ille confertis manibus in se redeuntium chorus? ob hoc, quia ordo beneficij per manus transeuntis, nihilominus ad dantem reuertitur, & totius speciem perdit, si vsquam interruptus est; pulcherrimus, si cohesit & vices seruauit: ideo ridentes, quia promerentium vultus hilares sunt, quales solent esse qui dant, vel accipiunt beneficia. Iuuenes, quia non debet beneficiorum memoria senescere. quia incorrupta sunt, & sincera, & omnibus sancta, in quibus nihil esse alligati decet, nec adscripti, solutis itaque B tunicis vtuntur: pellucidis autem, quia beneficia conspici volunt. Vide an non exactè Senecæ verba nomismati nostro conueniant, vestis enim est fluxa, & vt Horatius dicit lib. I. Carm. Oda xxx.

Feruidus tecum puer, & solutis

Gratiæ zonis.

Pellucidam vero quis auderet hic negare vestem, cum membra pene exprimat.

A Γ Ε Σ Σ Ι Ω Ν.

A G E S S V S.

*Apollo Pythius. Delphinus. Laurus Apollini
sacra.*

THraciæ urbem fuisse Ageffum, ex Theopompo asserit Stephanus Byzantinus, apud ceteros scriptores ne verbum de illa.

Nummus hic ostendit Ageffi peculiariter Apollinem cultum fuisse, nam ab vna parte monstrat tripodem illi sacratum, & magnum serpentem quem sagitta petit, in memoriam scilicet Apollinis Pythij, vel vt D ab Orpheo vocatur *πυθωνίδα*, *Pythonicidæ*, factum fuit, quem ferunt immanem serpentem Pythonem sagittis interfecisse, de quo Claudianus.

Phœbeo domitus Python cum decedit arcu,

Membraque Cyrrheo fudit anhela iugo;

Qui spiris tegetet montes, hauriret hiatu

Flumina, sanguineis tingeret astra iubis.

Ab altera parte Iuuenis est imberbis, delphini insidens, vna manu hastam puram tenens, altera lauri ramum, quam videtur aræ imponere. Nisi me coniectura fallit, eundem esse Apollinem credo, qui etiam Delphinius est vocatus, quod Castalio Cretensi, coloniam ducenti, viæ se duces obtulerit, sub delphinis forma. quin & nauem eius vsque ad Crissæum Phocidis sinum præcessit, vnde locus postea Delphidictus,

A dictus, vel quod Pythona serpentem, Delphinam etiam vocatum, interfecerit; Laurum gestat, quæ Deo illi peculiariter sacrata est, in memoriam Daphnes Penei fluminis filia quæ Apollinis complexus fugiens in laurum mutata fuit. vnde Apollo apud Ouidium.

1. Metamorph.

— at quoniam coniunx mea non potes esse,
 Arbor eris certe dixit mea; semper habebunt
 Te coma, te citharæ, te nostræ laure pharetræ.

B Phornutus vero laurum illi attributam dicit, quod tractabilis, ac semper florens sit planta, ac facile quoque adurit, & ad purgationem peculiarem quandam vim habet, itaque non inscite purissimo, ac maximam vrendi vim habenti, Deo attributa est. aut fortassis nomen eius (δάφνη) quodammodo ἀπὸ τῆς ἀβαίνειν deductum, efficit vt accommoda ad vaticinium videretur.

Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ο Π Ο Λ Ι Τ Ω Ν .

D I O N Y S O P O L I S .

C *Crunos an eadem cum Dionysopoli. Diana Ephesia.*

D Dionysopolis in Ponto vrbs est, quam Plinius olim Crunos vocatam refert. Ouidius per periphrasim Bacchi urbem vocat,
 — & arces

Prætereunt dictas nomine Bacche tuas.

Stephanus. disiunctim Διονύσια πόλιν vocat. Διονύσια πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ πρὸ τῶν Κρουνοῦ, ἀπὸ τῆς τῶν ὑδάτων καταρροῆς. Dionysopolis vrbs in Ponto, quæ prius Crunos, à salientibus aquis ita dicta. Pomponius Mela, Crunos, à Dionysopoli videtur distinguere. Est portus Crunos, vrbes Dionysopolis, D Oedessus. Sed Doctissimus Pintianus scrupulum hunc tollit, leuiter mutata lectione, est portus Crunos, Dionysopolis; vrbes Oedessus. Iudicium penes lectorem sit.

E Ab vna nomismatis parte Dianæ Ephesiæ simulachrum est, nam duobus telis innitur, quæ in summitate semilunulam habent, superiori parte muliebri specie velata. In capite videtur calathum gestare, vt Serapis, inferiore vero parte terminum refert, nisi quod pedes foras emineant. Scio in aliis nomismatibus exprimi illam multis mammis, vnde Græci illam vocant πολύμαστον. De hac Ephesia Diana locus est apud Minutium Felicem. Diana alte succincta venatrix, verubus instructa,
 Ephesia mammis multis, & Triuia trinis capitibus, & multis manibus horrifca. Itaque Diana hæc telis duobus est instructa, quæ veru dicuntur. Sic enim Virgilius hac voce vtitur. lib. VII Æneidos.

Et tereti pugnant mucrone, Veruque Sabello,

Ab altera parte muliebris vultus. A
 ἹΕΡΑ ΒΟΥΛΗ sacrum consilium vel
 decretum.

II. Bacchus est Hedera coronatus, qui forte tutelare Dionysopolitamum numen, Bacchus enim & Diana inter peculiare Thraciæ Deos fuisse iam diximus. Præterquam quod ab illo nomen vrbi inditum.

T O M I T O N .

T O M I .

*Milesiorum Colonia. Absyrti Medea fratris cades hic
 perpetrata. Ouidij exilio clara.*

INter Milesiorum colonias quæ frequentes nobilesque circa Euxinum Pontum erant, non vltimi nominis occurrunt Tomi, nam Plinio auctore, Thracia altero latere à Pontico littore incipiens, vbi Ister amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte vrbes habet, Istropolim, Tomos, Calatinque, quæ antea Acemetis vocabatur. Stephano Byzantino *τομὸς* dicitur Milesiorum vero fuisse Tomos Coloniam, C
 Ouidius auctor est lib. III Tristium.

Hic quoque sunt vrbes Graiæ (quis credere possit)

Inter inhumana nomina Barbariæ.

Huc quoque Mileto missi venere coloni,

Inque Getis, Graias constituere domos

Sed vetus huic nomen, positaque antiquitas vrbe,

Constat, & Absyrti cede fuisse loco.

nomen enim habet *ἀπὸ τῆς τομῆς*, à dissectione vel delaceratione Absyrti, à Medea illius sorore perpetrata de qua Cicero in Maulliana. D
Primum ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto, Medea illa quondam profugisse dicitur, quam prædicant infuga, fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur, dissipauisse ut eorum collectio dispersa, mærorque patrius, voluntatem persequendi retarderet. Et Ouidius:

Inde Tomos locus est dictus, quia fertur in illo

Membra, soror fratris consecuisse sui.

Nonnulli tamen Tomos à Tomyri Messagetarum Regina volunt fuisse nuncupatum, quæ hoc opidum interfecto Cyro condidit, & suo nomine nuncupauit. Clara hæc vrbs fuit postea exilio P. Ouidij Nasonis Poëtæ ab Augusto Cæsare eo relegati, vel ob libros Amorum E
 ab illo conscriptos, vel ob adulterium cum Iulia Augusti filia commissum. vt Sidonius Apollinaris his versibus innuit.

Nec te Carmina per libidinosâ

Notum Naso tener: Tomosque missum

Quondam Cæsareæ minis puellæ

Fictio carmine subditum Corinnæ.

Duos equites Tomitarum nomisma habet ab vna parte; quod eque-
stri studio illos insignes fuisse arguit, vt & cæteræ Geticæ nationes ab
altera parte vultus est Apollinis, vel ipsius Ouidii, capite enim est
laureato, & Lyra adest, quæ & Poetarum sunt insignia, aut ipsius
Apollinis.

I Σ Τ Ρ Ι Η Ω Ν.

I S T R O S.

Milefiorum etiam colonia Istros, quingentis stadiis à sacro Istri
Mœstio distans, Plinio Istropolis, Arriano vero in Periplo Ponti
Euxini, Istria dicta. Strabo *πολίχμιον*, id est, oppidulum vocat; Plinius
pulcherrimam eius tractus urbem, Ammianus Marcellinus potentissi-
mam fuisse urbem refert; à M. Lucullo olim expugnata fuit Eutropio
C teste. varias postea mutationes eadem passa, sed Ammiani Marcellini
ætate, ad summum potentiae culmen videtur peruenisse, sed Barbaro-
rum assiduis incursionibus funditus postea cum plurimis eius regionis
urbibus deleta fuit.

Eusebius Istrum in Ponto Olympiade xxx conditum refert.

A Γ Α Θ Υ Ρ Σ Ω Ν.

A G A T H Y R S I.

*Agathyrsus Herculis filius. Cæruleo colore crines tinge-
bant, nobilitatis id signum. Apollo
Hyperboreus.*

Auctor est Herodotus, Herculem cum in Schytia amissas e-
quas vndique inuestigaret, incidisse in fœminam, quæ pube-
tenus humanam speciem, sed inferioribus partibus serpentis for-
mam gereret, quæ equas se indicaturam spondit, modo con-
cubitum eius in præmium consequatur, illum annuisse; atque
ex ea tres filios suscepisse, Gelonem, Schytam, & Agathyrsus,
E ab vnaquoque illorum regioni nomen inditum. circa Borysthenem
autem sedes habebant Agathyrsi, Gelonis proximi. Suidas & Ste-
phanus illos vocatos vel ab Herculis filio Agathyrsus vel secundum
Pisandrum, *ὄνομα τῶν θυρσίων τοῦ Διονύσου*, à Bacchi Thyrsis, quem scilicet
ferunt

ferunt hanc regionem etiam peragrasse. Hos cultissimos virorum dicit A Herodotus, nam & aurum plerumque gestare, & magna familiaritate amicitiaque inter se viuere, citra rixas & odia, mulieresque illis promiscuas esse. moris etiam apud illos fuit Ceruleo colore capillos tingi, Iulius Solinus.

Celonis Agathyrsi collimitantur, Ceruleo picti colore, fucatis in Cerulum crinibus. nec hoc sine differentia, nam quanto quis altero prestat, tanto propensiore nota tingitur. ut sit indicium humilitatis minus pingi. Pomponius vero Mela addit & artus depingi. Agathyrsi ora artusque pingunt, ut quisque maioribus prestant, ita magis vel minus, ceterum iisdem omnes notis, & sic ut B abluere nequeant.

Nummus hic Apollinis est. apud illos enim & ceteros Hyperboreos illius Dei cultum fuisse auctores ferunt, Virgilius vero inter peculiare Apollinis Cultores Agathyrsos recenset lib. III. Aeneidos.

*Qualis ubi hybernæ Lyciam, Xantique fluentæ
Deserit: ac Delum maternam inuisit Apollo,
Instauratque Choros, mistique altaria circum
Cretesque, Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi.*

Quo loco Seruius. Agathyrsi populi sunt Schyrtie colentes Hyperboreum Apollinem ab auersa parte bigæ, an ad Ludicrum aliquod certamen quod C in honorem Apollinis forte celebrabant?

M A C E D O N V M R E G E S.

MAcedonum licet obscura fuerunt initia, & angusti regni limites, virtute tamen & prudentia Regum, latissimè postea nomen propagatum fuit; quare cum ad illorum Regum nomismata deuentum sit, non alienum ab instituto nostro fore duxi continuam Macedonum Regum seriem ex probatissimis scriptorum supplere, ut tanti Imperij progressus, & occasus, cuius patere possit. Primus Rex fuit Caranus D ex Heraclidarum genere, decimus septimus ab Hercule ut Velleio Paterculo visum, duodecimus Iustino, vigesimus quartus Eusebio. Floruit eodem tempore, quo Procus Syluius XIV Latinorum Rex, Assyriorum vero regnum Arbaces in Medos transtulerat. Profectus ille Argis (vnde supra diximus Macedonum reges oriundos) cum magna Græcorum multitudine, sedes in Macedonia, responso oraculi, iussus quærere; cum in Æmathiam venisset, urbem Edyffam, non sentientibus, oppidanis, propter imbrem & nebulae magnitudinem, gregem Caprarum imbrem fugientium sequutus, occupauit: reuocatusque in memoriam Oraculi, quo iussus erat ducibus capris imperium quærere E re, regni sedem statuit. religio seque postea obseruauit, quocumque agmen moueret, ante signa easdem Capras habere, cœptorum duces habiturus, quas regni habuerat auctores. Urbem Edyffam ob memoriam

A riam muneris Aegeam, populum Aegeadas vocavit: Pulso deinde Mi-
 da (nam is quoque quintam portionem Macedoniae tenuit) aliisque
 regibus victis, in locum omnium solus successit, primusque adunatis
 gentibus variorum populorum, veluti vnum corpus Macedoniae fe-
 cit, crescentique regno valida incrementorum fundamenta consti-
 tuit. Hic etiam statuit, ne quis Macedonum, deuictis hostibus tro-
 phæa erigeret: nam cum memorabili pugna Cisseum Regem, qui vi-
 cinæ regioni imperaret, superasset; Trophæum Argiuorum consuetu-
 dine erexisset, ferunt Leonem Olympo monte egressum, illud euer-
 tisse. Caranus hoc ostento monitus, apud se consideravit parum se
 B prudenter fecisse, qui finitimorum odium Trophæo excitato, in se
 acuisset implacabile. vetuit, itaque, ne quis successorum suorum de-
 inceps Trophæa deuictis hostibus statuatur, quo vicinos ad benevolen-
 tiam quasi inuitaret, quod imitati etiam maxime Regum, Philippus
 & Alexander, nullam vnquam de fuis Græcis aut Barbaris Trophæa
 excitarunt. regnavit autem Caranus annis xxviii.

Pausanias
lib. ix.

II. Carano successit Cœnus, quo tempore Aemalius Syluius xv.
 Latinorum Rex vixit, qui annis xv. regno præfuit.

III. Turimas floruit Olympiade prima, quando Romulus & Remus
 C lucem editi fuerunt. regnavit annis xxxviii.

IV. Perdiccas I. regnante Romulo vixit Olympiade xi. qui li. an-
 nis regno præfuit, hunc Iustinus secundum Macedonum Regem sta-
 tuit, cuius vita illustris, & mortis postrema veluti ex oraculo præcepta
 memorabilia fuerunt, siquidem senex moriturus Argeo filio monstra-
 uit locum, quo condi vellet; ibique non sua tantum, sed etiam succe-
 dentium sibi in regnum ossa poni iussit, præfatus quoad ibi conditæ
 posterorum reliquiæ forent, regnum in familia mansurum. credunt-
 que hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem, quia locum se-
 pulturæ mutaverit, hunc Perdiccam Solinus refert primum in Mace-
 D donia regium nomen assumsisse.

Iustinus.

V. Patri defuncto successit Argeus Olympiade xxiv non vt quidam
 per diphthongum Argæus, ab illo siquidem dicti Macedonum Reges
 Αργεάδαι, à Sibylla.

Αὐχέντες βασιλεῖσι μακεδόνες Ἀργεαδῆσι.

Huic cum Taulantiorum Rege Galauro bellum erat, & militum copiis
 longe ille inferior, quare instante prælio, iussit puellas Macedonum,
 vt si contingeret hostem propius accedere, se è vicino monte Erbæa
 ostenderent, accedentibus itaque Taulantiis per montium iuga dis-
 currebant. & frequentes è monte descendebant, Thyrsos hastarum
 E loco vibrantes, & fertis faciem obumbrantes. Galaurus numero illo
 exercitu perterritus, & suspicatus à longinquo milites esse, receptui
 suis signum dedit. Taulantij abiectis armis impedimentisque relictis
 terga verterunt, Argeus incruentam victoriam adeptus templum

Polyanus
lib. iv.

Baccho fallaci exstruxit, virginesque quas antea κλωδόνες Macedones A appellabant, ipse propter virorum imitationem, vt deinceps μιμαλλόνες dicerentur decreto iussit, hic summa cum moderatione administrato regno successorem reliquit.

VI. Philippum, tempore Anci Martij, quem Eusebius xxxviii annis imperasse, Iustinus vero immatura morte sublatum scribit.

VII. Aeropum filium adhuc impuberem successorem reliquit, quo tempore Macedonibus assidua cum Thracibus & Illyriis certamina fuerunt: quorum armis veluti quotidiano exercitio indurati, bellica laude finitimos terreabant. Igitur Illyrii infantiam Regis pupilli, con- B temnentes bello Macedones aggrediuntur, qui prælio pulsi, Rege suo in cunis prolato ante aciem posito, acrius certamen reperiuerunt: tanquam ideo victi fuissent antea, quod bellantibus sibi Regis sui auspicia defuissent, futuri vel propterea victores; quod ex superstitione animum vincendi cœperunt. simul & miseratio eos infantis tenebat, quem, si victi forent, captiuum de Rege facturi videbantur. Conserto itaque prælio, magna cæde Illyrios fuderunt, ostenderuntque hostibus suis, priore bello Regem Macedonibus, non virtutem defuisse. huic postea moris fuit quotiescumque in otio esset, Lucernas & per- Plutar. in vita Demetrii. paruos abacos fabricasse, indignum Regio nomini exercitium. C

VIII. Sequitur Alcetas, qui Olympiade XLVII. vixit quo tempore Romæ Seruius Tullius imperabat, qui regno xxix annis præfuit, huius nullam mentionem facit Iustinus, sed Amyntam Aeropo subiungit, quod miror, cum manifesto Herodotus Alcetam Aeropi filium, & Amyntæ Patrem dicat in Vrania.

IX. Amyntas Alcetæ succedit Olympiade LVII. Cyri tempore, quando etiam Tarquinius Superbus floruit. regnavit hic annis quinquaginta. qui & propria virtute, & Alexandri filij egregia indole inclaruit. siquidem cum Darius Rex Persarum turpi fuga, Schyтарum manibus elapsus esset, ne vbique deformis militiæ damnis haberetur, D mittit cum parte copiarum Megabazum ad subigendam Thraciam, cæteraque eius tractus regna, quibus pro ignobili monumento erat accessura Macedonia: qui breui tempore executo regis imperio, legatis ad Amyntam Regem Macedoniae missis, obsides in pignus futuræ pacis sibi dari postulabat, sed legati benignè excepti, inter epulas ebrietate crescente, rogant Amyntam vt apparatus epularum adijciat ius familiaritatis, adhibitis in conuiuium suum filiis & vxoribus & filiabus; id apud Persas haberi pignus & fœdus hospitij; quæ vt venerunt, petulantius eas Persis contrectantibus, filius Amyntæ Alexander rogat patrem, respectu ætatis ac grauitatis suæ, abiret è conuiuium, pollicitus se hospitem temperaturum iocos, quo digressus, mulieres quoque paulum è conuiuium euocat, cultius exornaturus, gratioresque redacturus; in quorum locum matronali exornatos habitu iuuenes supponit, E

A ponit, eosque petulantiam legatorum, ferro quod sub veste gerebant, compescere iubet, atque ita interfectis omnibus, ignarus rei Megabazus, cum Legati non redirent, mittit eo cum exercitus parte Bubarem, ut in bellum facile & mediocre, dedignatus ipse ire, ne dehonesta etur prælio tam fœdæ gentis. Sed Bubares ante bellum amore filiæ Amyntæ captus (quam Herodotus Gygeam vocat) omisso bello nuptias facit, depositisque hostilibus animis in affinitatis iura succedit. post discessum à Macedonia Bubaris Amyntas rex decedit.

B X. Quo defuncto Alexander successit Olympiade LXXIX quando Romæ primus dictator Largius, & magister equitum Spurius Cassius fuere.

Huic cognatio Bubaris, non Darij tantum temporibus pacem *Iustinus* præstitit, verum etiam Xerxem conciliauit, adeo ut cum Græciam vniuersam velut tempesta quædam occupasset, inter Olympum, Hæmumque montes, totius regionis eum imperio donauerit; qui non virtute minus quam liberalitate imperium ampliavit; idem postea à Mardonio ad Athenienses missus, ut illis persuaderet, ut societatem *Herodotus* cum Xerxe inirent; quod obtinere non potuit. Idemque Græcis consilia Mardonij, noctu intempesta castris illorum adequitans detexit, *C* quod Græciæ salus & libertas illi curæ essent. hic etiam cognomento Diues vocatus fuit, nec immerito, ita enim affluenter successus eius ampliandis opibus proficiebant, ut ante omnes Apollini Delphos, *Solinus* Ioui Elidem statuas aureas dono miserit. Voluptati aurium indulgentissime deditus sic ut plurimos qui fidibus sciebant, dum vixit, in usum oblectamenti, donis tenuerit liberalibus, inter quos, & Pindarum Lyricum. regnavit autem annis XLIII.

XI. Perdiccas, Alexandro successit Olympiade LXXX eodem pene tempore, quo Decemviri Romæ creati fuerunt. hunc varia cum Atheniensibus gessisse bella narrat Thucydides. Causa dissidij fuit, quod *D* illi fratribus eius Philippo & Derdæ aduersus illum bellum gerentibus auxilia suppeditarent, quare Chalcidiensibus persuasit, ut relictis maritimis urbibus, migrarent Olyntham, vnamque validam potius urbem colerent, quam plures exiguas. Sitalcem vero Thracum regem, immensis copiis Macedoniam, Atheniensium impulsu vastantem; corrupto Seuthe eius patruele, (cui sororem suam Stratonicem sponderat) ad sua redire compulit. cum Atheniensibus postea pacem pepigit, atque in illorum amicitia permansit, floruit autem bello Peloponnesiaco. valde illi familiaris fuit Magnus noster Hippocrates, ut ex eius epistolis patet, regnavit autem annis XXVIII.

E XII. Archelaus Patri successit, XII Regum secundum Eusebium. sed Thucydidi nonus tantum est, qui etiam videtur priores tres reges expungere; hic autem relictus erat à patre Perdicca, tutor filij ex Cleopatra vxore legitima, ille enim filius erat nothus ex concubina Smiche *serua*

ferua Alcetæ fratris Perdicæ, qui vt regnum occupauit, primum pa- A
 truum Alcetam, eiusque filium Alexandrum, ad se vocatos, opiparo
 conuiuio largius inuitatos in plaustrum coniectos iussit asportari, &
 clam occidi. quo facto animosior in omne scelus, pupillum suum
 Perdicæ filium septennem, ad quem iure regnum deuolutum erat, in
 puteum præcipitem deiecit; matri vero eius Cleopatræ nunciauit, pue-
 rum, dum persequeretur anserem, cecidisse in puteum. Hic tamen à
 scriptoribus laudatur, vt prudens rei bellicæ & naualium præliorum
 commentor. Idem Macedoniam reddidit cultiorem, ædificia plurima
 extruxit magnifica, vias sterni curauit, bellico etiam apparatu, armis B
 equisque melius regnum suum instruxit, quam alij omnes reges. in
 tantum vero litterarum amator fuit, vt Euripidi Tragico consiliorum
 suorum summam crederet, cuius suprema non contentus prosequi
 sumptu funeris, crinem tonsus est, & mœrorem, quem animo conce-
 perat, vultu publicauit. Idem Pythias & Olympicas palmas adeptus,
 Græco potius animo, quam Regali, gloriam illam præ se tulit, con-
 spiratione tandem quorundam periit, cuius præcipuus auctor fuit
 Dechannichus. cui cum Euripides infensus esset, quod dicitur oris
 eius insuauitatem prosequutus esset, Archelaus illum Poætæ verberan-
 dum tradidit. quare Regi offensus, Craterum, vel Crateuam, vt Ælia- C
 noplacet, & Hellanocratem Larissæum, in Regem irritauit, in quem
 vterque alieno erat animo, quod, cum ætate illorum abusus fuisset, ni-
 hil promissis suis dignum illis dedisset: Diodorus vero, Archelaum in
 venatione à Cratere, quem in delicijs habebat, imprudenter faucia-
 tum obiisse scribit, cum VII. annis regnasset. à quo immane dissentit
 Eusebius, qui XXIV imperio potitum dicit.

XIII. Orestes patri successit, sed puerum adhuc tutor eius Aeropus
 interfecit. quo necato, sex annis imperium obtinuit.

XIV. Archelaus II. annis IV regnauit. cuius is filius fuit, hætenus
 non liquet. D

XV. Amyntas II. vnico tantum anno imperio præfuit.

XVI. Pausanias Aeropi filius. hunc vnicum tantum annum regnaf-
 se auctor est Diodorus, qui contra Eusebium, refert Aeropum Oresti
 successisse, & sexennio imperasse, & morbo sublatum, cui Pausanias
 mox successit. Eusebius vero Aeropi nullam mentionem facit, sed
 Archelaum & Amyntam interijcit quos Diodorus præterit.

XVII. Amyntas III. annis VI regnauit.

XVIII. Argeus II. annis duobus regnauit.

XIX. Amyntas IV. annis XVII. Diodorus Siculus hos duos A-
 myntas vnam statuit, Philippi patrem. hic enim infestantibus Mace- E
 doniam Illyriis, qui maioribus copijs bellum mouerant, imperij ser-
 uandi spe deiectus, Olynthijs proximum illis agrum dono dedit; non
 multum tamen temporis effluxit, quin à Thessalis reductus, imperium

recu-

A recuperauerit; eique deinceps per xxiv annos præfuit. Sunt qui scribant, post Amyntam regno exutum, Argeum Macedonia potitum regno biennio fuisse, & tum demum ab Amynta illud iterum recuperatum. Nam fractis opibus eius magno prælio, statuit imperium deserere, & sæuienti fortunæ cedere, sed familiaris cuiusdam sermone *Isocrates.* ab incepto reuocatus, qui Hælopidæ illud ad Dionysium referebat, honestissimam sepulturam esse imperium, confirmato animo castellum quoddam munitissimum occupauit, conuocatisque vndiq; auxiliis trimestri spacio Macedonia omnem sibi subiecit, & prouecta
 B deinde ætate obiit. Hic ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandrum, Perdiccam, & Philippum: & filiam Euryonem. ex Cygea Archelaum, Aridæum, & Menelaum. Cum Illyriis, deinde & Olynthijs, grauissima *Iustinus.* bella gessit. Insidiis deinde Eurydices vxores (quæ nuptias generi pacta, occidendum virum, regnumque adultero tradendum suscepit) occupatus fuisset; ni filia pellicatum matris, & sceleris consilia, prodidisset. Quo periculo defunctus, senex decessit; regno maximo ex filiis Alexandro tradito.

XX. Alexander II. defuncto patre, regnavit vnico tantum anno. Regni sui principio à Pausania oppugnatur, qui quamuis exul, quamplurimos tamen fautores in Macedonia habebat, & Græcorum copijs instructus, Anthemuntem, Thermam, Strepfam, aliaque nonnulla oppida sui iuris fecerat. Mater Eurydicæ anxia, Iphicrati Atheniensium duci regem commendat, qui suscepta illius causa, Pausaniam *Aeschines* Macedonia expulit. Bellum deinde illi cum Illyriis, quod pacta mercede, & Philippo fratre dato obside, redemit. Interiecto quoque tempore, cum Thebanis gratiam pacis reconciliat. Nec multo post Eurydices matris appetitus insidijs occumbit, cui Amyntas in scelere deprehensa propter communes liberos, ignarus eisdem quandoque exitio-
 C D sam fore, pepercerat.

XXI. Ptolemæus, Amyntæ ex incerta concubina filius, Alorites dictus, quod in Alore vrbe natus esset, rerum summam sub Alexandro administrat; quumque auctoritate polleret, illo defuncto regnum inuasit. Plutarchus vero in Pelopida auctor est, Alexandrum Regem à Ptolemæo bello fuisse petitum, Pelopidam vero illos mutuo conciliasse, atque Philippum fratrem tunc Thebas obsidem abduxisse; absente vero Pelopida, Ptolemæum fratrem dolo sustulisse. Amici interfecti Regis Pelopidam iterum vocarunt; qui modicis copijs in Macedonia reuersus, Ptolemæum ita perterruit, vt licet milites Pelopidæ auro corrupisset, sponte tamen ad illum venit, & regno cessit: dato
 E etiam filio Philoxeno obsidis loco, cæsus mox à Perdicca, cum annis quatuor imperasset.

XXII. Perdicas Amyntæ secundus filius, occiso fratre Alexandro, & compositis cum Ptolemæo turbis, regnum ad se deuolutum occupat, &

pat, & fratris cædem vlciscitur, Ptolemæo interfecto. Cum Athenien- A
sibus deinde illi bellum propter urbem Amphipolim, sed cum Calli-
sthenes illorum duce pactis inducijs res hæc composita fuit. Bellum
deinde illi cum Illyrijs, à quibus magno prælio superatus, & interfe-
ctus fuit, vt auctor est Diodorus. Iustinus vero matris insidijs occu-
buisse scribit. *Frater quoque eius Perdicca pari insidiarum fraude decipitur.*
Indignum prorsus, libidinis causa, liberos à matre vita priuatos, quam scelerum
suorum supplicijs, liberorum contemplatio vindicauerat. Perdicca hoc indignior
cædes videbatur, quod ei apud matrem misericordiam ne paruulus quidem filius
conciliauerat: Sexennio hic summæ rerum præfuit.

Nomismate primo. Archelaus Rex, diademate redimitus, & ab ad- B
uersa parte equus, qui passim in nomismatibus hic occurrit; indicio
generosis equis regionem abundasse, vel bellicosum populum per
equum denotari, vt supra monui.

II. Hercules leonino spolio tectus, ab illo enim generis sui origi-
nem Macedonum Reges trahere supra dictum.

III. Idem Hercules.

IV. Diana est, quam peculiari cultu Macedones prosequi dictum;
ab aduersa parte ceruus est, venationi eius Dæ animal destinatum, &
inscriptio ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ. C

V. Iupiter est, & equus ab aduersa parte.

VI. VII. VIII. Hercules conspicitur, cum leonis exuuijs.

Φ Ι Λ Ι Π Π Ο Υ.

P H I L I P P V S.

Philippi res gesta. Primus aureum nummum Philippicum per-
cussit. Græcorum libertatem sustulit. Dux aduersus Persas to-
tius Græciae creatur. à Pausania trucidatur. Trophaum D
ab illo erectum contra Pausaniam. Mi-
nerua Alcida.

XXIII. S Vblatis fratribus materno scelere, Philippus, tertius Amyntæ filius,
Macedoniæ regnum multis calamitatibus bellisque oppressum sus-
cepit. Nam cum sub Perdicca multa Macedonum millia in acie ab Il-
lyrijs cæsa fuissent, reliqui, clade hac percussi, tantopere Illyriorum vi-
res expauescebant, vt ad perfequendum bellum prorsus animo collabe-
rentur. Accedebat nouus à Pæonibus metus, qui ex contemptu Ma-
cedoniam impune depopulabantur. Athenienses etiam Aridæum, E
Philippi fratrem, ex Cygea natum, in regnum auitum reducebant; non
secus ac Thraces Pausaniam, regij sanguinis iuuenem, Macedoniæ
imponere volebant. Philippus cum videret finitimos vndiq; tanquam
communi

A communi consilio, ad Macedoniam opprimendam conspirasse, omnibusque bellis se imparem fore; dispensanda ratus, alia interposita pacatione componit, alia redemit, facillimo quoque suscepto, ut trepidos militum animos noua spe firmaret, & sui contemptum demeret. Militarem etiam disciplinam variè emendauit, & bellicis armis melius exornauit milites, assiduisque armorum exercitijs induratos reddidit. Nouam quoque condensati agminis structuram excogitauit, usitatam priscis Heroibus ad Troiam, clypeorum consertionem imitatus, primusque phalangis Macedonicæ auctor fuit.

B Atheniensium bellum primo auertit. cum enim illos summopere videret incumbere, ut Amphipolim recuperaret, & Aridæum propterea vellent in regnum reducere, sponte ciuitatem permisit patrijs legibus uti; qua re cognita, destiterunt illi Macedonibus molesti esse; Pæonum vero, alios muneribus corrupit, alios promissis impleuit, & pacem ad præsens cum illis pepigit. Pausaniam etiam à reditu auertit. Thracum rege donis & promissis sibi conciliato.

Defuncto vero Aegide, Pæonum rege, opportunam nactus occasionem, improviso Pæones adortus prælio, superatos Macedonibus deinceps parere coegit. Restabant Illyrii, quos summo ardebat stu-

*Diodorus
Siculus.*

C dio vlcersci, itaque magnis equitum peditumque collectis copijs, illorum fines inuadit. Bardylis Illyriorum rex legatos de pace ineunda mittit. Philippus pacis quidem se cupidum, sed eam non prius admissurum dicit, quam cunctis Macedonum urbibus excedant Illyrii. Legatis re infecta reuersis ad pugnam deuentum, in qua Philippus multa Illyriorum millia fudit fugauitque. Illi missis legatis cunctis Macedoniae urbibus præsidia deducunt, atque ita pacem impetrant. Philippi celebris inter suos fama, quia res pene collapsas prudentia & virtute sua in antiquum splendorem restituerat.

Firmatis hac illustri victoria militum animis, & regni negotijs stabilis, Amphipolim bello petit, quod inimicissimo aduersus illum hæc urbs fuisset animo, quam breui expugnauit, multæque inimicis exilio, humanissimum cæteris se præbuit. Aurifodinas etiam prope Crenidas in Thracia sitas, cum hæcenus exigui essent prouentus, cura operisque adhibitis adeo prouexit, ut circiter talentum prouentus ex illis caperet quotannis. unde magnis collectis opibus, regnum Macedonicum ad luculentiorum fortunam breui euexit, & aureum nummum Philippicum ab eo dictum cudit. Sacrum inde bellum incidit, quod Thebani Thesalique cum Phocensibus exercebant, ob Apollinis Delphici fanum spoliatum. Phocenses

E prælijs aliquot superiores, varijs cladibus Thebanos Thesaliosque fregerant; quare ad Philippum confugiunt, & externæ dominationi, quam in suis timuerant, sponte succedunt. Igitur Philippus, quasi sacrilegij non Thebanorum ultor esset, omnes milites coronas

Iustinus.

P laureas

laureas fumere iubet, atque ita veluti Deo duce in prælium ducit. Phocenses insignibus Dei conspectis conscientia delictorum territi, abiectis armis fugam capeffunt, pœnasque violatæ religionis sanguine & cædibus suis pendent. Incredibile quantam apud omnes nationes ea res gloriam Philippo dedit, illum vindicem sacrilegii, illum ultorem religionum, quod orbis viribus expiari debuit, solum qui piacula exigeret extitisse dignum. itaque dijs proximus habetur, per quem deorum maiestas vindicata fit.

Post hæc Olynthios aggreditur. receperant enim per misericordiam, post cædem vnus, duos fratres eius, quos Philippus ex nouerca genitos, veluti participes regni, interficere gestiebat. Ob hanc igitur causam urbem antiquam & nobilem extinguit, & fratres olim destinato supplicio tradit, prædaque ingenti & patricidij voto fruitur.

Phocenses mox inuadit, & deceptos pacis spe in seruitutem rapit, & in alia regni loca abducit, non secus ac pastores pecora nunc in hybernos, nunc in æstiuos saltus traiciunt, sic ille populos & vrbes, vt illi vel replenda, vel derelinquenda quæque loca viderentur, ad libidinem suam transfert. Dardanos deinde cæterosque finitimos, fraude captos expugnat. sed nec à proximis manum abstinet, siquidem Arybam regem Epiri, vxori suæ Olympiadi arctissima cognatione iunctum, pellere regno statuit, atque Alexandrum priuignum eius, vxoris Olympiadis fratrem, in mercedem perpetrati stupri ad regnum euehit.

Scytharum regem Aretam prælio etiam adortus est, & astu superauit, multis Scytharum millibus interfectis. viginti millia puerorum ac fœminarum capta; pecoris magna vis, auri argentique nihil; multa millia nobilium equarum ad sobolem faciendam in Macedoniam missa. reuertenti vero à Scythia Triballi occurrunt, D cum quibus acre prælium ob partem prædæ negatam, in quo ita in fœmore vulneratus Philippus, vt per corpus eius equus interficeretur. cumque omnes occisum crederent, præda amissa est. Athenienses, postquam à vulnere conualuit, bello aggreditur. quibus cum se Thebani, Demosthenis eloquentia moti, coniunxissent, ad Cherronéam Bœotix oppidum Philippo occurrunt, & communem Græciæ hostem communibus viribus arcere statuunt. Prælio commisso cum Athenienses & Thebani militum numero longè præstarent, assiduis bellis indurata Macedonum virtute, superantur. Sed non ceciderunt pristinx gloriæ aut maiorum suorum indecores, namque honestis vulneribus omnes, loca quæ tuenda E à ducibus acceperant, defuncti corporibus suis texerunt. Quo in prælio Alexandri magna virtus conspecta fuit; primus enim hostium cornu sibi oppositum, magna strage edita perfregit, & victo-

A & victoriæ initium fecit, hoc prælio totius Græciæ gloriâ dominationis, & vetustissimæ libertatis decus concidit. Philippus callidè dissimulata victoriæ lætitiâ, cum Atheniensibus pacem componit; & ducem se vniuersæ Græciæ aduersus Persas creari petijt, qua de causâ Corinthum singularum ciuitatum legatos euocat; vbi de bello Persis inferendo consultum. Ibi totius Græciæ Imperator summa cum potestate creatus, singulis vrbibus certo militum numero indicto, spei gloriæque plenus, in Macedoniam reuertitur; vbi cum magno splendore nuptias filix suæ Cleopatrx cum Alexandro Epibrotarum rege celebrare parat. maxima hominum frequentia ad diei ludorumque celebritatem conuenerat. Philippus, cum ad theatrum sine custodibus contenderet, à Pausania nobili Macedone in transitu obruncatur, ætatis suæ anno XLVII, cum annis XXV regnasset. Princeps fuit consilio, eloquentia, comitate summus, animi magnitudine, & militari disciplina, paucis comparandus: tanta vero moderatione fuit; vt, cum in Methonæ oppugnatione sagittæ iactu dexter oculus illi fuisset effossus, nullum iracundiæ signum in hostes edidit, sed pacem deprecantibus dedit. Nec moderatus tantum, sed & mitis aduersus victos fuit. sed in illo sæpe fidem requiras, qui dolo & proditiõibus non minus vincere, quam aperto Marte gauderet; sequutus ea in re oraculum, quod illi datum fuisse tradit Suidas. Ἀργυρέαις λόγχοισι μάχεσθαι, καὶ πάντα κερτήσεις. *Argentis lanceis pugnato & cuncta superabis.* Vnde bene Horatius.

—— diffidit Urbium

Portas vir Macedo, & subruit æmulos

Reges muneribus.

D His ille artibus cum inualidum Macedoniæ regnum suscepisset, ad amplissimam fortunam euexit, & fundamenta iecit maximæ Monarchiæ, quam Alexander Magnus postea obtinuit.

I. II. Philippus est, diademate ornatus, ab auersa vero parte equus ad cursum incitatus, cui vir coronato capite infidet, in memoriam victoriæ, quam equo in Olympicis obtinuit. Plutarchus in vita Alexandri, eodem forte tempore, cum Philippus Potideam cepisset urbem, terni simul ad illum feruntur nunciij, & Illyrios ab eius duce Parmenione ingenti prælio profligatos, & suum in Olympicis victorem equum extitisse, & natum esse Alexandrum.

E III. IIII. Iupiter ab vna parte, ab altera vero vir equo insidens, in priori quidem ramum manu gestat, in altero manu erecta alloquentis speciem refert.

V. Philippus, leonino spolio ornatus, & Iupiter sedens ἀντιφάσας.

VI. Hercules ab vna parte, & Iupiter ab altera.

VII. Philippus capite laureato, in memoriam forte expeditionis A susceptæ in Phocenses. Tunc enim temporis Philippus quasi sacrilegij non Thebanorum vltor esset, omnes milites coronas laureas sumere iubet, atque ita veluti Deo duce in prælium pergit, & Phocenses superat. Ab aduersa vero parte vir bigis decurrens, quem Victoria cum corona præcurrit, quod aliquando bigis in Olympicis vicisset. Certe Plutarchus auctor est, *solitum fuisse Philippum, curules Olympicorum victorias nummis insignire.*

VIII. Philippus cum spolio leonis, ab aduersa parte duæ capræ humi procumbentes. Notum est Caranum, primum Macedoniae regem, ducibus capris Edyffam occupasse, quam postea Aegeam nuncupauit; religioseque postea obseruasse, quocumque agmen moueretur, ante signa easdem capras habere, cœptorum duces habiturus, quas regni habuerit auctores.

IX. X. Philippus leonino spolio ornatus, ab auersa parte Apollinis tripus, cum claua, vel arcu, Herculis armis; ad bellum sacrum respicit. Nam ille ab Hercule oriundus, templum Apollinis à Phocensibus sacrilegis liberauit.

XI. Minerua armata, & trophæum ab altera parte: Pausanias in Bœoticis auctor est, Macedonibus vel à Carani æuo in more fuisse deuictis hostibus nulla trophæa excitare, quare nec Philippum vnquam, siue de Barbaris, siue de Græcis, victis trophæum statuisse, cui tamen Diodorus Siculus lib. xvi refragatur, qui dicit Philippum fuffis acri pugna Illyriis trophæum erexisse. & nummus hic Diodoro fauet.

XII. Minerua, & Victoria alata, cum corona & palma: Macedonibus peculiariter Minerua culta, quam Alcidas dicunt. T. Liuius lib. lII. de Perseo agens. *Ipsè centum hostijs sacrificio regaliter Mineruæ, quam Alcidas vocant, confecto, cum purpuratorũ & satellitum manu profectus Citium est.*

A Λ E Ξ A N Δ P O Y.

A L E X A N D E R.

Alexandri res gesta, & mors. Ammon arietinis cornibus. Alexander item arietinis, non hircinis cornibus, vt Plutarcho visum: Cincinni capillorum cornua. In galea etiam cornua gestata. Olympiadis cum dracone concubitus. Dracones mansueti Bacchi sacris adhibiti.

Alexander, Philippi & Olympiadis filius, cui rerum gestarum gloria Magni nomen dedit, circa Idus Augusti Olympiade cvi. natus, ipso die quo Dianæ Ephesiæ templum conflagrauit; quo tempore Magi,

A Magi, ac Ephesij sacerdotes alias per hoc incendium calamitates præ-
 sagientes, magnam eo die Asiæ pestem exortam vociferabantur. Ab
 ineunte ætate inusitata virtutis in illo illuxere indicia. Honoris enim
 supra ætatem cupidus, nihil puerile aut humile sapiebat; tantam ve-
 ro animi magnitudinem præ se ferebat, vt si quæ victoria patris an-
 nunciaretur, indoluisse illum ferunt, ne laudis omnis materia à Pa-
 tre præriperetur: iuuenis adhuc in pugna Cherronæa, maximæ virtu-
 tis speciem ediderat, vt manu promptissimus, & consilio bonus ab
B horthem erupit, & summa vi pugnauit, ita vt à suo cornu victoria in-
 ciperet. Patre defuncto xx annorum, Imperium plenum turbis & tu-
 multu adeptus est. Finitimæ enim & barbaræ nationes fractæ qui-
 dem, sed nondum perdomitæ erant: Asia prouocata, Græcia infida, &
 amissæ libertatis appetens. Sed ille, inusitata animi magnitudine fretus,
 omnes illas difficultates breui planas fecit, dum hos colloquiorum
 blanditijs, istos terrore in viam reducit, nonnullos etiam vi domitos
 imperata facere coëgit. Syrum itaque Triballorum regem adortus,
 magna pugna deuicit. Hinc Græciæ turbis auocatus, tanta celerita-
 te instructo exercitu illam oppressit, vt quem venire non senserant,
C videre se vix crederent. Athenienses ita perterrefecit, vt missis lega-
 tis bellum deprecarentur. inde Thebas exercitum rapit, eadem in-
 dulgentia vsurus, si parem pœnitentiam inuenisset. Sed Thebani ar-
 mis non precibus vsi, collata acie cum Alexandro obstinatissimis ani-
 mis configunt, fusi fugatique, multis ciuium millibus interfectis,
 acerbissimæ captiuitatis mala experti sint, vrbs diruta, supra xxx
 ciuium millia sub hasta vendita, Pindari stirpe, hospirumque Ma-
 cedonum familiis exceptis. Nobilissimæ huius vrbs excidio Græ-
 ciæ vrbes deterritæ, quietis consilia amplexæ sunt. Corinthum inde
 profectus Patris exemplo, Dux vniuersæ Græciæ aduersus Persas de-
D claratur. traiecturus in Asiam, omne patrimonium amicis diuidit,
 sibi Asiam sufficere præfatus, sed neque exercitus eius alia, quam re-
 gis, animorum præsumptio fuit. quippe obliti omnes coniugum libero-
 rumque, & longinquæ à domo militiæ; Persicum aurum, & totius O-
 rientis opes iam spe deuorauerant, nec incertorum belli, sed opulentæ
 prædæ meminerant. Primus Alexander in continentem, tripudianti
 similis, armatus prosiluit; militesque à populatione Asiæ prohibuit, ne
 perderent ea quæ possessuri venerant, in exercitu eius fuerunt peditum
 xxxii. millia, equitum vero quatuor millia. His tam exiguis copijs flo-
 rentissimum Asiæ imperium, vtrum sit admirabilius, vicerit an ag-
E gredi ausus fuerit, incertum est. Prima illi ad Granicum amnem cum
 Persis pugna fuit, præruptas amnis verticosi ripas maximis equi-
 tum peditumque copijs Darij Duces occupauerant; sed hæc præ-
 sidia Alexander felici sua audacia, & Macedonum virtute, disiecit,

cæsis xx. Persarum millibus cum ex Macedonibus vix xl. milites de- A
siderati essent. Maximum hoc prælio vitæ discrimen adiit, siquidem
Spithridates & Rœsaces, Persarum Satrapæ, in Alexandrum decora
castide iubisque conspicuum inuehuntur. ille deuitato Spithridate
Rœsacem infesta hasta petit. Spithridates à tergo bipenni galeæ co-
num deiecit, & dum secundam plagam repetit, à Clito confoditur.
Alexander Rœsacem exanimem equo proturbat. hac victoria magnum
incrementum Alexandri res acceperunt. Sardes enim maritimum Bar-
barorum propugnaculum expugnauit, & momento citius vniuersa
Lydia victori se permisit. Miletum sibi resistentem oppugnauit, ea- B
que potitus, Halicarnassum, pertinaciter in fide permanentem, magno
labore expugnatam, solo æquauit. Cariam, Lyciam, Pamphyliam,
nullo labore in potestatem suam redegit; non secus ac Phrygiam, & Pa-
phlagoniam. hinc Cappadocia occupata; In Ciliciam deinde iter fle-
ctit, vt Dario occurreret, qui grauem exercitum trahebat. sexcenta
millia militum sub signis erant. Fauces Ciliciæ hostium ignauia de-
sertas occupat, contemplatusque locorum situm, non alias magis di-
citur admiratus fuisse felicitatem suam, obrui potuisse vel saxi fate-
batur, si fuissent qui subeuntes propellerent. Vix enim quaternos ar-
matis capiebat iter. Tarsum nobilem Ciliciæ urbem venit, vbi dum C
Cydni fluminis amœnitate captus, pulueris & sudoris plenus, in frigi-
dissimas eius aquas se proiecit, tantus repente rigor neruos omnes oc-
cupauit, vt interclusa voce mortuum omnes crederent; Philippi ta-
men medici sui diligentia breui sanitati restitutus. Dario occurrit,
prope Iffon Ciliciæ urbem, signisque collatis, cum immensis Persa-
rum copijs confligit, tanto animi ardore, vt vterque Regum vulne-
ratus fuerit, sed Macedonum inueterata virtute in fugam Darius ver-
titur: cæsis cxx. peditum, equitum vero decem millibus. Cum ex
Macedonum peditatu ccc. ex equitatu cl. desiderati tantum essent; D
præda auri argentique ingens parta. Inter captiuos, mater & vxor Da-
rij, eiusque filia fuerunt. Damascum inde petit, quæ cum omni re-
gia gaza victoris se arbitrio permisit. in Syriam hinc, & Phœnicen
profectus, imperio suo cuncta subiecit, Tyro excepta, quæ claritate
sua vicinas omnes vrbes superabat. quare viribus suis & loci natura
fisa, obsidionem ferre decreuit, imbelli turba Carthaginem missa; sed
septimo demum mense vi capta fuit. Gaza inde obsessa, quæ præfecti
pertinaci virtute egregie defensa, & geminato regis periculo nobilita-
ta. qua capta Ægyptum adiit; quæ citra prælium in eius manus ve-
nit. Cognito mox Darium ingentes copias circa Babylonem contra-
here, eo cum victore exercitu properat. Darius interim omnes pacis E
vias tentat, filia nuptias & regni portionem non spernendam offert.
Sed Alexander, sua sibi dare rescripsit, iussitque supplicem venire; &
regni arbitrium victori permittere. quare omni concordia spe sub-
lata,

A lata, prope Arbellam magnis animis, exercitus concurrunt. Persæ funduntur & supra XL. millia in prælio desiderata. Darius cum vincis suos videret, voluit & ipse mori, sed à suis fugere compulsus, & secundiore fortunæ se seruare.

Hoc prælio Imperium Asiæ Alexander rapuit, quinto post acceptum regnum anno, cuius felicitas tanta fuit, vt nemo post ausus fuit rebellare, patienterque Persæ post dominationem tot annorum, seruitutis iugum acceperint. Babylonem & Susas occupat, & in ea regionem gazam; Persepolim etiam, tot Regum sedem inclytam, propugnatoribus vacuum cepit, cuius vrbis diuitiæ longo interuallo præteritas omnes opes superarunt. Ferunt enim hic inuenta fuisse centum & viginti talentum millia. hanc urbem mox temulentus, adhortante Atticâ meretrice Thaide, cui sobrius pepercerat, concremauit. Darium hinc persequitur, quem vbi audiuit Bessi Bactrianorum præfecti, & Nabarzanis Hyrcaniæ præpositi, scelere interfectum, paricidas statuit persequi, mox comprehensos interfecit. Varias mox vrbes vel in deditioem accepit, aut vi expugnauit, inter quas Cyropolis, in cuius obsidione Rex parum ab vltimo discrimine abfuit. nam saxo eius ceruix adeo grauiter icta fuit, vt oculis caligine offusis tanquam exanimis collaberetur. ad Tanaim inde deflectit, urbemque, cui Alexandri nomen indidit, exstruxit, atque ad vicinos Scythas hinc castra mouit, qui numerosis copijs Alexandro obuij, memorabili prælio funduntur, cum hæcenus fama illos inuictos credidisset; quibus profligatis nutantem Asiam in fide continuit. Sacæ, Sogodiani, Dahæ, Barbaræ nationes, eius se clementiæ permiserunt. Hinc in Indiam copias mouit, vt Oceano vltimisque Orientis finibus imperium terminaret, cui gloriæ, vt etiam exercitus ornamenta conuenirent, phaleras equorum, & arma militum argento inducit, exercitumque suum ab argenteis clypeis Argyraspides appellauit; multæ ibi vrbes expugnata, multæ gentes deuictæ. Petram Aornam quam ab Hercule frustra obsessam referebant incolæ, ideoque summo studio obsedit, vt ipsum Herculem superaret gestorum gloria: nec defuit inceptis eius fortuna; siquidem Indi felicitate eius perpetua commoti, & pertinacia perspecta, sponte illam deseruere. quo facto non tantum hostium, quam & locorum victor exstitit: vicinasque omnes gentes hac victoria in deditioem accepit. Taxiles etiam, inter potentes Indiæ reges, sponte se regnumque suum eius potestati permisit. cui & regnum restituit, & præter alia dona mille talenta dedit. Cum Poro vero memorabilis pugna, qui corporis viribus & animi magnitudine pariter conspicuus; bellum iam dudum audito Alexandri aduentu, summo studio præparauerat, quem Alexander conspicatus, humana prope statura maiorem, maximoque Elephanto insidentem, par animo suo periculum adesse videns, summis viribus prælium committit, ipse Porum inuadit,

sed primo congressu vulnerato equo cum præceps in terram cecidisset A
 suorum concursu seruatus est. Porus multis suorum millibus cæsis,
 vulneribusque pene confectus capitur; quem Alexander ob virtutis
 honorem maxima diligentia non solum curari iussit, sed etiam in re-
 gnum remisit. Conanti inde Gangem maximum Indiæ flumen tra-
 jicere, quem cum c c millibus hostium Aggramnem regem obsidere
 fama erat, milites labore fracti, & victoriarum fessi, cum lachrymis
 eum deprecantur, vt tandem bellandi finem faceret, & patriæ reditu-
 que meminisset. Motus iustissimis militum precibus, velut in finem
 victoriæ, castra solito magnificentiora fieri iussit, quorum molitioni-
 bus, & hostis terreretur, & posteris sui admiratio relinqueretur. inde B
 ad amnem Acesum peruenit, & per hunc ad Oceanum deuehitur, vbi
 varias gentes in deditiõnem accepit. Ad gentem deinde Mallorum
 ventum, validissimam Indiæ nationem, quorum cum munitissimum
 oppidum Alexander adortus esset, scalis admotis primus in muros
 euasit, à suis destitutus. nam milites, dum regem assequi student, mul-
 titudine sua scalas præfregere. ille rem ausus incredibilem, multoque
 magis ad famam temeritatis, quam gloriæ insignem; namque in vr-
 bem hostium plenam præcipiti saltu semet ipse immisit: itaque ho-
 stium vndique ad eum fit concursus, vt in vno capite orbis bella fini- C
 rent, & tot gentibus vltionem darent, nec minus Alexander infractõ
 animo resistit, & vnus aduersus tot millia præliatur. amici tandem
 vulgato eius periculo ad eum defiliunt, ex quibus multi cæsi aut gra-
 uiter vulnerati: tandem vero exercitus, ira & pudore plenus, dola-
 bris murum perfringit, & urbem irrumpit, incolasque omnes ferro
 & flamma delet. in eo prælio, sagitta bicubitali sub mamma traiectus
 fuit. cum sanguinis profluuiõ deficeret, genu posito tamdiu præliatus
 est, donec eum, à quo vulneratus esset, sua manu occideret. Curatio
 vulneris ipso vulnere grauior fuit. Itaque ex maxima tandem despe-
 ratione saluti redditus, cum lectissima manu Indiæ littora peragrat, D
 Oceanoque libamina dedit, felicem in patriam reditum comprecã-
 tus. Ac veluti curru circa metam actõ, positis imperii terminis, qua ter-
 rarum solitudines prodire passæ sunt, aut nauigabile mare esset, se-
 cundo æstu, ostio Indi fluminis inuehitur, atque hinc varijs difficulta-
 tibus superatis, terrestri itinere Babylonem redijt. Sufis vero Statyram
 Darij filiam in matrimonium accepit, atque optimatibus Macedo-
 num, lectas ex omnibus gentibus nobilissimas virgines tradidit, vt per
 connubia, Asia & Europa in vnum imperij corpus coalescerent. Maxi-
 ma etiam munificentia milites suos prosequutus, vt præmia & belli-
 cam prædam domum referrent, æs omne alienum quod militum luxus E
 contraxerat dissoluit, ad decem millia talentorum ascendisse scriptores
 memorant. Sed cum animos illorum hac immensa liberalitate sibi
 magis deuincire sperauerat, turbulentissima seditione exceptus fuit,
 missionem

- A missionem omnes postularunt, quia veteranos prolixo bello fractos domum remitteret. Seditiois auctoribus castigatis, cæteris ignouit. Hinc Babylonem adiit, vbi illum totius pene orbis legationes operiebantur. Adeo vniuersum terrarum orbem celebrati eius nominis fama conterruerat, vt cunctæ gentes veluti destinato sibi regi adularentur. Hic occurrentes illi Chaldæi vates, monebant ne urbem ingrederetur, testati hunc locum illi fatalem fore, mouerantque regem, ni Anaxarchus persuasisset, illorum prædictiones, vt incertas, vanasque, contemneret. Dum ibi conuiuio indulget, apud Medium Thessalum, hausto
- B Herculis scypho, media portione, veluti tælo confixus, ingemuit, elatusque è conuiuio semianimus tanto dolore cruciatus est, vt ferrum in remedium posceret. & clam se in Euphratem projicere in animo habuerat, nisi Roxane vxor obstitisset. Amici causam morbi commensationis intemperiem diuulgarunt. Reuera autem insidiæ ab Antipatro paratæ, qui cum charissimos eius amicos interfectos videret, multosque prouinciarum præfectos exquisitis supplicijs affectos, quod superbè auareque deuictis populis imperassent, se quoque ab Olympiade varijs criminationibus delatum, veritus ne ad militiæ societatem, sed ad pœnam, à rege euocatus esset, veneno illum occupare statuit, quod Cassandro filio tradidit. qui cum fratribus Philippo & Iolla potum regis prægustare soliti, in aqua frigida id habentes, prægustatæ portioni regis superfuderunt. Obijt in ipso ætatis flore xxxiii. anno Olympiadis centesimæ & vndecimæ primo anno. Statura fuit decora, & forma plane regia; vis in eo animi incredibilis, laboris patientia propemodum nimia, fortitudo non inter reges modo excellens, sed inter illos etiam, quorum hæc sola virtus: clementia in deuictos insignis, quam testantur tot regna, aut reddita, quibus ea ademerat bello, aut dono data. Mortis, cuius metus cæteros exanimat, perpetuus contemtor. Gloriæ, laudisque, vt iusto maior cupido, ita in iuvene laudanda. Tanta ille fiducia milites suos implebat, vt illo præsentem nullius hostis arma nec inermes extimuerint; cum nullo vnquam hoste congressus, quem non fuderit; nullam urbem obsedit, quam non expugnauit: nullam gentem adiit, quam non calcauerit. Et licet plurimum virtuti, plus tamen fortunæ debuit, quam solus omnium mortalium in potestate habuit. Quoties illum à morte reuocauit, quoties temere in pericula euectum, perpetua felicitate protexit? vitæ quoque finem eundem illi quem gloriæ. Exspectauere eum fata, dum Oriente perdomito, aditoque Oceano, quidquid mortalitas capiebat, impleret. Sed tempestiuum est ad nomismatum explicationem tandem deuenire.
- E I. Alexander est, in quo vigor quidem animi non vulgaris effulget. Ab auersa parte equus, sub cuius pedibus tridens iacet.
- II. Alexander cum cornu arietino in capite, vel potius in diademate. cur vero hoc gestauerit, in causâ, quod se Iouis Ammonis filium volebat

lebat credi quem cornibus præditum vetustas credidit, vt in Augusti A
Cæsaris numis videre est apud Goltzium. Lucanus etiam in VI.

*Ventum erat ad templum, Lybicus quod gentibus vnum
Inculti Garamantes habent: stat corniger illic
Iupiter, vt memorant, sed non aut fulmina vibrans,
Aut similis nostro, sed tortis cornibus Ammon.*

Vltima hæc verba nomismati nostro quadrant; sunt enim torta cor-
nua, seu arietina: non, vt plerique sibi persuadent, hircina, inducti for-
te à Plutarcho in vita Pyrrhi, qui commissurus pugnam cum Deme-
trio Poliorceta, stabat detracta casside, ac rursus capiti imponebat, vt
insigne hircinorum cornuum nosceretur. Græcus textus manifesto B
habet *τετρακκοῖς κέρας*. Villapandus etiam in Ezechielem adducit no-
misma Triphonis, in quo cassis est, cum cornu hircino ab vna parte,
& caput nudum ab altera. Certum tamen est arietina cornua fuisse,
vt hic nummus ostendit, & manifestius in Lysimachi nummis videre
est; Diodorus etiam Siculus lib. III. Ammonem arietinis cornibus in-
signitum fuisse narrat. *Ammon ille arietis caput effigiatum habebat, quod hoc
signo galeam in bellis ornatam gestasset. Non desunt tamen, qui reuera, & na-
turali quodam modo, cornua temporibus eius prominuisse fabulantur. & hinc
factum, vt filius eius Dionysius simili facie ostentetur. Et posteri cornutum fuisse C
hunc Deum, pro certo tradunt. Cuius imitatione Silius Italicus lib. XV.
Sacerdotem Ammonis cum galea cornigera depingit.*

Casside cornigera dependens insula, sacros

Præ se terrores diuūmque ferebat honores.

Non desunt qui hæc cornua in capite cincinnos capillorum fuisse di-
cant. Seruius Commentario ad XI I Aeneidos, vbi de Turno se ad du-
ellum parante

— *Simul aptat habendo*

Ensemque, clypeumque, & rubra cornua crista.

*Cornua crista, id est comas, quas Græci κέρας nominabant, vnde & κείρας di-
cunt tondere; cornua autem sunt proprie cincinni.*

De arietinis etiam cornibus Festus Pompeius. *Hamo cognominatus, qui
in arena putatur inuentus, quæ Græcè hoc nomine ἄμμοσ appellatur, cui cornua
adsinguntur arietis, à genere pecoris, inter quod inuentus est. Nonnunquam
vero gerebant cornua hæc in galea, vt Philippus Demetrii filius. de
quo Liuius lib. XXXVII. Expeditione ea, qua cum populatoribus agri ad Si-
cyonem pugnavit, in arborem illatus impetu equi, ad eminentem ramum, cornu
alterum galeæ perfregit. Id inuentum ab Aetolo quodam, perlatumque in Aeto-
liam ad Scerdiletum, cui notum erat insigne galeæ, famam interfecti regis
vulgauit.*

III. & IV. Alexander, diademate ornatus. ab auersa parte Cornucopia. E
in IV. vero Iupiter sedens, innixus hastæ puræ, cum victoria in manu.

V. Pallas cum casside. Hanc deam peculiariter Alexander coluit, vt
bellorum præsidem. nam in commentariis Alexandri mandatum fuit,
vt Mi-

A vt Mineruæ templum in Cyrno seu Corsica exstrueretur, aliudque in Ilio, quod nulli magnificentia concederet, vt auctor est Diodorus lib. xviii. In auersa parte victoria pennata cum palma, & corona, iuxta quam est anchora, quæ imperij firmitatem videtur ostendere.

VI. Similiter Minerua, & victoria ab auersa parte, cum tridente, ad naualem aliquam victoriam respicit.

VII. Præter Palladem victoria insistit bigis, cum corona.

VIII. Præter Palladem, trophæum est, vt in Philippi nummo. Pausanias negat vllum ab Alexandro trophæum excitatum.

B

TABVLA XXXII.

Alexander est leonino spolio ornatus, in Herculis memoriam, à quo Macedonum reges originem ducunt, de quo sæpius iam dictum. Sed nemo hoc clarius expressit Constantino Porphyrogenneta lib. ii. de Thematibus. *Ideoque Macedonia reges pro redimiculo & corona, & purpura regia, leonini capitis exuuijs se redimiunt, atque hoc gestamen coronam & ornatum esse censent, eoque magis quam pretiosis lapillis & vnionibus decorari putant. ac testis huius rei fide dignus est nummus Alexandri Macedonis, eiusmo-*

C *di figura insignitus.* Ab auersa parte vbique Iupiter $\text{A}^{\text{E}}\text{P}\text{O}\Phi\text{O}\text{G}$ cum hasta pura, sellæ insidens, quod mirandum non est, cum eius se filium passim prædicabat. sed miror nusquam Iouis Ammonis formam hic expressam. Sunt quædam minuta hinc inde signa adposita, quæ forte loci sunt insignia, vbi nomisma signatum est, vt in duobus rosa cum litteris PO . indicio Rhodi; Sphynx vero cum littera x . in Chio signatum nummum x . Ab Achæis, cæfas boues Eubœa, Pegasus. Corinthi. Et ita de cæteris.

TABVLA XXXIII.

D I. Aquila est cum fulmine, & claua Herculis, vt generis sui auctores Iouem & Herculem testaretur. In altero est aquila, quæ fulmen sub pedibus, & coronam rostro gerit, in memoriam forte victoriæ ad Arbellam de Dario, quo tempore aquila toto pugnae tempore circa Alexandrum visa. Q. Curtius lib. iv. *Cæterum siue ludibrium oculorum, siue vera species fuit. qui circa regem Alexandrum erant, vidisse se crediderunt, paululum supra caput regis placidè volantem aquilam, nec sonitu armorum, nec gemitu morientium territam, diuque circa equum Alexandri pendenti magis quam volanti similis apparuit. Certe vates Aristander, alba veste indutus, & dextera præferens lauream, militibus in pugnam intentis, auem monstrauit, haud*

E

dubium victoriæ auspiciam.

Sequentes quatuor Herculis arma referunt.

Duo mox nummi Venerem ab vna parte cum arcu & sagitta, vel cum pomo & scuto.

XII. XIII. Alexander cum leonino spolio. ab altera parte eques A cum palma & corona, & eques cum iaculo, cum inscriptione. ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. de qua supra tabula XXVI dictum, & adhuc aqua mihi hæret. In Augusti nummis non semel ΝΕΩΚΟΡΩΝ. illud occurrit.

XIIII. ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. sic etiam inter Augusti nomismata ΚΝΩΣΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Goltzius explicat, bis eo coloni deducti. Sed quid νεωκόρ? cum colonia, quæ Græcis *δοικία*? Et tota tabula sequens plena est hac voce.

T A B V L A X X X I I I I .

B

Primis nummis Alexander est conspicuus. auersâ partē duo templa sunt, in cuius vero honorem structa incertum. In alio nummo eadem templa, in quorum medio columna adstat, cui videtur superposita Minerua. Non abhorret animus suspicari, in honorem Iouis & Mineruæ esse condita.

VIII. IX. X. Mulier est sedens, quæ ingentem serpentem manu tenet. Olympiadem hanc ego puto esse, Alexandri matrem. qua nocte enim eam concepit mater, visâ per quietem est cum ingenti serpente C volutari. Plutarchus in vita Alexandri refert Philippum iuxta dormientis Olympiadis corpus conspexisse accubantem draconem; quæ res amorem charitatemque eius erga uxorem vehementer extinxit, adeo ut eius concubitum frequenter euitauerit; siue veneficia aliqua reformidans: siue illius consuetudinem Deo cuiquam, religione motus, permetteret. Immo cum hac de causa Delphos misisset Chæronem Megalopolitanum; responsum illi ab oraculo, iubere eum Hammoni rem diuinam facere, & hunc Deum imprimis venerari, ipsumque ex oculis alterum amissurum, quo in draconis forma concumbentem Deum cum Olympiade per ianuarum rimam aspexisset. Huius au- D tem fabulæ origo fuit, quod in Macedonia mulieres vniuersæ quas κλάδωνες & μιμαλλόνες vocant, Orphei sacris initiatæ, furore Bacchico afflatæ, multa solent perpetrare, sicut Edonides quæ Aemimontes incolunt Thressæ. Olympias his sacris initiata, eadem orgia horribiliori quodam modo atque barbarico peragebat. ad thyrsos enim & thyasos eximiæ magnitudinis angues mansuefactos adducebant, qui multiplicibus suis spiris per hederas & coronas illabentes, viros terrore simul & admiratione ingenti afficiebant. De his etiam serpentibus Lucianus, in Alexandro seu Pseudomante, refert Pellæ, Macedonum nobili quodam vrbe, frequentes conspici dracones immani magnitu- E dine, placidos admodum, & mansuetos, adeo ut à mulieribus alerentur, & cum pueris vna cubarent, & calcantes ferrent, neque commouerentur, si quis illos premeret stringeretque, denique non secus ac infantes

A infantes lac è papillis fugerent. Vnde verisimile est olim increbuisse illam de Olympiade fabulam, quum Alexandrum conciperet, huiusmodi quendam draconem cum illa concubuisse. Huic rei fidem facit sequens nummus, in quo cistula semiaperta, ex qua serpens erumpit. Inter Bacchi enim orgia cistæ erant, de quibus Valerius Flaccus Argonauticon lib. II.

— æraque circum,

Tympanaque, & plenas tacita formidine cistæ.

Et Theocritus in Bacchis.

ἵερὰ ἐν κίσταις πεπονημένα χερσὶν ἐλοῖσται.

Sacra è cista instructa manibus rapientes.

B Horatius vero Ode XIX lib. II. carminum de serpentibus in Bacchi sacris.

Tu separatis vuidus in iugis

Nodo coërces viperino

Bistonidum sine fraude crines.

XI. XII. XIII. Duæ ædiculæ ab vna parte, & miles armatus cum hasta & parazonio in sinistra. quâ forma virtus in Romanis nominibus non semel exprimitur. Est autem parazonium, gladius latus absque acie. Sequentes duo Mineruam habent sedentem, quæ victoriam manu gestat. Victoriam enim Mineruæ *πάρεδρον*, seu assestricem, datam dicit Phurnutus, quæ & in bello contra gigantes Ioui opem tulit. Tertius vero, ipsam Macedoniam turrato capite, quæ etiam victoriam porrigere videtur. ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.

XIII. Alexander, & auersa parte vir nudus, qui vna manu taurum, altera clauam tenet. Forte ad Herculis cum Acheloo luctam respicit.

XV. Alexander, & auersa parte equus, arrectis prioribus pedibus, cui iuuenis adstat cum chlamyde, & expansis manibus; puto allusum ad Bucephalum, nobilissimum Alexandri Magni equum, quem cum Philonicus Thessalus, Plutarcho teste, Philippo tribus ac decem talentis vendidisset, ferox adeo contumaxque visus est, vt neminem tergo fessorem admitteret, nec plaudentis vocem perferret. Grauitè id tolerante Philippo, atque vt indomitum abijci mandante, vetuit Alexander, ac correptum habenis equum contra solem conuersum stravit. animaduertèrat enim equum, dum prolapsam ante se vmbra agitari conspiceret, perturbari, inde ipso non nihil molliter circumducto, blandèq; iuba manibus attrectata, reiecta sensim chlamyde, securus equum ascendit, & cū cursum ipsum appetere cerneret, laxat habenas, & ipsum acrius vociferans infestis vrget calcaribus. Tacitum primo Philippum angebat sollicitudo, vt vero gestientem lætumq; videt habenas reflectere, ingens adstantium clamor insequitur. Pater vero gaudio illachrymasse traditur, descendentiq; caput exosculatus, aliud, inquit, tibi iam regnum quære, nec enim te Macedonia capit. Hic postea Bucephalus, regali stratus cultu, neminem passus præter Alexandrum ascendere.

Q

idemque

idemque vulneratus in Thebarum oppugnatione, in alium transire A regem non passus; multaque præterea eiusmodi, propter quæ rex defuncto equo duxit exequias, urbemque Bucephaleam in eius memoriam condidit. Dicitur autem Bucephalus, siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis, armo eius impressi, ut auctor est Plinius.

Reliqui nummi nulla explicatione indigent.

Κ Α Σ Σ Α Ν Δ Ρ Ο Υ .

C A S S A N D E R .

B

Cassander Chiliarchi munere ornatur. A Polysperchonte deficit. Olympias in eius fratres & amicos seuit. Mox à Cassandro necatur. Alexandri filios tollit. Thebas instaurat. Cassandriam condidit. Homeri studiosus.

*Diodorus
Siculus.*

EXtincto Alexandro in ipso ætatis & victoriarum flore, Macedo-
num proceres in partes distracti sunt; & dum nemo alteri virtu-
tis æmulatione concedere vult, in propriam perniciem armantur. C
Nam cum præcipui ducum de principatu contendunt, in maximas calamitates, & infinita bella Macedones præcipitant. quod Alexander extremo vitæ momento præfaga mente prædixisse fertur. Interrogatus enim ab amicis cui imperium relinqueret, respondit ei qui optimus; cæterum præuidere iam se, ob id certamen magnos funebres ludos sibi parari. Nec aliter euenit. Nam licet post magnas dissensionem Aridaum Alexandri fratrem (cui & Philippi nomen in patris memoriam inditum) regio nomine appellabant. Cæteris tamen ducibus magnæ prouinciæ attributæ, ita ut penes illum regni vmbra, pe-
nes vero hos imperij vires remanerent. D
Ptolemæo enim Ægyptus, Pithoni Media, Eumeni Paphlagonia & Cappadocia, Antigono Pamphylia, Lycia, & magna Phrygia, Cassandro Caria, Meleagro Lydia, Leonato Phrygia ad Hellespontum, Thracia vero & Ponticæ gentes Lyfimacho, Antipatro Macedonia Græciæque commissæ.

Aduersus quem Athenienses Ætolique grauißimum excitarunt bellum, ut oppressam Græciam in pristinum splendorem, libertatemque, restituerent: quod Lamiacum postea vocatum. Primo prælio Antipatrum fundunt fugantque, & Lamiaæ mœnibus includunt. Cæso mox Leosthene exercitus imperatore, in urbis obsidione, Græci iterum ab Antipatro superantur. Sed pace tandem firmata, Græciæ res ad nutum eius compositæ fuerunt. Qui hinc in Asiam trajiciens, ut Perdicæ & Eumenis conatibus resisteret, regum curator ibi electus,

A electus, in Macedoniam cum Aridæo & Eurydice reuertitur, vbi graui morbo correptus, fato functus est, designato prius Polysperchonte regum curatore, filioque Cassandro Chiliarchi munere tributo, vt secundus ab illo esset potentia. sed Cassander, spretis patris mandatis, indignum credidit, si Polysperchon nulla generis affinitate patri iunctus in imperio succederet, quando ipse matura iam ætate res administrare posset. quare occultis consilijs vndique amicos comparat, & à Polysperchonte defectionem meditatur. In Asiam itaque clam se recipit, vbi ab Antigono opibus & milite instructus, in Græciam redit. Polysperchon audita eius defectione, Cassandro amicis vrbes conatur eripere, & regum imperio subijcere; sed cum parum secundos ibi successus habuisset, statuit Olympiada Alexandri matrem ex Epiro in Macedoniam reducere, vt eius auctoritate Macedones à Cassandri fauore alienaret. Eurydice vero, Aridæi vxor, muliebri æmulatione, metuens Olympiadis impotentiam, Cassandrum euocat, eiusque auxilium implorat, sed frustra. nam cum marito in Olympiadis potestatem peruenit, atque ab illa interfecti fuerunt, postquam sex annis totidemque mensibus imperio præfuisent. Nicanorem etiam Cassandri fratrem necauit, & sepulchrum

C Iollæ fratris euertit, in vltionem Alexandri, vt iactabat: quibus etiam plures Cassandri amicos adiecit. quod vbi illi innotuit, summa celeritate, magnisque vndique contractis copijs, in Macedoniam festinat. cuius aduentum timens Olympias, Pydnæ se muris cum fidissimis suorum, & inutili illustrium fœminarum grege, inclusit. Cassander oppidum terra marique obsidet. cum extrema iam fame vrgeretur, Olympias diuturnæ obsidionis tædio victa, pacta salute, victoris se arbitrio permittit. Sed Cassander subornatis parentibus interfectorum, qui sumpta lugubri veste crudelitatem & impotentiam mulieris vehementer accusarent, adeo Macedones commouit, vt nullo habito pristinae maiestatis respectu, occidendam decreuerunt; immemores prorsus quod per filium eius, virumque, non solum vitam ipsi inter finitimos barbaros tutam habuissent, verum etiam maximas opes, imperiumque terrarum orbis sibi peperissent. Illa non muliebri quæstu percussores excepit, sed virorum fortium more, pro gloria veteri cecidit, vt Alexandrum posses etiam in moriente matre conspicere. Cæde hac peracta, Cassander Macedoniae regnum animo complexus Thessalonicem Philippi filiam, Alexandri ex eodem patre sororem, (licet Iustinus regis Aridæi filiam perperam dicat) vxorem sibi adscissit, vt per affinitatem regiae familiae se coniunctum ostenderet. Roxanem vero & Alexandri filium in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit, quos paulo post summo scelere interficit, ne vllus Alexandri successor superesset. Eiusque odio deletas Thebas instaurat, vigesimo post anno,

quam Alexander illas euerterat. Ratus se magnam gratiam apud cæ- A
teros Græciæ populos initurum, si antiquissimam nobilissimamque
urbem iterum instaurasset. In suis etiam perpetuam memoriam vr-
bem Cassandriam in Pallene condidit, in quam Cherronesi ciuita-
tum incolas plerosque, & Olynthiorum reliquias traduxit. Tantam
autem curam in hac amplificanda impendit, vt breuissimo tempore
omnes Macedoniae vrbes potentia superaret.

Haëtenus tamen à regio nomine abstinuerat. sed postquam An-
tigonus, victo nauali prælio Ptolemæo, à Demetrio filio suo regem
se filiumque appellare iussit, Cassander etiam regiam sibi maiesta- B
tem assumpsit. Circa id tempus enim Cassander omnem penitus Ale-
xandri sobolem extinxerat, quasi regnum Macedoniae, quod affecta-
bat, aliter consequi quam scelere non posset. Exorto mox bello in-
ter Antigonum cæterosque reges, Ptolemæum, Seleucum, Lysima-
chum, & Cassandrum; quod illius potentiam, & inexplebilem regnan-
di cupiditatem omnes timerent, copias quidem suas Cassander cum
Lysimacho vicino rege misit; sed ipse implicitus Græciæ negotijs do-
mi remansit, & hydrope correptus obiit, postquam xix annis Ma-
cedonico imperio præfuit. Addit Pausanias in Bœoticis, vermes adhuc
illo viuo è corpore eius erupisse. Refert Plutarchus in vita Alexan- C
dri, Cassandrum cum recens ex Macedonia ad Alexandrum in Ori-
entem venisset, vidissetque Barbaros quosdam Persarum more re-
gem adorantes, quod cum illi insolens nouumque videretur, in ef-
fusos cachinnos erupisse, Alexandrum ira percitum vtraque manu
cæsarie illius comprehensa parieti caput illisisse. qua de re tantus
pauor eius animum occupauerat, vt, cum posteriori tempore rerum
iam potitus Delphos venisset, ibique in Alexandri statuum Lysippi
arte formatam incidisset, tanto terrore eius conspectu percussus
fuerit, vt multo post tempore vix mentis eius turbatio sedari po-
tuerit. D

Hoc tamen in laudes eius ponendum, Homeri maxime fuisse stu-
diosum, adeo vt in ore maximam eius carminum partem habuerit,
priuatimque sibi tum Iliada ac Odyssæam describendam curauerit,
vt auctor est Athenæus.

Duo priores nummi Cassandrum leonino spolio more regio or-
natum, & auersa parte leonem habent, in Herculis memoriam. Ali-
quibus videbitur Alexandri Magni vultus, quod difficile credo;
cum dictum sit, Cassandrum summo odio Alexandri res prosequu-
tum fuisse.

III. Apollo est, & tripus ab altera parte. E

IIII. Cassander est diademate ornatus, & ab altera parte victoria
cum palma & corona, rostro nauis insistens. Refert enim Diodorus
Siculus lib. xviii. Cassandri ducem Nicanorem, cum socijs Antigoni
nauibus,

A nauibus, egregiam victoriam naualem aduersus Clitum Polysperchontis ducem circa Byzantinorum regionem obtinuisse, & classem victricem in Piræcum reduxisse, ornatam nauium hostilium rostris.

V. Cassander cum leonino spolio. & auersa parte vir equo insidens, protensa manu, tanquam milites alloqueretur.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

ANTIPATER, ET ALEXANDER.

B *Antipater matrem Theffalonicen occidit. A Pyrrho fugatur. A Lysimacho socero interficitur. Alexander à Demetrio occisus. Error eorum qui hoc nomisma ad Alexandrum Epirotam referunt.*

CASSANDRO ex Theffalonica, Philippi filia, tres fuere filij; Philippus, Antipater, & Alexander. Philippus, maior natu, Patri in imperio successit; quem miror ab Eusebio omissum, cum eius meminerit Plutarchus in vita Demetrii, Pausanias in Bœoticis, & Iustinus lib. xvii. sed exiguo hic tempore regnavit, nam tabe correptus perijt, Pausania teste.

Quo defuncto successit Antipater (quem Eusebius Antigonom vocat) vna cum Alexandro fratre. Sed in diuisione regni, cum Theffalonica mater in Alexandrum videretur magis inclinasse, ab Antipatro, infandum dictu, interficitur; cum etiam per materna vbera sceleratum parricidam deprecaretur. quod facinus eo grauius omnibus visum fuit, quod nullum maternæ fraudis vestigium appareret. quanquam in parricidio nulla satis iusta causa ad sceleris patrocina prætexi potest. Quare Alexander, in vltionem maternæ necis, tum vt se ab Antipatri violentia caueret, qui illam etiam conabatur regno expellere, Pyrrhum quidem ex Epiro, Demetrium vero ex Peloponneso euocauit. Demetrius aliis negociis implicitus, aliquantisper moratus; sed Pyrrhus superueniens, Antipatrum in fugam vertit: qui ad Lysimachum socerum confugiens, ab illo postea interfectus est.

Demetrio interim cum magnis copijs superueniente, magnus adolescenti regi iniectus est metus, ob auctoritatem nomenque viri, quem in regnum recipere periculosum ducebat. quare occurrens illi circa regni limites, honestissimis verbis illi pro labore suscepto gratias egit. Sed cum Demetrio nunciatum esset, ab Alexandro sibi strui insidias, vocatus ad conuiuium venit quidem, sed tanta satellitum turba stipatus, vt nihil Alexander tentare ausus sit:

à Demetrio vero postea inuitatus Alexander, cum feruente conuiuio A
 surrexisset Demetrius, territus adolescens simul & ipse consurgens De-
 metrii vestigia sequebatur. vbi ad ostium ventum est, annuit suis De-
 metrius, vt legentem vestigia sua confestim necarent: extemplo itaque
 Alexander multis vulneribus confossus, alijque nonnulli, qui illi con-
 nabantur opem ferre, quorum vnum dixisse ferunt, vna nos die De-
 metrius præuenit. Atque ita vterque fratrum interfectus est, cum IIII
 annis, Eusebio teste, tantum regnassent, & discordiarum meritas pœnas
 dederunt. Tota itaque Cassandri domus funditus extirpata breuî
 tempore fuit; & Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis extin- B
 ctæ, meritas pœnas, partim cæde, partim supplicio luit.

Antipatri nummi nulla explicatione indigent. tripodem enim pri-
 mus cum lauri ramo, & secundus Gryphem Apollini sacrum item cum
 lauri ramo habent.

Alexandri nummus magnificus est, & rarus. ipse iuuenili & decora
 facie conspicuus, elephantî proboscide ornatus, prominentibus den-
 tibus. ab auersa vero parte Minerua, cui aquila ad pedes adstat.

Nummus hic à Fulvio Ursino, Alexandro Epirotarum regi, (quem
 Gellius Molossum vocat) adscribitur. Sed contra omnem rationem.
 siquidem Alexander ille, Olympiadis frater, & Magni Alexandri pa- C
 truus, in Lucania iuxta urbem Pandosiam, & flumen Acherusium,
 periit, quo tempore nunquam elephantî in Europa visi fuerunt. Nam,
 Pausania auctore, Alexander Magnus, fracta Pori potentia, primus Eu-
 ropæorum regum elephantos habuit. post mortem vero Alexandri,
 tum alij reges, tum Antigonus habuit. Pyrrhus vero, superato Deme-
 trio, belluas cæpit, & primus in Italiam transuexit, vsusque est aduer-
 sus Romanos. quare nullo modo Alexandro Epirotarum regi adscri-
 bi hic nummus potest.

II. Minerua sedens inermis Gorgonem vna manu tenet, arma vero
 humi posita. ab auersa parte muliebris est vultus, velato capite; suspicor D
 esse pietatis effigiem. In Romanorum certe nomismatis exprimitur
 matronæ habitu, capite penè eodem modo velato, licet alia illi insig-
 nia in manibus erant. Siquidem acerram plerumque tenet, aut aræ
 adstat, vt in Antonini Pij & Hadriani nummis videre est. Cur vero
 pietatem suspicer, causa est; quod iuuenis hic cædem indignam ma-
 tris Thessalonices vltus est, eiecto Antipatro fratre parricida ex Ma-
 cedoniæ regno.

A
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ.

D E M E T R I U S.

Demetrius à Ptolemæo vincitur. Mox ducem eius Cillem superat. Athenas occupat. Ptolemæum nauali prælio superat. Regium nomen assumit. Antigonus in prælio ad Isson occisus. Macedoniam occupat. A Pyrrho mox expulsus. A Seleuco victus. In libera mox custodia perijt.

Demetrius Antigoni, quem *μονόφθαλμον* & Luscum vocant, & Stratonicus filius, inæquali prorsus vitæ genere clarus & conspicuus fuit. delicijs enim & luxu per ocium difflebat. vbi vero res seriæ gerendæ, studio & diligentia nemini inferior, maximisque curis illi par ingenium. Viginti duos annos natum Antigonus contra Ptolemæum Lagi F. Ægypti regem misit, qui Syriæ vrbes bello vexabat. Sed tiro aduersus virum, Alexandri magni palæstra induratum, prælio congressus prope Gazam vrbem, facile superatur; quinque suorum millibus **C**æsis, octo vero millibus captis, & omni regia supellectile in hostis potestatem redacta: quam tamen Ptolemæus, cum amicis in pugna captis, Demetrio restituit; summamque humanitatem verbis testatur, non se de opibus, sed de regno, & gloria, cum Antigono certare. Demetrius his benignè receptis, precatus deos ne diutius Ptolemæi se debitorem paterentur esse, sed facultatem quandoque darent, vt parem illi liberalitatem referre posset. Adhibita ergo maxima diligentia, copias collegit, militemque ludicris belli exercuit: sed cum Ptolemæus, secunda fortuna elatus; iuuenis conatus despiceret, ducem illi **D**obuiam Cillem, cum valida manu mittit. quem incautum Demetrius summa celeritate occupat, & cum vniuersis copijs in potestatem suam redegit. Ille non tam secunda victoria, spoliisque, lætus; quam vt Ptolemæo parem gratiam referret. ducem itaque Cillem cum amicis illi remisit, & Syria excedere coëgit. Halicarnasso inde imminentem Ptolemæum superueniens derepente submouit. quibus ex animi sententia gestis, animum adiecit ad liberandam Græciam à Cassandri & Ptolemæi seruitute. Hoc sibi imprimis decorum, & apud omnes magnificum fore duxit. Maxima igitur classe instructa, tanta celeritate Piræum inuectus fuit, vt aduentus sui nuncios, ipsamque penè famam præuerterit. Athenienses amicos Ptolemæi naues suspicati, ad portum **E** conuolarunt; sed conspectis Demetrii insignijs, trepidatum ibi tanquam in capta vrbe. Ille, per præconem sedato tumultu, significauit populo, se ab Antigono patre missum, vt excusso Cassandri & Ptolemæi iugo in pristinam libertatem illos restitueret, vt patrijs legibus

deinceps viuerent. quibus cognitis, populus deposito terrore, Deme- A
trium vt feruatorem suum inuocantes, se suaque illi dedunt, & inusi-
tatis illum honoribus afficiunt, duasque Tribus veteribus, in patris
suique memoriam, adiiciunt, Antigoniam & Demetriadem. Hoc
pacto Athenienses decimo quinto anno post Lamiacum bellum, quo
sub alieno imperio vixerant, pristinam libertatem recuperarunt.
Cognito mox à Ptolemæo magnam ornari classem, & ingentes terra
marique comparari copias in bellum: summo dolore conceptum
Græciæ vniuersæ liberandæ studium intermittit, & in nouum hoc
bellum omnes vires intendit. collectisque vndique copijs, versus Cy- B
prum nauigat, vbi Menelaum Ptolemæi fratrem, cum non spernenda
classe sibi obuium, fudit fugauitque. quem statim Ptolemæus exce-
pit, maximis instructus copijs: acri pugna inter æmulos infestisque
reges certatum, sed, vincente egregiè Demetrio, Ptolemæus cum octo
nauibus fugam arripuit. Septuaginta in Demetrij manus peruenere, vt
& Menelaus, qui ad Salaminem cum magnis copijs præstolabatur
pugnæ euentum. Illustri hac victoria parta Antigonus, gaudio exul-
tans, se filiumque reges à militibus vocari passus est; quod ante hunc
diem nemo Alexandri ducum tentarat. quorum exemplum sequuti
cæteri regium nomen passim adsumserunt. Interim Cassander per ab- C
sentiam Demetrij Atticam inuadit, & Athenienses suo conatur impe-
rio subijcere. quod vbi Demetrio nunciatum, ex incontinenti cæteris
rebus postpositis cum classe cccxxx nauium aduersus Cassandrum
expeditionem suscepit, nec solum Athenarum obsidionem coegit sol-
uere, sed tota pene Græcia expulit. Hinc in Peloponnesum profectus.
hostes, eius aduentu cognito, præsidia vrbibus deducunt; sicque Si-
cyonem, Argos, Corinthum, Arcadium in antiquam libertatem resti-
tuit. Occupato illo in liberanda Græcia, euocatur ab Antigono, qui
conspiratione cæterorum Regum, Seleuci nempe, Ptolemæi, Cassandri,
& Lyfimachi, bello ingenti petebatur. Propter itaque ad patrem con- D
tendens, cui supra lxx millia peditum, & decem millia equitum sub
signis erant. nec pauciores copias aduersarij habebant. Itaque collatis
signis prope Iffon, Phrygiæ locum, cum Demetrius validissimis equi-
tum turmis Antiochum Seleuci filium adortus esset, atque in fugam
vertisset, immoderato vincendi studio diutius illum persequitur, vt
victoriam sibi è manibus eripi passus fuerit. Nam cum hostes pedi-
tum copias auxilio equitum destitutas viderent, magna vi Antigonum
adorti, qui filium exspectans, cum præsentis periculo nollit cedere,
multis vulneribus confectus, periit ætatis anno lxxx. Demetrius vero
cum reliquijs tanti exercitus in Græciam contendit, sperans sibi Athe- E
nas tutissimum refugium fore, quas magnis beneficijs affecerat. sed
cum prope Cycladas peruenisset, Atheniensium legati obuiam illi
facti, ferentes populum Atheniensium decreuisse nullum deinceps in
vrbe

A vrbe suscipiendum regem: quare hortati Demetrium, vt ab ingressu Athenarum abstinere vellet. Quo ille inopinato nuncio perculsus, & incredibili animi dolore affectus fuit; sed dissimulata indignatione, nullum alienati animi indicium præ se tulit, tantum petijt, vt naues sibi mitterentur, quæ in Piræo essent, extemplo cum omni classe Lysimachi regnum inuasit. Vbi cæptis suis iterum adspirare fortuna cæpit, nam & vires quotidie augebat, & Seleucus filiam eius Stratonice in vxorem sibi petijt. Hanc inopinatam felicitatem non aspernatus Demetrius, assumpta filia cum omnibus in Syriam properauit, sed

B cum à Seleuco peteret, vt accepta pecunia Ciliciam sibi restitueret, vel saltem Tyrum ac Sidonem, neutrum ab inhumano genere obtinere potuit. Hac licet spe deiectus, animum non despondit, assuetus fortunæ incerta magno animo ferre. Amicorum litteris interim in Græciam euocatur, vbi magnæ turbæ; in Atticam itaque cursum flectit, vbi licet fœda tempestate plurimas naues perdidisset, relictis copijs Athenas obsedit, & ad summam inopiam ciues adduxit: qui desperatis omnibus rebus, se suaque illius arbitrio permiserunt. qui licet iure in ingratos Athenienses sæuire posset, maluit illos clementiæ suæ testes esse: condanat illis noxam, & decem millia medimnûm frumenti populo inopia oppresso largitur. Sed Musæum valido præsidio communit, vt hoc freno ciuitatem sibi morigeram haberet in posterum. Recuperatis Athenis, in Laconiam copias mouet, & Archidamum Lacedæmoniorum regem sibi obuiam factum fundit fugatque, & parum abfuit, quin Spartam caperet; sed euocatus in Macedoniam ab Alexandro Cassandri filio aduersus Antipatrum fratrem, qui matrem Thessalonicen summo scelere occiderat, Græciæ res in aliud tempus reiecit. Vbi in Macedoniam venit, Alexander tanti viri præsentiam reformidans, honestis verbis conatus illum dimittere; sed obortis suspitionibus quasi Demetrio Alexander insidias strueret, incautum iuuenem Demetrius occidit, apud Macedones factum excusauit, nec fecisse se, at occupasse insidias dixit: siquidem priorem ab Alexandro se petitum allegauit, æquiusque esse, se Macedonia imperare quam Cassandri sobolem, siquidem patrem regiæ stirpis extinctorem fuisse, non fœminis, non pueris pepercisse, nec cessasse quoad omnem regiam sobolem sustulisset. Horum scelerum vltionem, quia ab ipso Cassandro nequisset exigere, ad liberos eius transtulisse. Hisce mitigato populo, Demetrium tanquam hereditarium & legitimum regem lubenti animo cuncti receperunt. Occupata Macedonia & Thessalia, in Bœotios bellum mouit, & Thebas molesta obsidione cum tandem expugnasset,

E bella ex bellis serendo, animum vertit, vt auitum Asiæ regnum recuperaret. Maximis itaque comparatis copijs, quantas hactenus nemo Alexandri successorum habuisset, vicinos reges ita conterruit, vt ad illum opprimendum, Seleucus, Lysimachus, & Ptolemæus conspirarent,

rent, qui & Pyrrhum illi hostem excitarunt. Hic repente Macedo- A
 niam ingressus cum cuncta ageret ferretque, obuiam procedit illi De-
 metrius, vt sua tutaretur. Sed cum nimio suo fastu militibus suis odio-
 sus esset, seditione excitata, illo relicto ad Pyrrhum omnes transfuge-
 runt, quare deposito regni cultu, & vulgari chlamyde tectus, fugam
 arripuit, cum septem annis Macedoniae imperasset, nec difficilius illam
 amisit, quam prius acquisiuerat. Cum itaque tot hostibus vndique
 impeteretur, in Asiam reliquas vires vertit, conatus prouinciam ali-
 quam hostilem occupare, sed multis vndique difficultatibus confi- B
 ctatus, magno tandem praelio à Seleuco victus, omnibus rebus defi-
 cientibus, Seleuci potestati se permisit, cum honestius mori potuisset.
 qui primo insignem humanitatem Socero suo afflicto, & omnibus
 fortunis spoliato, voluit ostendere. Sed vt sunt regum animi maximis
 suspicionibus obnoxij, commutata repente voluntate in Syriacam
 Cherronesum abduci, firmisque custodijs seruari iussit. illique omnia
 preberi iussit, quæ ad vitam amœnam lautamque spectare possent. Hic
 cum per triennium Demetrius otio & luxu saginatus esset, ex graui
 morbo obiit, anno LIII. Vir magnus, & si quis alius fortunæ incertis
 exercitus, bellicis machinis parandis summopere intentus, quas admi-
 randa magnitudine & pulchritudine faciebat, vt erant machinæ eius C
 helepoles, & naues multarum ordinum. nemo enim ante illum na-
 uem sedecim ordinum exstruxerat, vnde verissime dictum illud fer-
 tur. Demetrii opera magnitudine sua etiam amicis stuporem, pul-
 chritudine vero & symmetria sua hostibus etiam voluptatem adferre
 solita. Nomen illi Poliorcetæ ab urbium expugnatione inditum, vnde
 miror quid sibi velit huius nummi inscriptio ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
 ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Et nisi me coniectura fallit, puto hunc num-
 mum extra ordinem hic interiectum, potiusque ad Syriæ reges quam
 Macedoniae referendum. Nam inter Syriæ reges Demetrius, Ο ΝΙΚΑΝΩΡ.
 seu ΝΙΚΑΤΩΡ, Demetrii ΣΩΤΗΡΟΣ filius fuit. Noster vero Mace- D
 doniæ rex Πολιορκήτης à Plutarcho cæterisque scriptorum probatissimis
 vocatus fuit. cuius nomismata visuntur tabula xx. Demetriade, quam
 à Demetrio hoc exstructam diximus.

Π Υ Ρ Ρ Ο Υ .

P Y R R V H S.

*Pyrrhus corruptis Demetrii militibus Macedoniam occupat,
 quam cum Lysimacho diuidit. Et mox amittit. Antigonum
 Demetrii superat. Argis interficitur.* E

DE Pyrrho tabula quarta dictum, vbi de Epiro egimus, nunc de
 illo tantum mentio habenda, quod Macedoniae aliquantulum impera-

A imperauerit, siquidem glifcente bello inter Demetrium ceterosque reges, qui paternum illius regnum inter se diuiferant, Pyrrhus etiam in societatem belli ab illis receptus est, & fœderis cum Demetrio pacti rescindendi auctores fuerunt. Itaque cum Ptolemæus Græciam inuassisset, Lyfimachus superiorem Macedoniam vreret, ipse ratus inferiorem Macedoniam præsijs vacuam fore, quod aduersus Lyfimachum ^{Plutar-} Demetrius profectus esset, summa celeritate Beroeam, præcipuam vr- ^{chus.} bem, inuasit. quod vbi in castris Demetrii nunciatum, summopere tumultuari Macedones. Itaque statim copias aduersus Pyrrhum mo-
 B uit, ratus se promptiores habiturum Macedones aduersus externum hominem, quam aduersus Lyfimachum, clarissimum ducem, & Alexandri commilitonem. Sed Pyrrhus, multis corruptis, alios clam in castra Demetrii submisit, qui summis laudibus Pyrrhum extollerent, vt bello inuictum, humanitate & fortitudine egregium, & Alexandro Magno dignum. Quæ adeo Macedonum auribus placuere, vt palam Demetrio dicerent, recte illum sibi consulturum, si sponte Macedonia excederet; qui visa hac repentina animorum mutatione, paucis comitum assumptis, clam aufugit; Pyrrhusque in castra receptus summis acclamationibus Macedonia rex salutatur. Sed adueniente postea Lyfi-
 C macho, qui communibus armis spoliatum regno Demetrium dicebat, atque ideo diuidendam inter se Macedoniam; Pyrrhus, cum nondum Macedonum ingenijs fideret, Lyfimachi voluntati acquieuit. sed, profligato in Syria Demetrio, assiduum inter pares discordiæ malum, bellum inter illos commouerat. Superatus apud Edissam Pyrrhus, ac inopia com meatu laborans, cum indies cerneret à se populos deficere, cum Epirotis suis in auitum regnum regreditur, cum mensibus v. Macedonum regno tantum præfuisset, quod eadem prorsus celeritate qua acquisiuerat etiam amisit. Hinc enim in Romanorum bellum delatus, cum Tarentinis aduersus illos opem ferret. vbi cum
 D non ex animi sententia res illi cederent, iterum in Epirum reuersus, collectisque copijs, Macedoniam prædabundus inuasit; deinde Antigono Demetrii filio bellum mouit, quem non magna pugna superatum Macedonia expulit, sed nondum firmato imperio à Cleonymo Spartam auocatur, & hinc Argos inuadit, sed vbique reiectus, Argis pugnans interficitur.

Nomismata ab vna parte Mineruam armatam, ab altera vero Cererem referunt, capite spicis ornato. Miror nullam eius effigiem expressam, vt supra tabula quinta.

E

ΑΥΣΙ-

Philosophia deditus. Callisthenis auditor. Leoni an obiectus fuit. Ferocissima gentes illi, ut fortissimo, attributa. A Getis captus. Agathoclem filium occidit. A Seleuco victus, & casus.

Lysimachus nulli Alexandri commilitonum nobilitate inferior, sed virtutis experimentis multis superior. Gloriæ enim militari philosophiæ studia coniunxit, quæ adeo pertinaci animo prosequutus fuit, ut, cum Alexander Magnus egregium illum philosophum Callisthenem, propter salutationis Persicæ interpellatum morem, insidiarumque, quæ illi à nobilissimis Macedonum paratæ fuerant, conscium fuisse ratus esset; mutilatis auribus, nasoque, & labijs, insuper cum cane in cauea clausum ad terrorem cæterorum circumferri iussit, tunc Lysimachus assiduo Callisthenem audire, & præcepta virtutis ab eo recipere solitus; miseratus tanti viri, non pœnæ, sed immodicæ libertatis pœnas pendentis, venenum illi in remedium calamitatum dedit. Quod adeo ægrè Alexander tulit, ut objici ferocissimo leoni illum iusserit. Sed cum ad conspectum eius concitus leo impetum fecisset, ille manum chlamyde inuolutam, in os feræ immerfit, arreptaque lingua leonem exanimavit. Cui tamen narrationi refragatur Q. Curtius lib. VIII. Quatuor continuis æt. tibus intactum saltum fuisse constabat; quem Alexander cum toto exercitu ingressus, agitari undique feras iussit, inter quas cum leo magnitudinis raræ ipsum regem inuasurus incurreret, forte Lysimachus, qui postea regnavit, proximus Alexandro venabulum obijcere feræ caperat, quo rex repulso, & abire iusso, adiecit, tam à semet quam à Lysimacho interfici posse leonem; Lysimachus enim quondam cum venaretur in Syria occiderat eximie magnitudinis feram solus, sed leuo humero vsque ad ossa laceratus ad ultimum periculi pervenerat; id ipsum exprobans ei rex, fortius quam locutus est fecit, nam feram non excepit modo, sed etiam vno vulnere occidit: Fabulam quæ obiectum leoni à rege Lysimachum temere vulgavit, ab eo casu quem supra diximus, ortum esse crediderim. Sed receptæ opinioni fauent Iustinus, Plutarchus, & Plinius, qui etiam non multum hoc factum Lysimachi admiratur. Principatu Claudij casus rationem docuit, pudendam pene talis feræ nomine, pastoris Gætuli sago contra ingruentis impetum obiecto: quod spectaculum in arenam protinus translatum est, vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quamvis leui iniectu operto capite, ita ut deuinciatur non repugnans. Videlicet omnis vis constat in oculis; quo minus mirum sit, à Lysimacho Alexandri iussu simul incluso strangulatum leonem.

Iustinus
lib. xv.

Lib. VIII.
cap. xvi.

A Hoc factum Lysimachi cum regi nunciatum esset, admiratio in satisfactionem cessit, charioremq; eum propter constantiam tantæ virtutis habuit. Lysimachus quoque magno animo regis veluti parentis contumeliam concoxit. Denique ex pectore huius facti memoria exturbata, postea in India insectanti regi palantes hostes quosdam, cum à satellitum turba equi sui celeritate desertus esset, solus ei per immensas arenarum moles cursus comes fuit; quod idem antea Philippus frater eius cum facere voluisset, inter manus regis expirauerat. Sed Lysimachum defiliens equo Alexander hastæ cuspide ita vulneravit in
 B fronte, vt sanguis aliter sisti non posset; quam diadema sibi ademptum rex alligandi vulneris causa capiti eius imponeret. quod auspiciū primum regalis maiestatis Lysimacho fuit. Post mortem vero Alexandri, cum inter successores eius prouinciæ diuiderentur, ferocissimæ gentes, Thraces nempe, & Ponti accolæ, quasi omnium fortissimo assignatæ sunt. Adeo etiam consensu vniuersorum palmam virtutis inter cæteros tulit. Ille autem cupiditate proferendi imperij ductus primum Odrysijs bellum intulit, deinde Dromichetæ, Geta-
 C rum regi. Sed cum incidisset in bellicosos viros, & militum numero longè superiores, aquæ penuria conflictatus, viuus in hostis sui potestatem deuenit. qui cum frigidam bibisset, Dij boni, inquit, quam ob breuem voluptatem summa excidi felicitate. Sed benignum natus victorem, libertate ab illo & regno donatus est; monitusque,
 cum gentis suæ inopiam illi commonstrasset, ne similibus hominibus bellum inferret, sed eis potius amicis vteretur.

*Plut. lib.
De sanitate
tuenda.*

*Strabo lib.
VII.*

Perturbatissima mox incidere tempora, distractis in mutuam perniciem Macedonum ducibus. Ille societate cum Ptolemæo, Seleuco, & Cassandro inita, Antigoni opes, regnumque pessumdedit; postea etiam Demetrium, auxiliantibus cæteris regibus, & Pyrrho, Macedonia expulit, quam cum Pyrrho aliquantum temporis possedit. sed ortis postea cum Pyrrho dissidiis, conciliatisque sibi procerum animis, Macedoniam totam occupauit. sed cum iam prouecta esset
 D ætate, & numerosa prole instructus, atque ex Agathocle filio magnæ spei nepotes illi essent, animum tamen ad nuptias vertit, quæ toti eius familiæ funestæ & exitiosæ fuerunt. Siquidem Arsinoem duxit, Ptolemæi Lagi filiam, cuius sororem Lysandram Agathocles habebat. Hæc de liberis sollicita, ne post Lysimachi mortem in potestatem Agathoclis venirent, ipsi Agathocli insidias struxit. siue quod eius amore incensa Arsinoe, repulsam à iuvene tulisset, apud patrem criminata filium, adeo suspicacem senem commouit, vt innoxium iuue-
 E nem, quem in successorem regni ordinauerat, per quem multa bella prosperè gesserat, veneno sustulit.

Hæc prima mali labes, & impendentis ruinæ initium fuit. nam paricidium, Principum cædes sequutæ sunt; quod occisum iuuenem

R

impen-

Iustinus
lib. xvii.

impensius lugerent, itaque & hi qui copijs præerant certatim ab A illo defecerunt. Philatarus etiam, qui regiam Lyfimachi pecuniam asseruabat, cum acerbissimum innoxij iuuenis casum iniquo ferret animo, & Arfinoës insidias metueret, occupata Pergamo, quæ supra Caycum est, omnes thesauros Seleuco, tum se quoque tradidit. Quibus compertis Lyfimachus in Asiam trajicere festinauit, vt Seleucum præuerteret. Vltimum hoc certamen Alexandri commilitonum fuit, & velut ad exemplum fortunæ par hoc gladiatorum nobile seruatum videbatur. Lyfimachus LXXIV annos natus erat, Seleucus vero LXXVII. Sed in hac prouecta ætate, vtrique animi iuueniles erant, & profunda inexplabilisque imperij cupiditas. quippe cum orbem terrarum duo soli tenerent, angustijs sibimet inclusi videbantur, vitæque spacium non annorum numero, sed imperij terminis metiebantur. In eo bello Lyfimachus, amissis antea varijs casibus xv liberis, non instrenue moriens, postremus domus suæ cumulus accessit, cum Macedonia annis quinque præfuisset. Mortem eius portenderat maximo terræmotu euerfa Lyfimachia, quam ante xxxi annos Lyfimachus in Thraciæ Cherroneso condiderat. Ferunt hunc adeo fortuna sua inflatum fuisse, eoque superbix ac vesaniæ prouectum, vt Byzantium legatis, ad illum venientibus, dixerit, *Nunc C ad me Byzantij veniunt, cum hasta cælum tango. Cui Pasiades Byzantius tunc præfens, abeamus hinc, inquit, ne cuspide perforet cælum.* Huic etiam canis fuit nobilis, Hyrcanus nomine, qui cadaveri eius solus adfedit, & cum illud cremaretur, in flammam domini desiderio se coniecit.

Plutarchus
lib. 11. De
fortuna
vel virtute
Alexandri

Nomismata Lyfimachi nulla explicatione indigent. siquidem ab vna parte caput eius spectatur cum arietinis cornibus, multi suspicantur Alexandri esse. ab auersa vero parte Minerva sedens cum victoria in manu. Sed non possum non monere lectorem, viros doctissimos Angelum Politianum, & Cælum Rodiginum, deceptos fuisse D in inquirenda causa, cur Lyfimachi regis facies in nomismatis sit cornigera, ille cap. LXXIX Miscell. hic vero Antiquarum Læctionum lib. xx. cap. xii, referunt ex Appiano, Lyfimachum aliquando taurum, ex sacrificio Alexandri elapsum, manibus retinuisse, ideoque statuis eius apponi cornua. Sed memoria vterque lapsus, quod enim illi Lyfimacho, id Appianus in Syriacis Seleuco tribuit. Verba eius sunt, καὶ τῷ σώματι ὄντι βρώσῳ τε καὶ μεγάλῳ, καὶ ταδρον ἄγρον, ἐν Ἀλεξάνδρῳ θυσία ποτὲ ἐκθορῶντι τῶν δεσμῶν, ὑποστέλλῃ μόνῳ, καὶ τῆς χειρὸς μόνῃς κατέρρασι μόνῳ, προσιθέασιν ἐς τοὺς ἀνδράνας ἵππῃ τῷ δὲ κέρει. Et quia vasto robustoque corpore fuit, adeo vt ferum taurum sacrificante Alexandro vinculis ruptis profugum, E solus cornibus arreptum retinuerit manibus, affingunt eius statuis cornua.

Vltimo

A Ultimo vero nummo potius videtur esse Alexandri Magni effigies, quam Lyfimachi, in honorem magni eius regis.

Π Τ Ο Λ Ε Μ Α Ι Ο Υ Κ Ε Ρ Α Υ Ν Ο Υ .

P T O L E M Æ V S C E R A V N V S .

B *Seleucum sustulit. Nuptias sororis Arsinoës appetit. Macedonia solus potitur. Cassandriam occupat, sororis filios tollit, illam expellit. A Gallis casus. Cur Ceraunus dictus.*

P Tolemæus Ceraunus, Ptolemæi Lagi, quem Σωτῆρα vocant, filius natu maior, a patre tamen Aegypti regno est exclusus, & iuniori fratri Philadelpho viuens illud tradidit, causamque populo probauit. Hic itaque regno auito eiectus, ad Seleucum confugit, cum sorore Lyfandra, Agathoclis vxore, post necem mariti à Lyfimacho crudeliter pepetratam. Hic non solum in sororis vltionem Seleucam stimulauit, sed victoria exultantem, quod solus de Alexandri cohorte superesset, victorumque victor existeret post menses septem, per insidias circumuentum occidit, regnumque Macedoniae, quod Lyfimacho eripuerat, cum vita pariter amisit. Itaque Ptolemæus, cum ob memoriam magni Ptolemæi patris, & in fauorem vltionis Lyfimachi, ambitiosus apud populares esset, primum Lyfimachi filios, qui ex Arsinoe reliqui erant, conciliare sibi statuit, nuptiasque Arsinoes sororis suæ, matris illorum, appetijt, puerorum adoptione promissa, vt cum in locum illorum successisset, nihil illi moliri vel verecundia matris, vel appellatione patris, auderent. Interim Antigonom Demetrij filium residuis Macedoniae vrbibus exiit, atque ita, cum vniuersæ Macedoniae imperaret, affinitatemque cum Pyrrho, ne quis ab externo hoste metus esset, data ei in matrimonium filia, contrahit. Animum deinceps impium ad domestica scelera conuertit. insidijsque Arsinoem sororem suam adortus, quibus & filios eius vita, & ipsam Cassandriam potentissimæ vrbis dominatione exueret.

E Itaque fingit se sororis suæ vehementissimo amore detineri, quare matrimonium eius se sollicitare, mandatque se velle cum filijs eius regni consortium iungere, paratus quibus vellet obsecrationibus apud patrios deos se obligare. Arsinoe diu anceps quid faceret, nam fratris illi scelerata mens suspecta erat; sperans tamen suo matrimonio liberos suos se protecturam, in nuptias tandem consentit. Pompa nuptialis luxu læritiaque omnium celebrata fuit, vocatoque exercitu ad concionem, capiti sororis diadema imponit, reginamque

consalutat, quo nomine vehementi gaudio delibuta, quia, quod A morte Lyfimachi mariti amiserat decus, recepisset, sponte Ptolemæum in urbem suam Cassandriam inuitat: cuius urbis cupiditate ille ardēbat. Prægressa itaque virum, diem festum urbi in eius aduentum indicit, domos, templa, puluinaria deorum exornari iubet, aras vbiq̄ue hostiasque disponit; filios quoque suos Lyfimachum sedecim annorum, & Philippum triennio minorem, coronatos occurrere iubet. quos Ptolemæus ad celandam fraudem, cupidè & vltra modum veri affectus complectitur. Vbi ad portam ventum est, occupari arcem iubet, puerosque interfici; qui cum ad matris gremium confugissent, inter ipsos amplexus, immanissimè, nequicquam conante Arsinoe corpore suo illos protegere; & ne quidquam crudelitati summæ deesset, funeribus etiam filiorum spoliata, scissa veste, cum duobus seruulis vrbe exigitur, & Samothraciam in exilium mittitur. Eo infelicio, quod cum filijs defungi miserijs suis non potuit. sed non permiserunt superi. tot scelera eius diu impunita fore eo enim tempore Galli, auitis sedibus relictis, magno hominum examine vicinas omnes prouincias ferro proterentes, occuparant. Quorum pars in Macedoniam se effudit; à quibus Ptolemæo pax oblata, si eam emere velit. ille paracidiorum furijs agitato, intrepidus illorum aduentum exspectat, cum paucis & incompositis militibus. Dardanorum quoque legationem, viginti millia armatorum in auxilium offerentem, spernit; addita in super contumelia, actum de Macedonia dicens, si, cum soli totum orientem perdomuerint, nunc in vindictam ciuium Dardanis egeant. Inter suos etiam gloriatur, Gallos pacem petere, belli metu: nec minus ferociter illorum legatis respondit, aliter se pacem daturum negans, nisi depositis armis; principes suos dederent. Renunciata legatione, risere Galli stolidam inconsiderati iuuenis confidentiam. Itaque paucis interiectis diebus, prælium confertur, vbi Galli, duce Belgio, Macedones & numero & ordine inferiores fundunt. Ptolemæus, multis vulneribus confossus, in potestatem hostium venit, cui caput amputatur, & lancea fixum tota acie ad terrorem Macedonum circumfertur. qui plerique in prælio perierunt. paucos fuga, aut syluæ, texerunt. Atque ita vnus temeritas inclytum Macedoniae regnum magna clade afflixit. Sed ipse dignas paracidij pœnas luit. Ferunt amicos quosdam Ptolemæi Cerauni per quietem vidisse illum à Seleuco in ius vocari, vulturibus & lupis disceptationi præfectis, ipsumque multas carnes inter hostes distribuere. an non clades hæc illorum somniò respondit? nouem tantum mensibus regno, per summum scelus adeptus, præfuit.

*Plut. lib.
De his qui
sero à numine puniuntur.*

Ptolemæi nummus interpretatione non indiget. Cur Κέραυνο vocatus? Auctor est Pausanias in Phocicis, ob nimiam audaciam, vel celeritatem,

A ratem in agendis, eum *κέραυνόν*, seu fulmen cognominatum. Nummus eius, vt & Lyfimachi, Alexandrum Magnum exprimit.

M E Λ E A Γ P O Y.

M E L E A G E R.

Q Vis iste Meleager sit, incertum; à Iustino, & Diodoro, nulla eius fit mentio. Eusebius duobus illum mensibus regnasse scribit; non fuit enim iste Meleager ex Alexandri purpuratis. Nam Perdiccæ dolo, in templo quo confugerat cæsus fuit, vt auctor est Q. Curtius. Hercules est, leoninis exuuijs induus, & ab auersa parte agitator cum quadriga.

A N T I Π A T P O Y.

A N T I P A T E R.

N Vsqum huius Antipatri memoriam inuenio, nisi apud Eusebium, qui hunc xxxiii Macedonia regem recenset, & xlv dies regnasse dicit.

I. Antipatri facies, nummum semilunæ cum stellis circumdant. ab aduersa parte Herculis arma cum claua & pharetra.

II. Idem videtur Antipater spolio leonino tectus. ab aduersa parte, equus, de quo supra sæpius dictum.

Σ Ω Σ Θ Ε Ν Ο Υ.

S O S T H E N E S.

*Gallos superat. Regno preponitur ob virtutem.
A Brenno mox victus.*

P Ostquam Ptolemæi Cerauni temeritate, ingenti clade Macedones à Gallis affecti fuerunt; trepidatum tota Macedonia, portæ urbium passim clausæ, luctu & mœrore cuncta replētur: nunc Alexandri & Philippi regum suorum nomina, sicuti numina, in auxilium vocabant; sub illis non solum se tutos, verum etiam victores orbis terrarum extitisse. Desperantibus omnibus de patriæ salute, non votis agendum Sosthenes, vnus de Macedonum principibus, ratus; contracta iuuentute, & Gallos victoria exultantes magno prælio compescuit, & Macedoniam ab hostili populatione defendit. Ob quæ virtutis beneficia, multis nobilium regnum affectantibus, ignobilis ipse, sed virtute conspicuus

præponitur, & cum rex ab exercitu appellatus esset; ipse non in regis, A
 sed in ducis nomen iurare milites passus fuit. Interea Brennus, quo
 duce Gallorum portio in Græciam se effuderat, audita victoria suo-
 rum, qui duce Belgio Macedones nuper deuicerant, indignatus parta
 victoria opimam prædam, & Orientis spolia tam facile relictæ esse,
 adunatis c l millibus peditum, & x v millibus equitum, in Macedo-
 niam irrumpit: & cum agros villasque passim popularetur, occurrit ei
 cum instructo Macedonum exercitu Sosthenes. sed pauci à pluribus,
 trepidi à valentibus facile vincuntur. Itaque cum se victi Macedones
 intra muros urbium condidissent, victor Brennus nemine prohibente
 totius Macedoniae agros deprædatur. Biennio Macedoniae regno præ- B
 fuisse Sosthenem auctor est Eusebius.

Nomisma nihil quod explicationem meretur continet. Est enim
 Alexandri Magni effigies, & Iupiter $\alpha\epsilon\pi\phi\omicron\rho\varsigma$ ab auersa parte.

A N T I G O N O Y G O N A T O Y .

A N T I G O N V S G O N A T A .

*Thebanos prælio vincit. In patrem pius. Gallos profligat. A
 Pyrrho victus. Eius filium Helenum in regnum remittit. Gallo C
 Græcos fundit. Athenas occupat, & Acrocorinthum.
 Zenoni familiaris. Cur Gonatas dictus.
 Eusebij lapsus.*

Demetrio Poliorcetæ ex Phila Antipatri filia natus est Antigo-
 nus Gonatas, qui ab ineunte ætate fortunæ ludibrijs egregie
 agitatus fuit; Iuuenis enim, cum per absentiam patris, qui Thraciam
 inuaserat, aduersus Bœotios cum copijs relictus fuisset, illos insigni
 proelio superauit. quare Demetrius ipsi Thebarum obsidionem per- D
 misit; quæ cum pertinacia obsessorum in multum temporis protra-
 heretur, tandem Demetrij aduentu vrbs se victori permittit. In patrem
 vero maximè pius; Illo enim capto à Seleuco, omni studio patrem li-
 berare conatus est, vt quidquid sibi reliqui fortuna fecisset, pro patris
 libertate, seque etiam obsidem obtulerit. ad omnes etiam reges litte-
 ras amicosque mittebat, vt pro Demetrij salute apud Seleucum inter-
 cederent. Mortuo demum patre, cum Antiocho, Seleuci filio, pacem
 composuit, & Macedoniae regnum post Sosthenem occupauit. cui re-
 pente nouus hostis exortus est. Galli enim, qui Brenno duce cum in
 Græciam proficiscerentur, ad terminos gentis tuendos relictæ erant, E
 ne soli desides viderentur, peditum quindecim millibus, equitum vero
 tribus millibus collectis, in fugam actis Getarum Triballorumque co-
 pijs, Macedoniae petunt infesto agmine, legatosque ad Antigonum
 mittunt,

A mittunt, qui pacem venalem offerrent, simul & regis castra specularentur; quos cum rex splendido apparatu ad cœnam inuitasset, illi argenti aurique ingentia pondera intuiti, prædæ magnitudine inescati; infestiores quam venerant ad suos reuersi, omnia in maius extollentes, opes pariter & incuriam regis ostendunt, referta auro & argento castra esse, & neque fossa aut vallo munita, quasi ferri auxilio non indigeant, quoniam abundarent auro: accedebat Belgij exemplum, qui ante paucos annos Macedonum copias cum rege Ptolemæo deleuerat. Itaque noctu castra regis adoriri placet, qui præfagiens imminentem
B tempestatem ablatis omnibus in proximam syluam taciti confugerant. Galli vbi omnia non solum defensoribus, sed & custodibus vacua inuenere, non fugam hostium, sed insidias veriti, diu castra intrare timuerunt; tandem, seruatim ordinibus, munimenta ingrediuntur. tunc ablatis quæ inuenerant, ad littus concurrunt. ibi dum naues incautius diripiunt, à remigibus, & exercitus parte, quæ eo cum coniugibus liberisque confugerat, nihil tale metuentes, pecorum in ore trucidant. tantaque Gallorum cædes fuit, vt Antigono pacem huius victoriæ opinio non à Gallis tantum, verum etiam à finitimorum feritate præstiterit. Pyrrhus interim ex Italia re infecta rediens, in Antigonum arma mouit, quod militum supplementum illi denegasset. cui cum Antigonus cum instructis copijs occurrisset, magno prælio victus, & Macedonia regno exutus fuit. Qui cum paucis fugæ comitibus Theffalonicam se recepit, amissi regni speculaturus euentum. Conductis inde Gallorum mercenariorum non spernerda manu bellum reparat, sed rursus à Ptolemæo Pyrrhi filio victus cum septem tantum comitibus aufugit, non recuperandi regni spem, sed salutis latebras, ac fugæ solitudines captat. Sed cum iniquies Pyrrhi animus partis frui nequit, Argos petit, totius Peloponnesi occupandi spe ductus, Antigonus vndique collectis copijs, in vrbe auxilium festinat, fit in
D ipsa vrbe prælium acerrimum, in quo Pyrrhus regulæ ictu occiditur: cumque caput eius ab Alcyoneo ad patrem relatum fuisset, is filium baculo percussit, & acerbis verbis castigauit, barbarum eum, ac pollutum clamitans, chlamyde ante oculos obducta lachrymatus est. caput itaque Pyrrhi, & corpus, magnificè cremari iussit. cum vero Alcyoneus forditatum Helenum Pyrrhi filium inuenisset, humanis verbis solatum ad patrem deduxit; quem conspiciens Antigonus, melius nunc quam prius abs te factum fili, sed ne sic quidem satis, qui hanc vestem non abstuleris, qua nos magis, qui vicisse videmur, dedecorat, quam se. Inde Helenum complexus, & regio cultu ornatum, in paternum regnum
E remisit. Varijs inde bellis cum premeretur à Ptolemæo & Spartanis, accessere & Gallo-græci. qui magnis copijs aduersus illum insurrexere. Ille cum tot vndique hostibus se cinctum videt, consilium capit
In finibus lib. xxv.
 anceps, sed euentu lætum. Siquidem relicta parua suorum manu in
 R 4 castris,

castris, aduersus cæteros, totis viribus aduersus Gallos proficiscitur; A
 qui etiam prælio se præparant. sed cum in pugnae auspicia hostias ce-
 derent, quarum extis cum magna cædes, omniumque interitus præ-
 dicaretur; non in timorem, sed in furorem versi, sperantesque deorum
 minas cæde suorum expiari posse; coniuges liberosque suos occi-
 dunt, auspicantes bellum à paricidio, tanta rabies feros animos inua-
 ferat, vt non parcerent ætati, cui etiam hostis pepercisset. Itaque quasi
 scelus vitam victoriamque redemissent, sicuti erant cruenti ex recenti
 suorum laniena, in prælium non meliori euentu, quam omine, profi-
 ciscuntur. siquidem pugnantes prius paricidiorum furia, quam hostes, B
 circumuenere; obuersantibusque ante oculos manibus interempto-
 rum, omnes occisione deleti sunt. Tanta strages fuit, vt dij pariter
 cum hominibus consensisse in excidium paricidarum viderentur. Post
 cuius pugnae euentum, Ptolemæus & Spartani, victorem Antigoni ex-
 ercitus declinantes, in tutiora se receperunt. Ille ardore suorum vsus,
 Atheniensibus bellum infert: regionem vniuersam deuastat, & classe
 illos à maritimis commercijs excludit; tandem illas occupat. Nam &
 Athenæus auctor est, illum Aphrodisia hic celebrasse. Eusebius etiam
 testatur, libertatem illis ab Antigono restitutam, quod non potuisset
 fieri, nisi prius Macedonum præsidij ciuitatem occupasset. C

Acrocorinthi vero occupandæ cum summo desiderio teneretur;
 sed cum impensa cura à Nicæa Alexandri vidua custodiretur, simula-
 uit se illam Demetrio filio in vxorem petere. quæ licet prouectæ iam
 ætatis esset, lubens tamen in adolescentis regis matrimonium descen-
 dit. Antigonus effusam lætitiã præ se ferens, nuptias magnificè in-
 struit, & commessationes tota Corintho instituit. Cum iam Nicæam
 satellites regij ornamentis luxuriantem in theatrum deducerent, &
 carmen ἀμοιβαῖον cytharædi canerent, ille nuptias deserens, ad arcem
 paucis comitatus venit, & bacillo percussa porta, à militibus, sine
 tergiuersatione intromissus est, iussisque arma ponere, fidum sibi D
 præsidium imposuit. Quo pacto vero Cassandriam urbem in pote-
 statem suam redegerit, eiectione tyranno Apollodoro, opera Aminia
 piratæ, narrat fuisse Polyænus, lib. iv. Sed nunquam illi diuturna feli-
 citas. siquidem Alexander, Pyrrhi filius, vlcisci mortem patris cupi-
 ens, fines Macedoniae depopulatur; aduersus quem excitus ex Græ-
 cia Antigonus copias parat, sed defectione militum destitutus, reg-
 num Macedoniae cum exercitu amittit. Tanta tunc vel mobilitas
 militum, vel fortunæ varietas fuit, vt vicissim nunc reges, nunc exu-
 les viderentur. Habuit etiam Zenonem Citricum mobilem philoso-
 phum maximo in pretio; quo mortuo, dixisse ferunt, thearum sua-
 rum actionum perijsse. Præfuit autem regno Macedoniae xxxvi annis. E

Nomismatum inscriptio ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΓΟΝΑΤΟΥ.
 Dicitur autem Gonatas, ὅτι ἐν Γοναῖς τῆς Θεσσαλίας ἐτερίθη; Quod in Gonis
 Thessa-

A *Theſſaliæ urbe nutritus fuit.* Vrbs hæc à Stephano geminato v. Γόννος vocatur. Ifacius Tzetzes Γόννον & Γονόσσαν vocat. Labet hoc loco monere, ab Eusebio confundi quædam gesta Antigoni vltimi, seu Tutoris, cum gestis Gonatæ. Siquidem dicit Antigonum Gonatam Lacedæmonem obtinuisse; quod ex Polybio & Plutarcho constat, vltimum Antigonum fecisse, quem alij Dofonem, alij Tutorem vocant. Saltem hæcenus non vidi, qui Gonatæ hoc adscribat: Immo Eusebius de hac re ne verbum, tempore Dofonis accidisse narrat; immo nec de Cleomenis bello; quod vtique miror. Ab aduerſa parte Iupiter cum hasta pura, sellæ infidens, & aquila in manu. Habet etiam trophæum in primo, in
B memoriam forte victoriæ quam contra Gallo-græcos, vel Gallos ipsos, habuit.

Δ Η Μ Η Τ Ρ Ι Ο Υ .

D E M E T R I V S .

Patris cladem vltus. Macedoniam & Epirum occupat. Aratum Sicyonium superat. Philæ oppidi conditor.

C **A**ntigono Gonatæ successit filius Demetrius, qui adhuc valde iuuenis patris cladem egregie vltus est: quippe reparato exercitu cum Alexandro Epiri rege collatis signis feliciter adeo pugnavit, vt non solum amissam receperit Macedoniam, sed etiam Epirum occupavit. Sed Alexandro defuncto, Olympias Pyrrhi regis filia, eademque Alexandri regis vxor; cum tutelam filiorum Pyrrhi & Ptolemæi suscepisset, atque ab Ætolis bello premeretur, ad Demetrium regem, & hostem suum decurrit, eique, habenti vxorem Antiochi regis Syriæ, filiam suam Phthyam in matrimonium tradidit, vt auxilium, quod misericordia non poterat, iure cognationis obtineret. Fiunt igitur nuptiæ, quibus & noui matrimonij gratia acquiritur, & veteris offensa contrahitur. Nam prior vxor, veluti matrimonio pulsa, sponte sua ad fratrem Antiochum discedit, eumque in mariti bellum impellit.

D Aratum etiam Sicyonium, egregium sua tempestate ducem, cum Athenas à suo imperio abducere conaretur, per Bithonem præfectum suum ad Phylaciam prælio superavit, vt auctor est Plutarchus in vita Arati. Idem etiam Philam oppidum in Macedonia prope Peneum amnem condidit, in memoriam Philæ matris, vt auctor est Stephanus. Obijt autem iuuenis, cum decennio tantum imperasset, relicto
E paruulo filio Philippo.

I. Demetrius est, cum cornu arietino, aut potius taurino, non, vt cæterorum Macedonia regum, flexo. ab auerſa parte Neptunus cum tridente.

II. Neptu-

II. Neptunus cum tridente & brachio sinistro vittis obuoluto, & A ab altera parte victoria, cum tuba rostro nauis insistens. Sed suspicor hos nummos potius esse Demetrii Poliorcetae, siquidem ille egregias multas victorias nauales habuit. hunc vero Demetrium nusquam legi naualem victoriam habuisse.

III. Apollo cum corona laurea, & ab auersa parte tropus.

IV. Demetrius diademate ornatus, & cornu copia ab altera parte.

ANTIGONVS DOSON.

B

Aliquando Tutor, aliquando Δώσων dictus, & Εὐεργέτης. Macedonum seditionem compescuit. Cleomenem vincit. Spartam occupat.

HActenus tabulas explicauimus, quæ Macedonum reges tangerent, nunc superest reliquos percurrere, quorum nomismata ad nos non peruenerunt, ut integram Macedonum regum seriem lector habeat.

Antigonus Gonatas præter Demetrium II filium habuit Alcyonem, quem illi peperit amica quædam Damo Athenæo dicta, qui C Antigonum hunc & Echecratem procreauit, cuius filius fuit Antigonus alter, cuius indicio Philippus cognouit Demetrium filium Persæi fratris insidijs circumuentum, ut Liuius auctor est. sed de illo nulla nobis mentio habenda.

Antigonus autem, Alcyonæi filius, alterius Antigoni patruus, varijs nominibus apud scriptores vocatus fuit. Aliquando enim Tutor dictus. T. Liuius lib. I. *Tutorem enim Græci, ut cognomine à cæteris regibus distinguerent, appellarunt. nam ille, defuncto Demetrio, filio eius Philippo tutor datus.* Ab alijs Δώσων dictus. Plutarchus in vita Pauli Æmylij. *Ἐπεκλήθη δὲ Δώσων, ὡς ἐπαγγελτικός μὲν, & πλειστοεργὸς δὲ τῶν ὑποχρέσεων.* D *Vocatus autem Dofon, quod multa promitteret, pauca impleret.* Idem etiam Εὐεργέτης dictus. Suidas. *Ἀντίγονος, ἔτι ἐκλήθη Εὐεργέτης παρὰ πᾶσι πῆς Ἑλλήσι. νικήσας γὰρ μάχην κλειρόνῳ, τὸν τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέα, ἐγχεσθῆς ἐχέτω τῆς Σπάρτης.* *Antigonus appellatus fuit Euergetes, seu benefactor, nam Cleomene rege Lacedæmoniorum pugna victo, etiam Sparta potitus.* Cum suo arbitratu, & de vrbe, & de ciuibus statuere posset, tantum abfuit, ut in victos sæuiret, ut, patria reipublicæ forma & libertate restituta, maxima beneficia publicè priuatimque conferret in Lacedæmonios. nec eo tantum tempore benefactor est habitus, sed & defunctus Seruator.

Hic itaque Antigonus Philippo pupillo tutor datus. traditaque ei E vxore Philippi matre, primo ducem, postea, experti eius benignitatem, Macedones etiam regem salutarunt. Accepta itaque regni administratione, singulari illud prudentia gubernauit. Nam Dardanos & Thessa-

A & Theſſalos morte Demetrii exultantes, & defectionem non occulte molientes, ſumma celeritate compeſcuit. Sed vt leuibus momentis popularis turba in varias partes agitatur, ita etiam Macedones quidam populum ad ſeditionem commouerunt; ita vt in regia quaſi obſeſſus teneretur. Ille obfirmato animo, ſine ſatellitibus in concionem procedit; abiectaſque purpura, & detracto diademate, iuſſit hæc alteri darent, qui aut imperare illis ſciat, aut cui parere illi velint, ſe hæcenus regnum periculis & laboribus obnoxium ſcire; quare reddere ſe illis munus ſuum, ipſi quaererent regem cui imperent. Cum populus, pudore motus, recipere eum regnum iuberet, tamdiu recuſauit, donec ſeditionis auctores ſupplicio traderentur.

*Iuſſinus
lib. xviii.*

Vocatus mox ab Arato Sicyonio, vt auxilio Achæis veniret, contra Cleomenem Lacedæmoniorum regem; non prius venire voluit, niſi pacta mercede, vt Acrocorinthum, Macedonibus ab Arato ereptam, ſibi traderent: quod quamuis inuite Aratus faceret, neceſſitate tamen preſſus Antigono reſtituit. Quare cum validis Macedonum copijs in Peloponneſum venit, & ſumma celeritate Argos occupauit. qua de cauſa Cleomenes in ſummas anguſtias coniectus, neceſſario cum Antigono ad pugnam venit. Concuſum itaque fuit inter duas nobiliſſimas gentes ſummo animi ardore. Lacedæmonij enim non ſolum pro intacta libertate, ſed etiam pro ſalute, Macedones etiam pro auita gloria certabant. Victus tandem Cleomenes ad Sellasiam, multis ſuorum millibus caſis. qui vt Spartam redijt, cognitaſque cladis magnitudine, ciuibus perſuaſit, vt Antigonom in ciuitatem reciperent. qui Spartam vt venit, ciuitatem nemine contradicente occupauit: ſed tantæ vrbis fortunam miſeratus, à direptione milites prohibuit; veniamque illis, qui ſuperfuerant, dedit, præfaſtus bellum ſe cum Cleomene, non cum Spartanis habuiſſe, cuius fuga omnis ira eius finita. Nec minori illi gloriæ fuit ſeruata Sparta, quam ſi capta diruta fuiſſet. Sed in medio victoriarum curſu reuocatus in Macedoniam, quod illam Barbari agerent ferrentque. Magnis itaque itineribus in patriam reuerſus, cum inopinantes hoſtes inuaſiſſet, magnam barbarorum manum interfecit; egregie patriæ iniurias vltus. ſed cum ſupra modum in prælio magnis clamoribus ſuos adhortatus fuiſſet, ruptis venis, affatim ſanguinem reiecit, & paucos poſt dies fato conceſſit. Vir magnus, & longiori vita dignus; cuius morte magna ſpe fraudati Græci fuere, quam de ipſo non tam ob bellicam gloriam, quam propter virtutem, atque animi integritatem, omnes conceperant. Moriens itaque Philippo Demetrii filio imperium reliquit, cum illud ſumma cum laude xv annis adminiſtraſſet.

*Plutarchus
in Arato.*

PHILIP.

Cum Hannibale conspirat contra Romanos. Infeliciter Apolloniam tentat. A Romanis vincitur. Vniuersa Græcia aduersus illum insurgit. A Flaminio debellatur. Demetrium F. veneno tollit.

Philippus anno XII ætatis regnum suscepit, quem contemptu ætatis vicini, quibus immortale cum Macedonibus odium erat, affli- B duo laceſſebant. Ille tamen præſenti animo periculis paſſim ſe objicit, & Dardanos, alioſque hoſtes, longe ſubmouet; nec contentus ſua defendiſſe, etiam Ætolis bellum infert, cum quibus varia fortuna pugnauit. Sed cum grauiſſimum in Italia bellum inter Carthaginenſes & Romanos ortum videret; veritusque ne victor Romanus arma in Græciam transferret, regis Illyrici Demetrii hortatu, cum Annibale ſocietatem inire, ac vires coniungerè, clam legatione miſſa tentauit. Sed captis legatis populo Romano vniuerſa conſpiratio detecta fuit. Interim vt ſibi viam ad mare Hadriaticum pararet, nam claſſe Hannibalem adiuuare illi ſtatutum; Oricum primo impetu expugnat, & C Apolloniam obſidione premit, ſed miſſo Næuio Criſpo in ſubſidium, Romani intempeſta nocte cum iuuentute Apolloniatum caſtra regis inuadunt; qui ſomno excitus, & pauore plenus, pene ſeminudus auſugit, atque infeliciter tentata prima hac expeditione, in Macedoniam ſe recepit: coniunctis inde ſecum Achæorum copijs, Romanis Ætolis que prope Dymas occurrit, vbi in ipſo pugne ardore equus eius pilo tranſfixus, cum prolapſum per caput regem effuſiſſet, atrox pugna circa illum orta, qui egregiæ inter equites pedes dimicauit, donec à ſuis raptus, atque alteri equo impoſitus, vincentibus Romanis in fugam ſe dedit. Mox tamen cum P. Sempronio proconſule, intercedenti- D bus Epirotis, pax eſt compoſita. Sed cum Athenienſes, rex Attalus, & Rhodij, Philippum apud Romanos violati fœderis accuſarent, omnem cunctationem Macedonici belli S. P. Q. R. exemit, atque prætextu ferendi auxiliij ſocijs, bellum aduerſus Philippum decernunt. Athenienſes adiunctis Romanorum copijs, Chalcidem improviſo adorti capiunt, & incendio deformatam iterum deſerunt. Philippus ſumma celeritate Athenas aduolat, & improviſo occuparet, ni ſpeculator eius aduentum intempeſta nocte annuſciaret: quo nuncio trepidi exciti Athenienſes arma corripunt, & regi obuiam procedunt; qui ſummo impetu iraque in illos concitatus fertur, ipſe primo in agmine conſpi- E cuus, multos cominus eminusque vulnerat, & hoſtem intra muros compellit. Sed aduentante Romanorum præſidio ab vire diſcedit, cum prius in templa, ſepulchra, & quidquid inſigne extra urbem eſſet, ferro

A ferro flammaque defœuisset. Nec multo post tota Græcia, fiducia Romani nominis, aduersus Philippum, sp̄e pristinae libertatis, erecta, bellum ei intulit, à Romanis vero, vno & altero leui prælio percussus fuit, sed damna hæc prosperæ aduersus Ætolos & Dardanos res compensarunt, tandem cum vndique nouis hostibus se premi videt; pacem petere compellitur. Sed cum expositæ pacis conditiones à Romanis essent; repetere sua & Attalus, & Rhodij, Achæi, & Aetoli cœperunt. Philippus adduci se posse dicit, vt Romanis pareat. Ceterum indignum esse Græcos à maioribus suis victos, & sub iugum Macedonici imperij subactos, velut victores, pacis leges sibi dicere, quibus prius sit ratio seruitutis reddenda, quam libertas vindicanda. Sed cum frustra circa pacis conditiones laboratum esset. ad arma iterum ventum. Philippus in belli societatem Nabim Lacedæmoniorum tyrannum allicit, vt coniunctis copijs Romanos inuadant. Missus interim Q. Flaminius consul in hoc bellum, qui tandem ad tumulos, quos Cynoscephalas vocant, cum Philippo conflixit, & vno nec satis iusto prælio victus, omnem Macedonici nominis gloriam amisit. Coactusque pacem à Flaminio petere, quæ & illi concessa. Nomen quidem regium retinuit, sed Græciæ Thraciæque vrbes illi ademptæ, sola Macedonia relicta. naves omnes tectæ traditæ, & tributum mille talentorum impositum. Durissimis hisce pacis conditionibus acceptis, frendens gemensque in Macedoniam se recepit. Vbi clam nouum bellum aduersus Romanos summis viribus instaurabat. Sed inter has curas domesticæ eius res fœdè turbantur. Nam cum duo illi filij, Perseus maior natu, sed quem fama supposititium ferebat, minor vero Demetrius egregia indole, & ob hoc regno ab omnibus destinatus, quod cum Persea male haberet, assiduis criminationibus apud patrem Demetrium accusat, illum Romanis fauere, quos patria ipsa chariores ducit, sibi que ab illo insidias paratas confingit, ad cuius rei probationem immittet indices, testes subornat, & facinus, quod obijcit, confirmat. quibus suspicax pater impulsus, innoxium Demetrium veneno tollit.

Occiso fratre, sublatoque æmulò, non negligentior modo, sed & contumacior in patrem Perseus redditur; nec heredem se regni, sed regem gerebat. quibus offensus Philippus, impatientius indies mortem Demetrii dolebat; ordo tandem sceleris ab Antigono Echeratis filio detectus: mœstus pater, omnem mōuebat lapidem vt Perseo potiretur, nec scelus hoc impunitum illi foret. Sed ille potentior iam erat quam vt fugam necessariam duceret, tantum vt procul ab infesti patris conspectu esset curabat. Philippus vero ne supra impunitatem, etiam præmio sceleris frueretur, in Antigonum omnem fauorem vertit, & Macedonibus hunc regem destinat, principibus illum com-

mendat, & si vita longior illi fuisset, dubio procul in regni possessione illi reliquisset; sed mœrore curisque confectus obiit, cum regnasset annos XLII. Iuuenis hic magna spe omnium animos impleuerat, quod non vulgari humanitate omnibus se præbebat, atque benevolentiam singulorum captabat egregie. sed non potuit ferox eius animus, & in scelera quæque promptus, multo tempore tegi. Multis enim amicitiae specie in conuiujs medicata pocula in perniciem propinabat, plurimosque ita veneno sustulit. Aratum etiam Sicyonium, iam senem, cui multis de causis Macedonum reges obnoxij erant, lento veneno sustulit: iuniori vero Arato coniugem, violato iure hospitij, spe regiarum nuptiarum ademit. Philopæmenem etiam, Achæorum ducem nobilissimum, conatus est tollere: sed ille infidias fraudemque præfagiens, in tuta loca se recepit. His alijsque flagitijs ornatum, quid mirum est, si infesta numina auersati fuerunt, & imperium eius bellis, domum vero parricidio affligerint.

P E R S E V S.

Ingens belli apparatus à patre illi relictus. Equestri prælio victor. Dardanos superat. A Paulo Aemylio prælio victus, & in triumphum ductus.

Perseus defuncto patre regnum occupat, quod Demetrii parricidio prius inuaserat. Mox Demetrii amicos, & Antigonum Eche-ratis F. interfecit. Fama erat, non esse Philippi filium, sed subdititium, matre Gnathenia Argolico scorto natum. Ipse enim, humilis & ignobilis animi, nihil regium præ se ferebat. Vna cum regno infestum aduersus Romanos animum breui detexit: sed nequaquam Daptus, ob morum improbitatem avaritiamque illi familiarem, ad tantam molem belli sustinendam. Sed tantum belli apparatus ei Philippus moriens reliquerat, vt vel ignauissimo animos adderet, ad gerendum bellum, nam totis illis xxvi annis, quibus pax cum Romanis fuit, Philippus interiora Macedoniae armis virisque repleuerat. Siquidem XL M. peditum inuictæ virtutis, si ducem habuissent, & v millia equitum, parata erant. frumentum in decem annos reconditum in horreis, vt abstinere & suo, & hostium agro, frumentandi causa posset. Pecunia vero tanta; vt decem millia mercenariorum militum, præter Macedonum copias, in decennium Ealere posset, præter annum vectigal, quod ex metallis regijs capiebat. arma vel tribus exercitibus instruendis in armamentaria congesta. Basternarum etiam gens suis sedibus excita, vt Dardanos infestissi-

A infestissimos Macedoniae hostes deleret. horumque auxiliis fretus in Italiam transfret. Gentium etiam Illyricorum regem sibi adiunxisset, ni avaritia eius animum à saluberrimo consilio auertisset. His opibus fretus Perseus cum mouere bellum vellet, à scelere illud inchoauit. nam & uxorem propria manu occidit; & Eumenem regem, cui infensissimus erat, Delphis conatus obtruncare. sed vt ministri sceleris inconsulte & audacter facinus hoc aggressi fuerunt, ita & timide, nec consulte, perpetrarunt. Saxis enim sopitum reliquerunt pro mortuo. Bellum primo varia fortuna gestum. nam & equestri praelio P. Licinium superauit, ita vt ex Romanis supra duo millia peditum, equitum vero ad ducentos interfecti. Qua victoria suspensam omnium expectationem in fauorem sui traxit. Sed cum prudentiores illi suaderent, modum imponeret secundis rebus, nec nimium serenitati praesentis fortunae fideret, mittit legatos ad P. Licinium, qui foedus in easdem leges renouarent, quibus Philippus pater eius pacem à T. Quinctio victore accepisset. Sed Romani nihil territi aduerso praelio, non minus graues quam victo leges dederunt. Itaque re infecta discessum, & in bellum omnes versi. Apud Oreum ex insperato stationem Romanorum aggressus, viginti magnas naues onustas vi cepit. Mox quasi parum sibi negocij cum Romanis esset, contra Dardanos arma mouit, quorum decem millia in praelio occidit, multas etiam Illyriorum vrbes, ac castella, partim vi expugnauit, partim in deditionem accepit. Mox contra Romanos regressus, cum videret illos soluto metu circa agrum Phalarinaeum pabulatum ire, delectis equitum peditumque assumptis, multos illorum occidit, & D.C. cepit. Sed ad Mopsulam leui praelio victus, & Romanis animus redditus, & regi timor fuit auctus. Successit P. Licinio. Q. Marcius Philippus, qui summa felicitate, & celeritate, Macedoniae claustra inscio securoque rege irrupit. & cum inter praerupta montium D modico praesidio Romanorum copiae facile deleri potuissent, si hostem habuissent similem antiquis Macedoniae regibus, adeo fatali vecordia obtorpuerant, vt firmissima regni sui munimenta citra pugnam aliquam memorabilem occuparint. Lauanti regi nunciatum, hostes Macedoniae ingressos: quo nuncio ille ita percussus fuit, vt victum se sine praelio clamitaret, atque pecuniam omnem, quae Pellae seruabatur, in mare iusserit mergi, ne periret; classem, quae Thessalonicae erat, cremari, ne incenderetur. Cuius dementissimi facti postea illum adeo puduit, vt consilij eius conscios Andronicum & Niciam clam tollendos curarit. Discusso tandem metu illo, quo attonitus E fuerat, non procul à Dio celebri vrbe, circa ripas Enipei amnis castra ponit, amnem ipsum transitu difficilem pro munimento habiturus, sed ab inuictae virtutis viro L. Paulo Aemylio retractus rex ex munitissimo loco, circa Pydnam, coactus fuit praelio decernere. Pridie

quam pugnatum, luna nocte defecit. triste id ostentum Perseo om- A
 nibus prælagientibus; finemque Macedonici regni portendi vaticin-
 tantibus. Nec aliter euenit, magno enim prælio victus, in quo ad xx
 m. Macedonum cæsa, rex, desperatis omnibus, in Samothraciam cum
 ingenti auri pondere aufugit, quasi loci religio, & templum illum de-
 fendere possent, quem nec inuij montes, nec arma seruare potuerunt:
 quod si opes suas externis militibus conducendis impendisset, non ita
 vnico prælio toto regno excidisset. Obtulerant enim Galli x millia
 equitum, & parem numerum peditum, qui tunc temporis se in Illyri-
 cum effuderant, ingens in præsens auxilium, quod auaritia dimissum B
 fuit, veluti nihil aliud ageret, quam vt quanta maxima posset præda
 Romanis referuaretur. Missus Cn. Octavius Samothracem, secum
 abduxit regem, cum duobus filijs, qui cum honestè mori in regio fa-
 stigio potuisset, vitæ cupidine in triumphum se duci passus est, atque
 Albam in custodiam missus, vbi & mœrore contabuit. Regnavit au-
 tem annos decem Eusebio, Liuius vero vndecim. Superstes patri filius
 vnus Alexander nomine, qui tornandi subtilium operum egregius ar-
 tifex euasit, ac Romanis litteris imbutus, magistratibus se scriptorem
 solertem ac gratiosum præbuit. Hic finis Macedonici imperij fuit, in
 quo à Carano, qui primus Macedoniae imperauit. Vsq̄ ad Perseum C
 Iustino teste xxx reges numerantur, Eusebius vero xxxix recenset,
 quorum sub regno annis fuit DCCCC. XXIII. Sed rerum non nisi
 cxcii annis potita. Liuius immane quantum à cæteris deflectit, vi-
 cesimum enim à Carano Persea enumerat, quod procul dubio men-
 dosum puto, quare ex Iustino trigessimum audacter rescribo. Sed
 hanc Macedonum regum seriem lubet T. Liuij verbis concludere.

Plinius.

*Macedonum obscura admodum fama vsque ad Philippum Amyntæ filium
 fuit, inde ac per eum crescere cepisset, Europæ se tamen finibus continuit, Græ-
 ciam omnem & partem Thraciæ & Illyrici amplexa, superfudit se deinde in
 Asiam, & XIII annis, quibus Alexander regnavit, primum omnia, qua Persa- D
 rum prope immenso spacio imperium fuerat, suæ ditionis fecerat. Arabas hinc,
 Indiamque, qua terrarum vltimus finis rubrum mare amplectitur, peragravit;
 tum maximum in terris Macedonum regnum, nomenque; inde morte Alexan-
 dri distractum in multa regna; dum ad se quisque opes rapiat, lacerantes
 viribus. à summo culmine fortune ad vltimum finem
 centum quinquaginta annos stetit.*

F I N I S.

E

LVDIVI-

A L V D O V I C I N O N N I I

C O M M E N T A R I V S

I N H V B E R T I G O L T Z I I

I n s u l a s G r æ c i æ .

B Κ Ο Ρ Κ Υ Ρ Α Ι Ω Ν .

C O R C Y R A .

Duplex Corcyra. Cur Δρέπανον dicta. Phæacia olim. Iason cum Medea hic nuptias celebravit. Corinthiorum colonia. Bellum inter Corcyraeos & Corinthios. Bovis indicio thynnorum piscatura fruuntur.

C **I**lluſtrata hæcenus Græciæ pars maior, quæ in continente ſita, nunc inſulæ peragrandæ, quæ illam vndique ambiunt, & tanquam dominam pedifequæ comitantur. Quarum prima occurrit Corcyra: cuius nominis duæ apud ſcriptores memorantur, vna quam μέλαινα vocant, hodie Curzoli: altera nobilior, quæ Epiro & Theſprotiæ iacet oppoſita, Corfu dicta, diſtans à Buthroto ſecundum Plinium x i i. millibus paſſuum. Pater autem in longitudinem xcvi m. p. quam cum videret Pyrrhus adeo ſibi eſſe vicinam, ne hoſtibus ſuis ſedes eſſet ad inuadendam Epirum, bello illam adortus, ſibi ſubiecit. Variè à ſcriptoribus vocata. Dionyſius enim κέρκυρα, *Cercyram*, alij vero Corcyram nuncupant. D **H**omero Σχερία, *Scheria*, & φαεινία, *Phæacia*; Callimacho vero Δρέπανον, *Drepanum* dicta. Cuius appellationis cauſſam refert Scholiaſtes Apollonij, vel quod Ceres, cum à Vulcano falcem petiſſet, qua Titanas medendi artem doceret, eam in interiore inſulæ parte abſcondit, quæ maris inundatione excavata, falcis formam refert; vel quod Saturnus cæli pudenda falce abſciderit, qua in ſecretiore inſulæ parte occultata ab illa Drepanum, ſeu falx, nominata fuit. E **U**ſtathio vero ad Dionyſium, etiam Ἄργεα dicta. Aethicus vero in Coſmographia ſua, & Iſidorus in Etymologico, Caſſiopiam videntur hanc inſulam vocare, forte à nobiliore eius vrbe Caſſiope. Corcyra vero dicta ſecundum Diodorum Siculum ab Aſopi filia, quam Neptunus raptam in hanc inſulam detulit, ex qua natus Phæax, vnde Phæacum populo nomen, qui ma- Lib. v. Bi-
blioth. ximam inſulæ nobilitatem conciliarunt, ſiquidem nauali gloria inter

*Metamor-
ph. XIII.*

omnes vicinos excelluerunt, vt fusè in Odyssæa Homerus memorat. **A**
Hic etiam Alcinoi horti passim celebrati fuere, vnde Ouidius Cor-
cyram describens,

Proxima Phæacum fœlicibus obsita pomis

Rura petit.

Ferunt etiam Iasonem cum Medæa in hac insula nuptias celebrasse, suadente Aretæ Alcinoi vxore; nam cum Colchi Argonautas inse-
quuti, in hac insula deprehendissent, Medæam, ab Alcinoo repetie-
runt, qui spondit illam se redditurum, si virum nondum passa fuif-
set, sed si Iasoni matrimonio coniuncta esset, nullo modo se passu- **B**
rum illam à viro abduci, mariti consilium cum Aretæ Iasoni euul-
gasset, ille celebrato matrimonio, Colchorum petitionem elusit, vt
auctor est Apollodorus. Postmodum vero Corinthij, Coloniam huc
duxerunt, Olympiade videlicet, xviii regnante Numa Pompilio. Oc-
casionem vero ducendæ Coloniam refert Apollonij Scholiastes,
Bacchiadæ, qui potentia opibusque plurimum Corinthi valebant,
cum interfecissent Actæonem quendam primæ nobilitatis virum, Me-
lissus pater de Repub. bene meritus, populum ad vltionem concitauit,
moxque ex nimio mœrore, e sublimi loco se præcipitem dedit. Igitur
cum expellerentur Bacchiadæ, vnus ex ijs Cherfocrates, cum socijs **C**
Corcyram tenuit, eiectis veteribus colonis qui Oricum in Illyrico oc-
cuparunt. Mox & Corinthijs paruit. Herodotus enim in Thalia re-
fert Periandrum Cypseli filium, Corintho & Corcyræ imperasse, qui
in vindictam filij Lycophronis, quem Corcyræi interfecerant, trecen-
tos pueros ex flore nobilitatis Corcyreorum, Sardeis misisse ad Ha-
lyattem vt castrarentur, sed Samiorum ope in patriam omnes illæsos
reductos fuisse. Temporis vero progressu ad tantas opes euecti fue-
runt, vt conditores suos Corinthios contemnerent. Qua de caussa Co-
rinthij, grauiter illos apud vicinos insimularunt, illorum superbiam
fastumque incusantes, quod neque in publicis solennitatibus, legiti- **D**
mos honores conditoribus suis deferrent, neque suis in sacris virum
Corinthium, vt ceteræ coloniæ præficerent. Hanc Corinthiorum &
Corcyræorum contentionem, prima quasi semina Peloponnesiaci
belli fuisse auctor est luculentus Thucydides. Siquidem cum Epidam-
nij à vicinis Illyriis valde premerentur, primo Corcyram tanquam ad
metropolim confugerunt, sed ab illis sprete, Corinthijs ex oraculi mo-
nitu se suaque permiserunt, quare Corcyræi exulceratis animis, Epi-
damnum obsident, & cum Corinthijs feliciter pugnant; hinc Corin-
thij Peloponnesum totam in belli societatem concitant; Corcyræi
vero cum Atheniensibus fœdus ineunt, atque ita conflatum fuit bel- **E**
lum Corinthiacum dictum, quod mox excepit Peloponnesiacum.
Obsessâ etiam à Lacedæmonijs fuit Corcyra duce Mnasippo, sed sum-
ma animi virtute, vel contra famem restiterunt, & captata ex hostium
negligen-

A negligentia occasione, oppido erumpunt, & Mnasippum cum multis Lacedæmoniorum occidunt, quare recreatis animis, Iphicratis aduentum exspectabant, qui iussu Atheniensium socijs venit opitulatum, sed Lacedæmonij infelici pugna, & Atheniensium aduentu perterriti, obsidionem soluerunt. Rei maritimæ olim præcipuè studiofi. vnde à Phæacibus Vlysses in patriam reductum Homerus refert. Quo tempore vero Xerxes cum immensis copijs Græciam inuaserat, Corcyræi sexaginta triremes instructas miserant, vt Græcis contra communem hostem auxilium viderentur ferre, sed reuera, vt belli **B** euentum specularentur, & victori se coniungerent. Bello vero Corinthiaco, eo potentia peruenierant, vt auctor sit Thucydides, centum & viginti naues illos habuisse. Venio ad nomismata, quorum duo priora bouem cum lactente vitulo habent, quod agrorum felicitatem designat, vnde Dionysio Alexandrino λιπαρή κέρκυρα, dicitur, *pinguis Corcyra*. Eustathius in commento διὰ τὸ πολύκαρπὸν τε καὶ ἄκαρπὸν, *quod egregie fit fructuosa & fertilis*.

III. Dimidiatum bouem erectum ostendit, in memoriam forte Ilium, quem ferunt relicto cætero armento, assuetisque pascuis, egressum ad mare quotidie, ibi mugitum edidisse. pastor nouitatem rei **C** raturus, vestigia eius ad mare insequutus, immensam thynnorum copiam oculis suis subiectam vidit; hoc ciuibus suis Corcyrensibus indicauit, qui hactenus irritos labores in illa piscatione impenderant: illi Delphos oraculum consultum mittunt, & bouem illum Neptuno immolant, peracto vero sacrificio magnam thynnorum vim sagena conclusam capiunt, & Delphos bouem æreum, artificio Theopropi Æginætæ laboratum dedicant, vt auctor est Pausanias in Phocicis.

IIII. Nauis prora, in memoriam forte victoriæ alicuius naualis, quod & dictio ΝΙΚΑ videtur innuere. ab altera parte caput leonino **D** spolio ornatum, videtur Philippi esse Macedonum regis.

V. VI. Stellam habet *cum vase botro* & Cantharum, in honorem Bacchi cuius ibi templum fuisse auctor est Thucydides. Vinum etiam Corcyræum laudatum olim fuisse, præsertim vbi consenuit, auctor est Athenæus, duratque eius gloria in hodiernum diem, vulgo Romania dicitur, quod ex Insula Corfu magna copia Venetias aduehitur, vt refert Andreas Baccius lib. de vinorum historia.

Leucas quondam continens. Saltus ex Leucata petra ad sedandos amoris æstus. Viris tantum permissus. Cur Sappho mascula. Vnde vis illa scopulo indita.

EPirot etiam opposita est Leucas, continentis quondam pars, quæ cum peninsula esset, à Corinthijs, quorum erat colonia, perfollo Isthmo insula est facta. Ovidius xv Metamorph.

*Leucada continuam veteres habuere coloni,
Nunc freta circumeunt.*

Lib. 1 v.
cap. 1.

Plinius videtur innuere, postea iterum continenti redditam. Egresso sinu Ambracio in Ionium, excipit Leucadium littus, promontorium Leucates, dein sinus, ac Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, opere accolarum abscissa à continente, ac reddita ventorum flatu, congeriem arena accumulantium, qui locus vocatur Dioryctos, stadiorum longitudine trium, oppidum in ea Leucas, quondam Neritium dictum.

Strabonis tempore angusto freta à continente secludebatur, sed ponte coniungebatur. Nomen illi nunc Leucas, nunc Leucadia, aut à Leucadio Penelopes fratre, quem Icarus cum Alyzeo genuit, qui vna cum patre Acarnaniæ imperium obtinuerunt, & vterque ciuitatem à suo nomine condiderunt, Alyzeam, vel Azyliam, & Leucadiam. Vel etiam à Leucata petra ita dicitur, quæ est albicanti colore in mare prominens; in qua erat Apollinis Leucadij templum. Mirum est, quod scriptores tradunt, saltum ex hac petra fieri in subiectum mare ad sedandos amoris æstus. Lucianus *πήδημα* vocat. Persuasum enim illis erat, vt quicumque ab illa se demitteret petra, ab impotenti amore liberatum iri, ex qua & Sappho nobilis illa poëtria prima inter fœminas se dicitur deiecisse. sicuti Menander canit apud Strabonem.

*Τὸν ὑπερκερμαὶνον θηρῶσα παρθένων
οἰσρῶντι πόθος ῥίψαι πέτρας δ' ὑπὸ τηλεφανέσ
Ἀλλὰ κατ' ὄχλῳ σὺ δέσποτ' ἀναξ.
Cum transfret elatum illum obseruans
Amore furens, ex alta se præcipitat rupe
Iuxta votum magne rex tuum.*

Ovidius vero elegantissimè totam hanc historiam tangit, epistola Sapphus ad Phaonem, vbi refert Deucalionem primum omnium ab hac se rupe præcipitasse.

*Hic ego cum fessos posuisssem flebilis artus,
Formosus puer est visus adesse mihi.*

Constitit,

A *Constitit, & dixit: quæ nunc non ignibus equis
Vreris, Ambraciæ terra petenda tibi est.
Phœbus ab excelso quantum patet, aspicit æquor;
Actæum populi Leucadiumque vocant.
Hinc se Deucalion, Pyrrhæ succensus amore
Misit, & illæso corpore pressit aquas.
Nec mora, iussus amans tetigit lætissima Pyrrhæ
Pectora, Deucalion igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet; pete protinus altam
Leucada, nec saxo defilijisse time.*

B Sed illa temeritatis suæ pœnas morte luit, nam viris tantum fas erat hunc saltum tentare, vnde à Statio Papinio, *virilis saltus* dicitur in Epicedio patris

—— *Saltus ingressa viriles,
Non formidata temeraria Leucade Sappho.*

Ideoque ab Aufonio *Mascula* forte dicta, licet alij ad libidinem eius trahunt.

*Et de nimbofo saltum Leucate minatur,
Mascula Lesbicis Sappho peritura sagittis.*

C Easdem etiam temeritatis pœnas luisset Calycam quandam, auctor est Aristoxenus apud Athenæum. quæ cum Euathli iuuenis impotenti amore capta esset; cerneretque se à superbo iuvene contemni, ex Leucadio scopulo præcipitem se misit, & occubuit. contra vero plurimos viros ferunt hoc saltu ab amoris hæc insania liberatos. Refert enim Strabo Cephalum quendam primum omnium hunc saltum tentasse, amore captum Ptaolæ Deionei filia. Plutarchus vero Phobum Phocensem, ex Codri genere, primum hoc saltu amoris leuamen inuenisse. Iosephus Scaliger Notis suis ad Aufonium, ex Ptolemæo Hephæstionis filio refert, Nicostratum Comicum eo saltu leuatum amore Tettigidæ Myrinensis, Macetem vero Buthrotium vulgo cognominatum fuisse *Αδωνόπετρον*, quod quater ex Leucadia hac petra sese præcipitasset, totiesque importuno amore leuatum fuisse; cuius rei hanc causam tradit. Venerem post mortem Adonidis, sedulo eum vbique terrarum perquisiuisse; tandem eum Argis Cypri, in æde Apollinis Erithij inuenisse, & cum amoris impotentiam Apollini indicasset; ab ipso ad Leucadium petram perducta fuit; eius iussu ex scopulo deorsum se misisse, quo factò amoris vi leuatam fuisse. Cum causam eius rei quæreret, Apollinem respondisse: sese crebro obseruasse, Iouem, quoties Iunonem suam impotenter amaret, hac in petra solitum sedere, & vi mali liberari.

Mos etiam erat Leucadijs, Strabone auctore, vt quotannis in Apollinis sacrificio, fontem aliquem, auerruncandæ deorum iræ, ex scopulo hoc deijcerent, cui pennas, & varias volucres applicabant, quibus leuari posset,

posset, saltusque ipse, tanquam volatus efficeretur; aderantque frequentes cum cymbis, & nauiculis, qui cadentem exciperent, conseruatumque extra patrios fines, tanquam ver sacrum, deportarent. A

Lib. XIII. Auctor est Athenæus in hac insula fuisse pauonem, qui virginem quandam adeo perditè deperiret, vt, illa è viuis sublata, pauo etiam mox extinctus fuerit.

Nomismata hæc ab vna parte fœminam commonstrant, pube tenus nudam, quæ dextra videtur ἀκροστόλιον nauis tenere: tali enim forma in Romanorum nummis frequenter occurrunt acrostolia vel acrotiria dicta. adest vbique ceruus, & auis quædam, quæ pilo vel hastæ insidet. B hoc pacto aquilas Romanorum frequenter videmus expressas. an Diana hæc sit, tali modo Leucadijs culta, non ausim asserere. nam vestis hæc ad talos dimissa non quadrat venatrici deæ; nec decet virginem seminudam conspici. Ceruus quidem illi est peculiare, sed non quadrant cætera. ab aduersa parte, rostratæ nauis prora est, quod indicat naualis rei fortè studiosos fuisse.

K Υ Θ Η Ρ Α Ι Ω Ν .

C Y T H E R A .

Porphyritis dicta. Chilonis dictum de Cythara. Veneri sacra. Cur illa Cytheræa dicta.

CYthera insula Laconicæ oræ opposita est, ex aduerso Bœæ vrbis, quæ in extremo Bœotici sinus recessu sita est. Hesy chius vero, *Κύθηρα νῆσος ὁ Κρήτης, καὶ πόλις Θεσσαλίας, πινὲς δὲ νῆσον Προμαλέα, Προμαλέον δὲ ἀκροτήριον τῆς Λακωνικῆς. Cythera est insula Cretæ, & vrbs Thessalia, aliqui vero & insulam faciunt Promalei, est autem Promaleum Laconicæ promontorium.* Vocat autem Promaleum, quod Plinio Maleum, cæteris vero Malea vocatur. vnde Solinus in Polyhistore. *Cythera quæ à Malea abest quinque millibus passuum.* D Dicta autem est Cythera iuxta Stephanum Byzantinum, à Cythero Phœnicis filio. quæ antea à captura purpurarum, quæ illic erat præstantissima, *πορφυρέσσα*, Plinio vero Porphyris vocata, hodierno die Cerigo nauigantibus dicta.

Cum antea hæc insula in Creticum & Lybicum mare obuersa esset, summa cura à Lacedæmonijs custodiebatur. quotannis enim eo magistratus cum præsidio militari mittebatur, vt Laconicam oram, à prædonum latrocinijs tutam præstarent. quare pessime illos habuit, cum audirent Athenienses hanc insulam occupasse, & incolas sedibus E suis eiectos, quod Lacedæmonij origine essent. vnde prudenter Chilon Lacedæmonius, ex sapientum numero vnus, dicebat; conducibilius fore Cytheram aquis obrui, quam exstare. nam propter nimiam vicinitatem

A nitatem timebat ne magnum aliquod malum illis oriretur, quale erat quod Xerxi Demaratus consulebat, apud Herodotum lib. vii. vt illa occupata nauibus Laconicam circumuecti, Lacedæmonios terrendo, prohiberent illos auxilium cæteris Græcis ferre.

In hac insula portus erat, & nauale, quod Scandiam vocabant; & vrbs eiusdem cum insula nominis Cythera, quæ decem stadijs à nauali distabat, teste Pausania. Hanc insulam sua ætate Eurycli Lacedæmoniorum ductori, in peculiarem possessionem datam fuisse, auctor est Strabo.

B Templum hic fuit olim Vranix dedicatum, non secus ac Veneri; quod Pausanias antiquissimum omnium, quæ in Græcia sunt, fuisse tradit. Deæ vero simulachrum erat armatum. Cur vero ibi Venus armata fuit culta, hæctenus non inueni. nam de armata Venere, quam Lacedæmonij coluerunt, Lactantius lib. i. cap. xxi. multa, nisi eadem apud Cytheræos ratio esset, quod Lacedæmonij origine essent.

Certum est Veneri sacratam fuisse Cytheram, vnde à Poëtis passim Cytheræa nuncupatur. quia vt Hesiodus in Theogenia canit.

— ἀπαρ Κυθήρειαν, ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις;
Κυπρογενεῖαν δ' ὅτι γένοιτο πολυκλύσω ἐνὶ Κύπρω.

Sed Cytheræam vocarunt, quod appulit Cytheras;

Cyprigenam vero, quod genita est vndosa in Cypro.

C Phornutus vero lib. De natura deorum, Cytheram refert dictam, ἀπὸ τῆς κνήσος, quod è congressu in vtero conciperent mulieres, aut ἀπὸ τῆς καθήσας, quod vt plurimum sedcant, aut fixæ sint, amantium voluntates. Suidas. Κυθήρεια, ἔχ' ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις, ὡς Ἡσίοδος Φησὶν, ἀλλ' ἢ ἐν αὐτῇ κενθόιδρον ἔχουσι τὸν ἔρωτα, ὃν πᾶσιν ἐφίησι. ἀπὸ γὰρ ἔκκευ ἔχειν τὴν διωάμιν. *Cytheræa, non quod Cytheras applicuerit, vt ait Hesiodus; sed quod in se occultum habeat amorem Venus, quem in omnes emittat. eam enim facultatem inesse cæsto eius fingunt.*

Vterque nummus Venerem præfert nudam, hoc tantum discrimi-

D ne, quod in priore dextra manu pomum, sinistra arcum gestat: Pomum quidem, quod illud à Paride obtinuit, dum formæ iudicio Iunonem & Palladem superaret: Arcum vero cur adscribant, incertus sum. siquidem in nummis Faustinae Augustæ hasta pura cum pomo Veneri additur. arcum vero me vidisse, hæctenus non memini, nisi dicamus, illum ereptum Cupidini; vel alludere ad illud, quod Aelianus scribit Hist.

E Animalium lib. x. circa hanc insulam inusitatae magnitudinis cete generari, quorum nerui aptissimi sunt nõ solum ad Psalteriorum, & aliorum Musicorum instrumentorum chordas; sed etiam arcuum chordas præstantissimas ex his confici. Quocumquemodo se res habet, mirum est Venerem hic nudam depingi; cum dictum sit supra, antiquissimum eius simulachrum armis hic fuisse indutum.

Sed pene fugerat, Venerem cum arcu inter Alexandri nomismata tabula xxxiii, expressam videri; non secus ac hic.

Α Ι Γ Ι Α Λ Ε Α Σ.

Æ G I A L I A.

*Serapis cur calathum capite gestat. Macrobij
& Ruffini opinio.*

Insula est Aegialia, inter Cretam & Peloponnesum, teste Stephano, B
Isita; Dionysius Αιγιάδα vocat, Ptolemæus vero Eplam, vterque enim
Cytheræ vicinam statuit, vt & Aegialia. Plinius Actoliæ obuersam di-
cit. Insula hæc ignobilis olim, de qua pauca apud scriptores, quare &
nos velut obscuram illam relinquemus.

Nummus hic ostendit virile caput, quod calathum impositum ge-
stat: Serapis est, Aegyptiorum olim sanctissimum numen, quem &
Osirim vocatum docet Marcianus Capella.

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim.

Esse autem Serapim ornatus eius ostendit, vt apud Macrobius videre
est. qui lib. i. cap. xx. exactissimè illum describit.

Eidem Aegypto adiacens ciuitas, quæ conditorem Alexandrum Macedo- C
nem gloriatur, Serapim atque Isim cultu penè attonitæ venerationis obseruat,
omnem tamen venerationem illam Soli se sub illius nomine testatur impendere,
vel dum calathum capiti eius insigunt; vel dum simulachro signum tricipitis
animantis adiungunt, quod exprimit medio eodemque maximo capite leonis ef-
figiem. Dextra parte caput canis exoritur, mansueta specie blandientis, pars
vero leua ceruicis, rapacis lupi capite fruitur, easque formas animalium draco
connectit volumine suo, capite redeunte ad Dei dextram, qua conspicitur mon-
strum. Ergo leonis capite monstratur præsens tempus, quia conditio eius inter
præteritum & futurum valida feruensque est, sed præteritum tempus lupi capi-
te signatur, quod memoria rerum transactatum rapitur, & aufertur, item canis D
blandientis effigies, futuri temporis designat euentum, de quo nobis spes licet in-
certa blanditur. Tempora autem cui nisi proprio famularentur auctori? cuius
vertex insignitus calatho, & altitudinem syderis monstrat, & potentiam ca-
pacitatis ostendit, quia in eum omnia terrena redeunt dum immisso calore rapi-
untur. Ruffinus vero lib. ii. hist. Ecclesiasticæ, paulo diuersus à Ma-
crobij est opinione. Alij, inquit, Iouem putant, cuius capiti modius super-
positus, vel quia cum mensura modioque cuncta indicet moderari, vel vitam
mortalibus frugum largitate præbere. Alij virtutem Nili fluminis, cuius Aegyp-
tus opibus & fecunditate pascatur. Quidam in honorem Patriarchæ Ioseph for- E
matum perhibent simulachrum, ob dimensionem frumenti, qua famis tempore,
subuenit Aegyptijs. De his plura Suidas in dictione Σαερίης.

Ab auersa parte mulier nuda, nauis proræ insidet, quæ frumenti
spicas

A spicas manu continet. quod indicare videtur insulam abundare annonâ, & maritimis copijs instructam esse.

K P H T A I Ω N.

C R E T A.

Vnde dicta. Εἰσέκρηται antiquissimi incolæ. Plinius obiter emendatus. Εἰσέκρηται. Maris imperio potita. Εἰσέκρηται hic inuenta.

B Minos Iouis auditor. Talus Creta custos. Herculis beneficio fera ex insula sublata. Cista in Bacchi sacris.

C **I**Nter nobilissimas insulas ab omni æuo annumerata fuit Creta, nam & magnitudine est spectabilis, & rerum gestarum gloria apud omnes inclaruit. Iacet autem porrecta inter ortum, & occasum; vno latere ad austrum, altero ad septentrionem obuersa. Ptolemæus illam ab occasu mari Hadriatico, à septentrione Cretensi, à meridie vero Lybico, ab oriente vero Carpathio perfundi dicit. Latitudine sua nusquam quinquaginta m. p. excedit. Longitudine vero c c l x x. m. p. Circuitu vero d l x x i x. m. p. implet. Dicta fuit à Crete nymphea, Hesperii filia, referente Plinio ex sententia Dosiadis. Stephanus vero à Crete, Iouis & Ideæ nympheæ filio. Anaximander à rege Curetum Crete. Eusebius vero in Chronico, primum in Creta regnasse Cretem indigenam, quem ferunt vnum Curetarum fuisse, à quo Iupiter absconditus & nutritus fuit, atque ab illo insulæ nomen inditum. Diodorus vero Siculus Εἰσέκρηται omnium Cretæ populorum vetustissimos fuisse dicit, quorum rex Cres fuit. De quibus & Marcianus περιεγραφή.

D Ἀρχαιοτάτους ἔχει δὲ τὰς οἰκήτους, τὰς δὲ παρ' αὐτοῖς Εἰσέκρηται λεγομένους. Atque incolæ conseruat antiquissimos, Qui nuncupantur Eteocretenses suis.

Plinius. Olim vocatam fuisse Aeriam, deinde & Curetim, & Macron nonnulli, à temperie Cæli appellatum existimauere; quo loco mallem apud Plinium μακρόνησον. i. felicem insulam, legere; ita enim ex illo, præter Isidorum & Martianum Capellam, Iulius Solinus exscripsit. Nonnulli etiam à temperie cæli μακρόνησον appellatam prodiderunt. Hodierno die Candia ab vrbium præcipua nominatur.

E Adeo autem populosa fuit, vt Εἰσέκρηται illam Homerus suo tempore vocauit, quod centum in illa vrbes essent. quod & Virgilius III. Æneidos expreflit.

*Creta Iouis magni medio iacet insula ponto:
Mons Ideus ibi, & gentis cunabula nostræ,
Centum vrbes habitant magnas.*

A

Homerus tamen in Odyſſea *Ἐννενηκοντάπολιν* vocat, quod nonaginta urbibus habitaretur. Strabo differentiam hanc conciliat, quod Vlyſſis tempore nonaginta tantum urbibus inſtructa eſſet, poſterioribus vero ſæculis, nempe viuente Homero, centum vrbes habuit. Inter has nobiliſſimæ fuerunt Cnoſſus, Gortyna, Cydonia. Priorem Homerus magnopere extollit, magnam vocans, & Minois regiam.

Situ autem adeo commodo fuit Creta, vt Ariſtoteles II. Politicorum B dixerit; inſulam hanc ad principatum totius Græciæ fuiſſe natam, ob ſitus opportunitatem. nam cum Græci circum mare paſſim habitent, illa autem vniuerſo mari imminet, modico enim ſpacio à Peloponneſo diſtat, nec multum ab Aſia ſeiuncta eſt, quare maris imperium non fuit arduum Minoi occupare, qui alias quidem inſulas ſuo imperio ſubiecit, alias vero deſertas, habitabiles effecit; vnde Cretenſes maris principatum multis annis tenuere, quod Seneca in Hippolyto indicat.

*O magna vaſti Creta dominatrix freti,
Cuius per omne littus innumera rates
Tenuere portum, quidquid Aſſyria tenuit
Tellure Nereus peruium roſtris ſecat.*

C

Adeoque apud omnes hoc in conſeſſo fuit, vt prouerbio locum dederit; *ὁ κρηὶς πῶς θάλατταν*, Cretenſis mare. Sagittandi autem peritia vicinos omnes ſuperarunt. Nam ab ineunte ætate arcubus aſſueſcebant, iactabantque ſe ſagittariam artem ab Apolline didiciſſe, vt auctor eſt Diodorus lib. v. Nullos enim Græcorum patrio inſtituto arcubus uſos fuiſſe, præter Cretenſes, auctor eſt Pauſanias in Atticis. vnde paſſim apud Hiſtoricos videmus Cretenſes ſagittarios in pretio fuiſſe.

Hic etiam armatæ ſaltationes, quas Enoplias vocant, inuentæ ſunt; quas primum Curetes docuere, deinde à Pyrrho Pyrrhica exulta. Pli- D nius lib. vii. cap. lvi. *Saltationem armatam Curetes docuere, Pyrrhicen Pyrrhus, vtramque in Creta.* Licet Athenæus lib. xiv. ex ſententia Ariſtoxeni dicat ſaltationem Pyrrhichicam Lacedæmoniorum eſſe inuentum, dictamque ita à Pyrrhichico Lacedæmonio, quia & vocabulum Pyrrhichicus, etiam eſt Laconicum; ſed falli eum certum eſt, nam Lacedæmonij plurima à Cretenſibus edocti, in uſus ſuos tranſtulerunt; Auctor enim eſt Diodorus Siculus, Enoplias hæc ſaltationes, à Curetibus & Corybantibus originem ſuam duxiſſe; nam cum illis Rhea mater Iouem puerum clam Saturno alendum dediſſet, ne vagitus pueri ad Saturni aures perueniret, armatas choreas cum frequenti armorum ſtrepitu in Ida E monte egerunt; atque ita vaſtro hoc commento patrem ſefellerunt. In cuius rei memoriam, Cretenſes pueros Enoplias ſaltationes docuerunt, tum etiam vt à teneris aſſueſcerent, belli ſimulachris. Virgilius etiam hoc confirmat.

Curetum

A *Curretum sonitus, crepitantiaque æra sequuti,
Dictæo cæli regem pauere sub antro.*

Sic etiam equestres pugnas iuuenes discebant, vt pronum illis esset, equos in gyrum flectere, nunc instare, nunc fugere. quod Iulius Solinus paucis tangit. *Equestres turmas prima docuit lasciuia vertigine implicare, ex qua disciplina bellicæ rei usus datus.*

B Sed nulla re magis gloriari debet Creta, quam Minoe legislatore. Is Iouis ex Europa filius, vel, vt Eusebius, Asterij regis Cretenfis & Europæ, qui in regno patri succedens, multas in Creta vrbes condidit, quarum præcipuæ erant, Cnossus (quæ teste Diodoro Siculo Asiam respiciebat. Strabo vero è regione Peloponnesi sitam scribit) Phæstus, & Cydonia. Hic primus ciuilibus institutis, & optimis legibus, Cretenfes ad mansuetos viuendi ritus perduxit. quod vt facilius apud rudes populos efficeret, per nouem annos in Iouis antrum descendisse fertur, ibique multum temporis hærens, decreta legesque perscribebat, quæ à Ioue patre se habere diuulgabat. vnde Homerus Odyssæa τ,

— ἐνθάδε Μίνως.

Ἐννέωρον βασιλῆε Διὸς μεγάλου δαεμῆς.

C *Hic autem Minos regnabat per nouem annos Iouis magni auditor.* Valerius vero Maximus, nono quoque anno refert Minoem in præaltum quoddam, & vetusta religione consecratum specus, solitum fuisse secedere. Refert autem Plato in Minoe, vel de lege, constitutum fuisse Radamanthum à Minoe, qui vrbi regiæ feu Cnossu præesset, vt legum custodiam haberet, reliquæ vero insulæ Talum præfecisse, qui ter quotannis pagos omnes perlustraret, legesque eorum, tabulis æreis insculptas, secum circumferret; vnde æreus à Poetis dictus. quem refert Apollodorus Lib. 1. Bibliotheca. virum æneum fuisse, atque à Vulcano Minoi datum, qui ter in die circum insulam currens eam tutabatur. Orpheus in Argonauticis vocat hunc Talum *χάλκειον τεργίαντα, æreum trigigantem.* In hoc certe omnes conspirant auctores, Cretam priscis temporibus optimis fuisse institutam legibus, quas imitati fuerunt Græcorum optimi; vnde & Plato, citato Dialogo, ostendit leges Cretenfium multo Lacedæmoniorum legibus antiquiores fuisse. Strabo etiam docet, Lycurgum in Cretam venisse, ibique Thaletis Musici & iurisconsulti contubernio vsum, à quo edoctus fuit, quæ Minos & Radamanthus instituta Cretenfibus dedere, ex quibus optima quæque prudentissimus legislator decerpfit, & Lacedæmoniis communicauit. quod & Plutarchus in vita Lycurgi obseruauit.

E Idem etiam Minos, præter insignem ciuilem prudentiam, bellica laude viguit; primus enim maris imperium obtinuit, Atheniensibus etiam bellum intulit ob Androgei cædem, quos belli rædio coëgit sibi supplices fieri, atq; imperato annuo tributo quatuordecim ingenuorū corporum, septem puerorum, ac totidem puellarum, vt in Cretam ad

Minotaurum mitterentur, in patriam discessit, expugnata prius Me- A
gara. Theseus immane hoc vectigal aboleuit, caeso Minotauro. Ob
Dædali vero ad Siculos fugam, Minos Siciliam aggressus, vbi à Coc-
calo rege per dolum thermarum vapore suffocatus perijt. alij à Coc-
cali filiabus, quæ Dedalo enixè fauebant, interfectum ferunt. Lon-
gum esset hic attextere; quæ de Pasiphaes amore in taurum, de La-
birynto, Dædali opera excitato, Poëtæ fabulati sunt. cuius enim hæc
nota sunt.

Lib. v. Bi-
bliotheca.

Ex Minoe autem geniti sunt secundum Diodorum Siculum, Deu-
calion & Molus, ex Deucalione Idomeneus, ex Molo vero Meriones, B
qui cum LXXX nauibus Agamemnonem ad Troiam comitati sunt,
multisque ibi rebus præclare gestis in patriam sospites redierunt. Re-
gia potestas postea hic sublata, & reipublicæ forma inducta. Aristote-
les. *Regia potestas primum fuit apud Cretas, postea illam sustulerunt, imperio in*
bello ad Cosmos translato. erant hi numero decem, qui in Repub. parem auctori-
tatem habebant, ac Ephori apud Lacedæmonios, nisi quod hi quinque tantum
essent, atque ex vniuerso populo eligi possunt, Cosmi vero non ex omnibus, sed ex
certis tantum familijs legebantur.

Lib. 21. Po-
liticorum.

A Romanis Cretenses postea sub iugum missi fuerunt; bello petiti,
quod Mithradati fauisse viderentur, re autem vera, vt Florus inquit, C
sola vincendi nobilem insulam cupiditate. Metellus eos deuicit, ei-
que Cretici cognomen datum. Sub Imperatoribus Constantinopoli-
tans postea permansit, donec à Balduino Flandro Imperatore con-
cessa fuit Bonifacio Marchioni Montisferratensis, qui anno M CXCIII.
Venetis illam vendidit, mansitque in hunc diem illis subdita.

Nummi Cretensium quatuor hic spectantur, exiguo discrimine. si-
quidem omnes ab vna parte, geminos angues habent, qui pharetram
cum arcu circumplectuntur suis spiris. Cur autem angues suis num-
mis gestent, non est mihi pronum explicare, præsertim cum nullum
venenatum animal hæc insula generet. Iulius Solinus. *Ager Creticus syl-* D
uestrium quadrupedum noxia nusquam educat, serpens nulla. Diodorus Sicu-
lus id Herculis beneficio attribuit. *Antea Herculi Cretenses cumulatissimos*
honores impenderunt, quibus ductus, in illorum gratiam omnem feris belluis in-
sulam ita purgavit, vt nullum agrestius animal in ea deinceps, neque ursus, ne-
que lupus, neque serpens, neque aliud quid simile sit repertum. hæcque ideo me-
rita in insulam contulit, quod Iupiter ibi natus aliusque fuerit. Quare non
immerito hisce Diodori verbis adductus suspicari possem, in Herculis
honorem angues hos nummis illorum apponi cum pharetra, & arcu,
in memoriam eius pueritiæ, quando geminos angues elisit.

Ab auersa vero parte, cistula cum serpente visitur, quod in hono- E
rem Bacchi factum puto. quod vt credam suadent plurima, in primis
corona ex hederæ folijs, cum vuæ botris implexa. Adde, Bacchi sacris
moris fuisse cistulam ferri, in qua illius arcana mysteria abscondita,
serpentes

A serpentes etiam gestabant bacchantes, quæ omnia à Catullo disertissimis versibus in Epithalamio Thetidis & Pelei explicantur.

*Horum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos,
Pars è diuulso iactabant membra iuuenco,
Pars sese tortis serpentibus incingebant,
Pars obscura canis celebrabant orgia cistis,
Orgia quæ frustra cupiunt audire profani.*

Nec mirum alicui videatur in honorem Bacchi nummos hos signatos, quum generosissimi vini insula sit ferax, vnde in Priapeis.

B *Vuaque qualis flaua non legit Creta.*

Nam veteribus persuasum fuit, vt ait Plinius, *quidquid in Creta nascitur*, Lib. xxv. cap. viii.
infinito prestare ceteris eiusdem generis alibi genitis.

Nostri certe temporibus, palmam obtinere vina Crætica, quæ Maluasiæ nomine passim celebrantur. Diodorus etiam refert, Cretenses in illa esse opinione, quod Bacchus ex Ioue & Proserpina in Creta natus sit, quem Orpheus inter mysteriorum ritus à Titanibus discerptum tradit.

K O P Y K I Ω N.

C O R Y C V S.

C Corycum promontorium esse Crætæ, Stephanus Byzantinus auctor est: Ptolemæus versus occidentalem insulæ partem, & ciuitatem esse eiusdem nominis, asserit. Plinius inter quatuor præcipuos montes recenset. Nummus Coryciorum Æsculapium refert, quod anguis ostendit, qui baculum amplectitur, vel quod Deus ille peculiari honore illic toleretur, aut quod medicis herbis maxime abundaret, & quod ibi maximæ efficaciam essent. ab auersa parte etiam **D** stula cum angue est.

C A M A R A.

Ptolemæus Camaram non procul à Sammonio promontorio collocat. Stephanus tradit olim *Λατω* dictam; de hac etiam vrbe nihil hæctenus mihi compertum.

Quid sibi velit nummus hic, in quo flos cum triplici stolone inter duo crura visitur, peritiores viderint.

T 3

ΚΥΔΑΙΩΝ:

Κ Υ Δ Α Ι Ω Ν.

A

C Y D Æ.

Nvsquam huius nominis vrbs occurrit; sed apud Plinium, Stephanum, & Ptolemæum, Cytæum legitur. quare & ita forte hic legendum.

Priores duo nummi geminos habent angues, mutuis spiris colligatos. in quorum primo templum, quatuor columnis instructum, cum ara visitur. In secundo Iupiter cum fulmine & aquila. Duo vero posteriores Iouem cum aquila in auersa parte referunt, quia Cretenses apud se Iouem natum & educatum gloriantur, vt constans est scriptorum opinio, qui etiam Iouis apud se existare sepulchrum prædicabant. Cicero III De natura deorum, vbi tres Ioues recenset. *Tertium Cretensem, Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur.* Varro etiam in opere, quod De littoralibus inscripsit, affirmat suis etiam temporibus sepulchrum Iouis ibi visitari.

Callimachus vero hymno in Iouem, Cretenses semper mendaces vocat, quod ausi fuerint Ioui sepulchrum fabricare, cum nunquam ille obierit, sed perpetuo existat.

κρητες ἀει ψεδσαι, καὶ γὰρ τάφον ᾧ ἄνα σεῖο
κρητες ἐπέκλῆσαντο. οὐ δ' ἔθάνες, ἐοσι γὰρ ἀεὶ.

Quod & Statius Papinius paucissimis verbis innuit. Lib. I. Thebaidos.

— *mentitaque manes*

Creta tuos. —

Λ Α Π Π Α Ι Ω Ν.

L A P P A.

D

Inter mediterraneas Cretæ vrbes à Ptolemæo enumeratur Lappa, quam Dion à Q. Metello vi expugnata tradit. Polybius videtur *λαμπίαν* vocare.

Apollinem cum cithara nummus hic ostendit, nec immerito. nam & Cretenses Apollinem apud se natum ferunt. Cicero III De natura deorum de Apolline. *Alter Corybantis filius, natus in Creta, cuius de illa insula cum Ioue ipso certamen fuisse traditur.*

E

Κ Υ Δ Ω-

A
Κ Υ Δ Ω Ν Ι Α Τ Α Ν.

C Y D O N I A.

*Apollonia dicta. A Cydone Apollinis filio mox ita vocata.
A Metello expugnata. Miletus à lupis nutritus. In Creta
nulla noctua. Diana Britomartis &
Dictynna dicta.*

B
I Nter præcipuas Cretæ vrbes non postremum locum Cydonia obti-
nuit, quæ Plinio Cydon, Ptolemæo Cydonis dicta. Hanc à Minoe
conditam refert Diodorus Siculus, in occidentali insulæ parte, quæ
Peloponnesum respicit. Eamque olim Apolloniam dictam auctor est
Stephanus, mox à Cydone, Apollinis filio ex Acacallide Minois filia,
nomen mutauit. Pausanias vero refert Tegeatis esse persuasum, Te-
geatæ filios, Cydonem, Archidium, & Gortyna, post eadem Scephri
à Lemane illorum fratre perpetrata in Cretam commigrasse, ibique
Cydoniam, Gortyniam, & Carea, ab his nominatas. Sed Cretenses
asserere, Cydonem esse Mercurij & Acacallidis filium. A Strabone in-
ter tres præcipuas Cretæ vrbes cum Cnosso ac Gortyna recensetur.
C
Disidentibus vero inter se Cnosij & Gortynij, maximum erat Cy-
donia momentum, vtri se illa applicuisset. immo eo potentia quon-
dam deuenit, vt sola cum Cnosij & Gortynij bellum gereret, teste
Liuiio sub finem lib. XLVIII. & Lucius Florus urbium matrem ex Græ-
corum sententia Cydoniam vocat. Obsessa hæc dudum à Metello Lib. III.
cap. VII.
Cretico, defensaque à Lathene & Pauare; sed vltima tandem necessi-
tate coacta, in victoris potestatem deuenit. Duces tamen eius, Pompeij
beneficio, Metelli triumpho erepti fuerunt ab hac etiam vrbe mala
cotonea Cydonia dicta sunt, auctore Plinio. Refert Athenæus, hac Lib. XV.
cap. XII.
D
in vrbe seruos, quos Clarotas vocabant, ferias celebrasse, quibus nemo
ingenuus aderat; immo fas ipsis fuisse, flagris cedere præsentibus liberos.
I. Ab vna parte Bacchus est, ab altera lupa cum lactante puero. An-
toninus Liberalis, lib. Metamorphoseon refert, in Creta, ex Apollinis
cum Acacallide Minois filia furtiuo congressu, natum esse Miletum,
quem mater, Minois metu, in sylua iussit exponi, vbi eum lupi acce-
dentes Apollinis iussu, custodiuerunt à ferarum incurfu, ac per vices
vberibus suis pauerunt, deinde superuenientes bubulci, puerum sustu-
lerunt, ac domi suæ aluerunt. qui postquam adoleuit, forma viribus-
E
que conspicuus euasit. quem Minos conatus violare, sed monitus à
Sarpedone conscensa naue in Cariam profugit, vbi urbem à suo no-
mine Miletum condidit, ductaque Eidothea, Euryti Cariæ regis filia,
in matrimonium, Caunum & Bilbilim ex illa suscepit, quorum infau-

stos amores Ovidius narrat 1x Metamorph.

II. Ab vna parte Bacchi caput, pampinis coronatum; ab altera vir nudus arcum tendit. innuit Cydonitas fuisse egregios sagittarios. Ovidius lib. 11 Metamorph.

— *Cydonio fundebat spicula cornu.*

III. Noctua ab vna parte, quod mirum, cum in Creta nullæ noctuæ. A
 Lib. x. cap. Plinius. *Sed in secessu anium, & noctuæ paucis diebus latere traduntur, quarum genus in Creta insula non est, etiam si qua inuecta est emoritur. Nam hæc quoque mira naturæ differentia, alia alijs locis negat. tanquam genera frugum, fruticumve; sic & animalium, non nasci, translaticium: inuecta emori, mirum.* B
 xxix. *Quid est illud vnus generis saluti aduersum? quæve ista naturæ inuidia? aut qui terrarū dicati aibus termini?* Hactenus ille more suo diserte. Ab aduersa parte luna est cum stella. in Dianæ honorem hoc factum, nisi forte dicamus, in honorem Dianæ & Mineruæ nummum hunc signatum.

III. Ab vna parte deæ alicuius vultum, ab altera lunam refert. siquidem, Iulio Solino auctore, Cretes Dianam religiosissime venerantur, *Βελτόμαρτυν* gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat, virginem dulcem. nam, Hesychio teste, *Βελτό τὸ γλυκὺ, ὡς Κρήτις.* Peculiariter vero Cydoniatis numen hoc cultum, nam prope illorum urbem mons est Tityras, Strabone teste, in quo phanum est Dictynnæ, quæ eandem C cum Britomarte faciunt. Diodorus Siculus refert, Britomarten, cui Dictynnæ nomen inditum, Iouis & Charmes filiam, in Creta natam, quæ casses venatorios prima inuenit, & inde cognomen illi inditum. familiarissima erat Dianæ; quare Dictynnæ & Dianam eandem putant esse. Nec Callimachum audiendum esse monet Strabo, qui Britomarten refert, Minois violentiam vt euaderet, inter piscatorum retia se abscondisse, vnde à Cydonijs Dictynna *ὑπὸ τῶν δίχτυων* .i. à retibus, dicta. Totam hanc fabulam in Ceiri egregie Virgilius describit, vbi ita post multa concludit.

— *alijs, quo notior esses,*

Dictynnæ dixere tuo de nomine lunam. D

Φ Α Ι Σ Τ Ι Ω Ν.

P H Æ S T V S.

Phæstus ab Herculis nepote condita. A Gortynijs euersa. Iphis puella in marem mutata. Epimenides καθαρίτης.

Eius anima emissaria.

E
PHæstum urbem à Minoe conditam in maris littore, meridiem versus, auctor est Diodorus Siculus, cum Strabone: alij tamen, inter quos est Stephanus Byzātinus, & Eustathius, à Phæsto, Herculis nepote, Ropali

A Ropali filio, illam ædificatam ferunt, quæ à mari distabat olim xx stadijs, à Gortyne vero lx. hæc & portum habebat ad mare, quem à Gortyniorum exulibus occupatum refert Polybius, lib. iv. Intestiniis porro laborante Creta seditionibus, Phæstum euertere Gortynij, vt auctor est Strabo, qui & sua ætate illorum agros occupabant. Ouidius Gnosso vicinam dicit ix. Metamorph.

Proxima Gnosiaco nam quondam Phæstia regno

Progenuit tellus ignotum nomine Lyctum.

B Hac in vrbe refert Lyctum quendam plebeium Thelethusæ vxori grauidæ mandasse, vt si marem pareret educaret, sin puellam, vt exponeret. sollicitæ & anxie ob viri mandatum Telethusæ, Isis Dea in somnis apparuit, eamque hortata est, vt quidquid pareret non dubitaret tollere, se enim auxilio futuram, cum opus esset. quare cum puellam peperisset, marem esse marito mentita est, qui aui illi nomen lætus imposuit, Iphimque vocauit, atque vt masculum educauit. sed cum ad decimum tertium annum peruenisset, ei pater Ianthem, Thelestæ vicini sui filiam despondit. Instanti nuptiarum die, Theleusa vna cum Iphi templum Isis mœsta adiit, promissam opem à dea expostulans, quæ Iphim in marem conuertit, & Ianthem duxit atque

Vota puer soluit, quæ fœmina vouerat Iphis.

C Epimenidem etiam Crentensem ex hac vrbe oriundum refert Strabo, & ex illo Eustathius, licet alij Gnossium faciunt. Græci illum καθαρτὴς, seu Lustratorem vocabant, quia Olympiade xlvii Athenas lustrauit. Hunc ferunt adhuc puerum, æstu & itinere defatigatum, in specum descendisse, ibique septem & quinquaginta annis dormiuisse, exspectum rerum faciem mutationemque velut postero die mirantem, domum reuersum à minore fratre cuncta cognouisse quæ acciderant. hinc pari numero dierum corpus consenuit, vixitque in centesimum, atque quinquagesimum septimum annum. Suidas addit, animam eius emissariam fuisse; ac corpori excedere solitam, cum libuisset, quod de

D Hermotimo Clazomenio ferunt auctores. Phæstiorum nummi, vrbis originem testantur. omnes enim in Herculis honorem sunt, à quo se ortos gloriantur.

Quid vero sibi velit mulier hæc arbori insidens vii nummo, difficile est dictu. nisi forsan alludat ad arborem, sub qua ferebant Crentenses Iouem cum Europa concubuisse. Plinius. *Est Gortyniæ in insula Creta, Lib. xii. iuxta fontem platanus vna, insignis vtriusque lingue monumentis, nunquam cap. 10. folia dimittens: statimque ei Græciæ fabulositas superfuit, Iouem sub ea cum Europa concubuisse.* Talem certe nummum Antonius Augustinus Dialo-

E go iii cum Gortyniorum inscriptione producit.

E Λ E N I T Ω N.

H E L E N A.

*Helena Cranae Homero dicta. Helenium hic natum
ex Helenes lachrymis.*

Percursis Cretæ nobilioribus locis, ad penitioris Græciæ insulas
veniendum, quarum prima occurrit Helena, quæ Atticæ confinijs **B**
adiacet, ante Thurium & Sunium promontoria, à quibus quinque
millibus passuum distita; aspera quidem, & culturæ vix capax, longitu-
dine sua LX. stadia complectitur; quare & Stephanus *μακρὴν* illam, ob
longitudinem suam, vocatam dicit. Pausanias hanc insulam Helenam
dictam credit, quod post Troiæ excidium Helena hic primum in ter-
ram exscendit. Strabo vero primo hanc Cranaem dictam, à Cranao At-
ticæ rege, illamque esse, cuius Homerus Iliade γ. meminit sub finem.

οὐδ' ὅτε σὺ πρόπρον Λακεδαίμων ἐξ ἐρατῆνῆς
ἔπλεον ἀρπίζεις ἐν ποντοπόροισι νέεσσι
Νήσω δ' ἐν Κραναῖ ἔμεινον Φιλόπηλι καὶ Δυῆ;
*Neque quando prius te Lacedæmone ex amabili
Nauigabam, rapturus pontigradis nauibus,
Insula in Cranae ubi mixtus sum amicitia & lecto.*

Itaque Cranae quæ tunc vocabatur, deinceps Helena dicta, quod in
illa primum Paris cum Helena mixtus sit; itaque in illa insula, & non
Lacedæmone, commissum est adulterium, quo postea Europa & Asia
bello conflagrarunt. Sed Eustathius dubitat, an Poeta Cranaem pro-
prij nominis loco acceperit, à *κραθίλων*, quod in illa illicitæ nuptiæ fue-
rint consummatæ, siue epitheti vice, pro aspera. Sunt etiam, qui Cy-
theram insulam intelligant, utpote Veneri sacram, quæ harum nuptia- **D**
rum conciliatrix fuit. In hac insula ferunt primum Helenium lauda-
tum fruticem enatum. Plinius. *Helenium è lachrymis Helena dicitur natum,
& ideo in Helena insula laudatissima. est autem frutex humi se spargens, do-
drantalibus ramulis, folio simili serpyllo.*

Lib. XXI.
cap. X.

Nummus hic Venerem videtur exprimere, & ab auersa parte pocu-
lum ansatum.

K P A N A A T Ω N.

C R A N A Æ.

Præter Helenam insulam, quæ prisca temporibus Cranaë fuit dicta,
est & alia in Laconica Cranae, non procul à Gytheo, de qua Pausa-
nias in Laconicis. Ante Gytheum prominet insula Cranae, in qua
Paris,

A Paris, auctore Homero, primum cum rapta iam Helena adulterium commisit. Post insulam in continente Migonitidis Veneris templum est. locusque is vniuersus, à miscendo, Migonius vocatur. templum hoc ab Alexandro, seu Paride, ferunt conditum. Menelaus autem octauo anno post Troiæ Ἀλωσιν incolumis domum reuersus, simulachrum Thetidis prope Migonitidem, & deæ Praxidicæ consecrauit. Nec est verosimile, amantem Paridem distulisse tantum temporis sua gaudia, donec tantum maris emensus esset à Laconica in Atticam, priusquam auidum saturaret amorem, cum illius rei oportunitas in Cranae non deesset, vt Pausanias asserit. quare illi potius assentior, dicenti, Home-
B ri Cranaem in Laconica esse; quam Straboni, qui in Attica illam collocat.

E Y B O I E Ω N.

E V B O E A.

*Olim Eubœa annexa, Abantes, & Leleges, primi incola.
Euripus Eubœæ. Diuersa de illo Linius à ca-
C teris scriptoribus sentit.*

I Nter maximas mediterranei, vel Ægei, maris insulas, Eubœa à scrip-
toribus annumeratur, quæ cum olim continentis pars, & Bœotix
annexa fuisset, maris irruptione, & violentia, à continente diuisa, &
insula facta est, non secus ac Sicilia, quæ, cum olim Italiae portio fuisset,

— venit medio vi pontus, & vndis
Hesperium Siculo latus abscondit, aruaque & urbes
Littore deductas angusto interluit aestu.

Adeo autem breui spacio à Bœotix continente separata est, vt iure
D dubitarit Iulius Solinus, an inter insulas Eubœa numeranda sit: siqui-
dem ab Occidente exiguo ponte continenti coniungitur. Vnde Pro-
copius, Δὲ ἄδificijs Iustiniani Imperatoris, εἰνὲς ξύλας ὑπὲρβολῆ, καὶ ἀφαιρέσει,
καὶ πεζύσει καὶ ναυτίλλονται. Vnius ligni vel impositione, vel ablatione, & pedi-
bus & nauibus Euripum transeunt. Complectitur autem ambitu suo hæc
insula ccc lxxv. m. p. Longitudine sua cl, latitudine vero xl. m. p.
Vnde, cum in longitudinem magis sit protensa, μακρὴς etiam olim no-
minata fuit. licet Homeri Scholiastæ magis placeat, à Macride Nym-
pha, Iunonis nutrice, ita dici.

Abantis etiam vocata, quod Thraces ex Aba, Phocidis ciuitate, pro-
E fectionem insulam coluerint, nomenque hoc illi iuxta Aristotelem imposue-
runt. Vnde & apud Homerum in nauium catalogo Abantes populi
vocantur, licet alij ab Heroe Abante dictos arbitrentur. Plinio etiam
Chalcis, & Chalcidensis dicta, ære ibi primum reperto. Poetarum
vulgo

vulgo Afopis : Hellopia vero ab Hellope Iouis filio, vel ab Æecli & A Cothi fratre Hellope : Eubœa vero Straboni ab Heroïna quadam Eubœa, Eustathio vero ab Afopi filia ita vocata; vel, vt alijs placet, ab Io in bouem versa, proinde ac si quis βοὸς ἄλλω nominet Eubœam, quod ibi antrum quoddam esset, vbi Io Epaphum peperisse dicitur. Alij etiam Ocham dixerunt, à monte forte, qui cæteros omnes magnitudine sua superat. Leleges primi in hanc insulam traicere, mox & Athenienses, duce Pandoro. Marcianus.

Πρώτους δ' ἐν αὐτῇ Φασὶν οἰκῆσαι πρῶτῃ
 μιγάδας σιωοίκας Λέλεγας. ἐκ τῆς δ' Ἀττικῆς
 Τὸν Ἐρεχθέως Διδοῦντα Πάνδωρον, κτίσαι
 Πόλιν μεγίστην τῶν ἐν αὐτῇ Χάλκιδα.

Sedes hic fixisse primos autumant

Promiscuos Lelegas: ob oraque Attica

Transfesse Erechtheo satum Pandorum, ibi

Struxisse maximum oppidum, hoc est Chalcidem.

Præcipuæ in illa quondam vrbes Oechalia, Eretria, Chalcis, Istiæa, Carystos, Aedeplus, Cerinthus. Ex quibus antiquissimæ Eretria, & Chalcis. Vtriusque mœnia Troianis temporibus antiquiora Athenienses condidisse auctor est Strabo. Post Troiam captam, Aeclus & Cothus, Athenis profecti habitauerunt, ille Eretriam, Cothus vero Chalcidem. Hinc etiam philosophorum schola prodijt, quam Eretricam nominant, quæ Menedemi auctoritate Eretriæ cõstiterat, & ante hanc, Peripateticorum ibi floruit, quo tempore Chalcide Aristoteles versatus est, vbi & vita functus est. Magnis etiam adeo opibus fuere auctæ hæ vrbes, vt insignes colonias in Macedoniam emiserint. nam Eretria circa Pallenem, & montem Athon, vrbes quasdam condidit; Chalcis vero, circa Olynthum, in Italiam etiam, & Siciliam, colonias plurimas miserunt. Sed inter omnes vrbes potissimum claritatis locum semper habuit Chalcis, quæ & hodierno die Negreponte dicitur, vnde & vniuersæ nunc Eubœæ nomen inditum. Incolæ illius olim præstantissimi vel ex oraculi monitu fuere habiti, vt Strabo refert lib. x.

Ἴππον Θεσσαλικὸν, Λακεδαιμονίαντι γυναῖκα,
 Ἄνδρας θ' οἱ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς Ἀρεθῆσης.

Thessalicus sonipes præstat, mulierque Lacæna,

Quique Arethuseos haurit vir fonte liquores.

Circa Chalcidem enim erat Arethusa fons, non secus ac in Sicilia. Sed nihil in Eubœa ipso Euripo magis memorandum, qui septies nocte dieque refluit, quod Pomponius Mela breuiter, sed eleganter, describit. *Eubœa angusto freto distat à littore, Euripon vocant, rapidum mare, & alterno cursu septies die, ac septies nocte, fluctibus inuicem versis adeo immodice fluens, vt ventos etiam, ac plenis velis nauigia frustretur.* Seneca in Hercule Oeteo.

A *Euripus vndas vertit, instabiles, vagas;
Septemque cursus flectit, & totidem refert,
Dum lassum Titan mergat Oceano iubar.*

T. Liuius non certo numero putat hunc fluxum & refluxum fieri, sed prout passim ventorum vis incideret. Verba eius sunt ex lib. xxviii.

Ex patenti vtrunque coactum in angustias mare, ut speciem intuenti primo gemini portus, in ora duo versi, præbuerit. Sed haud facile alia infestior classi statio est, nam & venti ab vtriusque terræ præalvis montibus subiti ac procellosi deijciunt, & fretum ipsum Euripi, non septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocatur, sed temere in modum venti, nunc hac nunc illac verso mari, velut monte præcipiti deuolutus torrens rapitur, ita nec nocte, nec die, quies nauibus datur.

Ferunt Aristotelem, quia Chalcidi defunctus, in Euripum se deiecisse, quod huius reciprocationis causas inuestigare non posset. sed sine probabili aliquo auctore. nam Suidas eum Chalcide veneno, Diogenes autem Laertius morbo, perijsse tradunt. Titanas etiam fama est in Eubœa regnasse, quod ibi primum τὰ χαλκεία, seu fabriles officinæ repertæ sint. Iulius Solinus. *Chalcis eadem habitata est apud præcos, ut Callidemus auctor est, ære ibi primum reperto. Titanas in ea antiquissimè regnasse ostendunt ritus religionum, Briareo enim rem diuinam faciunt (arystij, sicuti Aegeoni Chalcidenses. nam omnis fere Eubœa regnum fuit Titanum.* Strabo refert, ætate sua delijsse metallum quoddam mirabile, quod nusquam, præterquam in Eubœa, proueniret; quod ex æris & ferri miscella constabat.

Mons etiam hic Caphareus, in Hellespontum prominens, Græcorum ex Illo redeuntium naufragio nobilitatus. cum enim Palamedem, Nauplij filium, omni virtute & prudentia præditum, Græci Vlyssis dolo commoti occidissent; Nauplius, ut filij innoxij mortem vlcisceretur, cum videret Græcos tempestate laborantes, montem hunc ascendit, & accensis facibus, in loca iniqua, vbi periculosissima laterent saxa, & fyrtes, illexit. Illi, rati hic pharum esse, & tutum nauibus receptum, in scopulos & fyrtes impegerunt, multique ex his pessime perierunt, quod elegantissime in Agamemnone Seneca explicat.

*Est humilis vnda, scrupulis mendax vadis,
Vbi saxa rapidis clusa verticibus tegit
Fallax Caphareus; æstuat scopulis fretum,
Feruereque semper fluctus alterna vice.*

Et plurima addit, quæ tædij causa mitto. Virgilius duobus verbis elegantissime hoc exprimit. — *scit triste Mineruæ*

E *Sidus, & Euboica cautes, vltorque Caphareus.*

Fuit Eubœa posterioribus sæculis sub Venetorum imperio, quam illis sponte cesserat Rabanus Carcerius; cum videret aduersus Turcarum vires se non posse insulam defendere. Anno demum mccc lxx

Mahumetes Turcarum Imperator Venetis illam eripuit.

Nomismata pene cuncta bouino capite insignita sunt, in memoriam ni fallor Ius, quæ in bouem conuersa in Eubœa Epaphum enixa fuit, vt supra diximus. Vel quod ita vrbs nomen, quasi à boue ductum, significare vellent.

A I Δ H Ψ I Ω N.

Æ D I P S V S.

Herculis balnea. Aquæ Hellopia. Frigida scaturigo admodum salubris, repente exaruit, cum bibituris vectigal esset impositum.

EVbœæ quondam erat vrbs non incelebris Ædipus, iuxta quam calidæ aquæ profluebant, quas Strabo lib. IX. Herculis balnea indigetat, Plinius vero Hellopias has aquas vocat. *Aquisque calidis, quæ Hellopia vocantur nobilis.* Quondam erant valde celebres, refert enim Plutarchus libello De fraterno amore; Græcorum sua tempestate studia potissimum circa res ludicras vanasque constetisse, vtpote circa histrionum studia, & comædorum; circa lauacra Aedipsia. Athenæi epitome sub finem lib. III. mentionem facit, Aedipsi, procul à ceteris aquis, riuulum mari vicinum emicuisse, qui gelidam aquam funderet, cuius potus ægris plurimum auxiliabatur; qua de causa plurimi eo vel è remotis locis auxiliij causa confluebant. Antigoni vero duces, cum principis sui res diligentius administrare cuperent, bibituros vectigal quoddam pendere iusserunt, sed præposteræ suæ diligentia pœnas luerunt. siquidem statim salubris illa scaturigo euauit. Circa hanc vrbs auctor est Epaphroditus apud Stephanum, hic primum æraria metalla fuisse inuenta, Curetasque, qui cum Ioue conuenerant, huic operi vacasse, qui postea insulæ, & Iunonis templi, custodes relictæ.

Nummus ab vna parte cancrum habet, ab altera parte nescio quem piscem, indicio piscaturæ studiosam fuisse.

K A P I -

A

Κ Α Ρ Υ Σ Τ Ι Ω Ν .

C A R Y S T V S .

Stephanus emaculatus. Solini lectio restituta. Dryopum colonia.

Carystius lapis Ηξαινομήδης. Mantilia ex eo parata.

Carystia aues.

B

AD radices montis Ochæ, quem totius Eubœæ maximum esse auctores ferunt, sita est Carystus, scriptorum præconijs nobilitata; quam ita vocatam à Carysto Chironis filio constans est fama, vnde Theodoridas apud Stephanum etiam Chironiam dictam asserit. Ab alijs etiam Aegæa, ab Aegæone gigante. Sic Stephanus. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Αἰγαία διὰ Αἰγώνος ἔδωκε δὲ οὗτος. quo loco lubens legam Αἰγαίων. Et apud Iulium Solinum luxatam lectionem suo loco restituam. Briareo enim rem diuinam faciunt Carystij, sicuti Aegæoni Chalcidenses. Legendum, Briareo rem diuinam faciunt Chalcidenses, sicut Aegæoni Carystij. Si enim ab illo dicta Carystus Aegæa, probabilius est illos rem diuinam fecisse Aegæoni, qui quondam illis imperauit, & vnde vrbi nomen inditum.

C

Non desunt qui Dryopas condidisse dicant, Marcianus.

Δρυόπας δὲ τῶν Κάρυστον ὀνομασμένῳ,

Dryopas Carystum condidisse prædicant.

Celebris hic olim latumia erat, prope vicum Marmarium, vbi nobilissimum marmor effodiebatur, vnde Carystia columnæ excidebantur; ibique Apollinis Marmarini templum, vt auctor est Strabo. Carysti etiam lapis nascebatur Ηξαινομήδης, quem lanæ instar pectere, & nere poterant, ex illoque parabantur mantilia egregie contexta, quæ vbi sordibus inquinata erant, in flammam proiecta non

D

secus emundantur, quam si maculas elueres. Seneca in Troade hoc respexisse videtur.

An ferax varij lapidis Carystus.

Propter marmor scilicet & hunc lapidem, quorum ibi prouentus egregius. Plutarchus lib. de Oraculorum defectu, suo tempore desijisse hunc lapidem conqueritur. Neque diu est, quod Carystia rupes desijt simul cum marmore, proferre stamina quedam mollia, ac quasi fila quedam lapidea (existimo enim quosdam vestrum vidisse mantilia, retia & inuolucra capitis, ex ea materia confecta, quæ neque vruntur, & cum vsu sordes contraxerint, in ignem coniecta, nitorem splendoremque suum recipiunt) plane enim desijt, &

E

vix graciles quedam fibre, & tanquam capilli eius materia per metalla discurrunt: Non dissimile est, quod Plinius de lino Asbestino prodit; Inuentum est linum, quod ignibus non absimitur, viuum id vocant, arden-
tesque in focis conuiuorum ex eo vidimus mappas sordibus exustis, splen-

Lib. XI 8.

cap. I.

descendentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunicae, corporis fauillam ab reliquo separant cinere; nascitur in desertis, adustisque sole Indiae, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes, assuescitque vivere ardeundo, rarum inuentu, difficile textu propter breuitatem. Rursus de caetero color, splendet igni, cum inuentum est aequat pretia excellentium margaritarum. Vocatur autem Graecis Asbestinum ex argumento nature. Georgius Agricola, rei metallicae peritissimus, putat linum hoc Asbestinum, & lapidem Carystium, eadem esse cum lapide Amiantho, & Alumine scisso, atque in Germania plurimis in locis prouenire.

Callimachus, nobilis artifex, Athenis aureum lychnum Mineræ fabricauit, quo oleo repleto eandem sequentis anni diem exspectat, cui elychnium indidit ex lino Carystio, quod vnum flammis absumi non poterat. Hoc tamen à Pausania καρπύσινον vocatur, manifesto errore. Refert etiam Solinus, Carystias esse aues, quæ flammis impunè inuolant. fides auctorem appellat. Ab hac Carysto longe diuersa est illa, quæ in Laconica existat, quæ vino generoso laudatur; illudque est vinum Carystium, tantopere ab Alcmane Poeta celebratum.

In nummo Mercurius spectatur cum petaso, & ab auersa parte gallus gallinaceus.

K H P I N Θ I Ω N.

C E R I N T H V S.

Maritimam Eubœæ est oppidum, non nimis amplum, Cerinthus; non procul ab Istiæa, ut auctor est Strabo. quod & Hellopium vocatum fuisse, ab Hellope Tithoni filio, Eustathius asserit. Marcianus Cothium Atheniensem dicit Cerinthum ædificasse.

*Αἴκλον τ' Ἐρετρίαν, τ' Ἀθιναίων ἄρει.
Τὴν δ' εἰσαλίαν Κήρυθον ὠσάντως Κόθων.*

*Aeclumque Eretriam Atheniensem origine,
Et maritimam Cerinthum itidem etiam Cothys.*

Iuxta hanc urbem Budonis fluuius labitur, eiusdem nominis cum monte iuxta Salaminem, qui Atticam versus spectat.

Apollo est cum lyra, columnæ peristylio infidens.

A
I Σ T I A I E Ω N.

I S T I Æ A.

*Ab Atheniensibus condita. Oreum mox dicta.
Stephanus emendatus.*

INter vetustissima Eubœæ oppida erat Istiæa, quod etiam Troiano
B bello conditum fuisse testatur Homerus. Primi hanc videntur A-
 thenienses coluisse; ab Istiæensi enim tribu coloni huc missi, Istiææ no-
 men dedere. Theopompus vero refert, postquam Pericles insula Eu-
 bœa potitus esset, Istiæenses ex fœdere in Macedoniam secessisse, duo
 vero millia Atheniensium venisse Oreum habitatum. Eustathius ve-
 ro, priscam quandam Heroïnam Hyrici filiam vrbi dedisse nomen.
 Aliqui & Estiæam vocant. Est etiam in Thessalia Estiæa, vnde & Thes-
 sali Estiotes dicti, qui probabiliter ab hac Istiæa ducunt originem.
 Stephanus postea vocatam Ὠροπὸν hanc urbem tradit, sed perperam.
 nam, Strabone teste, Ὠρεὸς posteriori tempore, seu Oreum, vocata fuit.
C atque ita apud Stephanum legendum. Hellopienses enim, cum mon-
 tani essent, Istiæam Oreum vocarunt. Aliam etiam de nominis muta-
 tione Strabo sententiam refert. nempe Oretanos, cum propriam ciui-
 tatem habitarent, ab Hellopiensibus bello superatos, ad Istiæenses
 transgressos, cum eis mixtim habitarunt, cumque vna vtrisque ciuitas
 facta fuisset, vtriusque populi nomine vocata, & duobus nominibus
 vsa, non secus ac Lacedæmon, etiam Sparta vocata.

Romanorum certe temporibus Istiææ nomen, vt obsoletum, in-
 terierat, Oreum tantum vocabatur. Vrbs olim valida, & duplici arce
 munita, cuius T. Liuius lib. xxviii mentionem facit. Venit illa in ma-
D nus Sulpicij Proconf. & Attali regis, primum proditione Platonis,
 præfecti Philippi Macedonum regis; paucos vero post annos, cum ad
 Philippum iterum rediisset, à Romanis, duce Apustio legato, & rege
 Attalo, vi expugnata fuit. Istiæorum nummi vbique caput, pampineis
 vittis coronatum, præferunt; & alibi botrum appensum. quod indicat
 optimo illam vino abundasse, quod & Homerus iam dudum significa-
 uerat, qui Istiæam vocauit πολυσείφυλον, multas vuas habentem. Num
 vero mulier, quæ proræ nauis insidet, cum velo expanso, fortu-
 nam designet secundam, non omnino abhorret animus, vt credam,
E cum non dissimili modo inter Romanorum nomismata frequenter
 occurrit.

Σ Κ Υ Ρ Ι Ω Ν .

S C Y R O S .

A Pelasgis primo habitata. Mox à Chalcidensibus. Deinde Dolopum sedes. Cimon Thesei ossa hinc Athenas retulit. Pallas littoralis.

B

ANte Pelasgicum finum, Cycladum & Sporadum extima iacet Scyrus. Strabo illam, & Peparethum, atque Scyathum, contra Magnesium sitas esse dicit. Dicta autem Scyrus, quasi *σκυρός*, ob loci asperitatem; unde à Statio *Scopulosa* vocatur. Olim habitata fuit à Pelasgis, & Caribus; ut ex Nicolao refert Stephanus Byzantinus. Marcianus postea à Chalcidensibus cultam.

——— τὴν Σκύρον δὲ, καὶ
τὴν Σκίαθον, ἐκ Θράκης Διαβάντες, ὡς λόγος,
Πελασγῶται. πάλι δ' ἐρήμους ἤροισι
αὐτὰς ἀπίους Χαλκιδεῖς Σωφίστου.

C

——— atque Scyrum ut transeunt
Ex Thracia, & Scyathum, velut vulgo ferunt,
Pelasgiota, destitutas insulas,
Rursus replerunt Chalcidenses incolis.

Postea Dolopum sedes fuit, qui cum latrocinij vicina maria infestarent, adeo, ut ne à mercatoribus quidem abstinerent, qui insulam suam frequentarent: Cimon Atheniensium dux eo trajiciens Dolopes expulit, & patriam illam subiecit, atque Aegæum mare à prædonibus liberavit. Cumque illi notum esset, Theseum, factione Mnesthei Athenis eiectum, in Scyrum confugisse, atque à Lycomedes rege per summum scelus ex scopulo præcipitatum; (vel quod viri gloriam & virtutem metueret, vel ut Mnesthei gratiam eius morte sibi pararet) omni studio eius sepulchrum inquisivit. Atheniensibus enim oraculo imperatum, ut Thesei ossa in urbem referrent, eumque ut Hercem colerent, illud tandem aquilæ indicio reperit, quæ rostro tumulum quendam assiduo fodiebat. quo ille augurio permotus, locum iussit effodere, atque reperto ibi eximia magnitudinis cadavere, cum gladio & pilo, prætoriam naui impositum secum Athenas tulit, atque à civibus magno honore, & splendido apparatu, excipitur.

D

Nobilitata etiam fuit hæc insula Achillis latebris, siquidem Thetis mater, futuri præscia, cum sciret filium suum, si ad Troianum bellum proficisceretur, gloriosum quidem, sed brevioris vitæ futurum, incertis belli illum statuit eximere; maluitque illum inglorium

E

A rium diuturniori vita frui; quare in Scyrum, ad regem Lycomedem, virginis habitu illum deduxit, sperans ibi tutum inter virgines latibulum. sed Vlyssis astu detectus, atque ad Troiam abductus fuit, cum prius ex Deidamia, Lycomedis filia, Neoptoleum seu Pyrrhum suscepisset. vt abunde Staius libris Achilleidos testatur. Abundabat Scyros maxime capris, variisque lapidum generibus, Strabone teste. Erat hic insuper lapis mirandæ naturæ, vt auctor *Lib. xxxvi* est Plinius, qui integer fluitat, idemque in frustra comminutus *cap. xvii.* mergitur.

B Templum hic erat Palladi Littorali dicatum, ante vrbis ingressum situm. Staius i. Achilleidos.

*Palladi Littoreæ celebrabat Scyros honorum
Forte diem.*

Et lib. ii. manifesto ostendit ante urbem ædem eius fuisse.

— *magis indubitata magisque
Scyros erat, placidique super Tritonia custos
Littoris. —*

Nummus hic Neptunum cum tridente ab vna parte, ab altera nauis rostrum.

C

Π Ε Π Α Ρ Η Θ Ι Ω Ν.

P E P A R E T H V S.

Cretenses Peparethum incoluere. Olei & vini ferax.

I Nter Cycladas etiam annumeratur Peparethus, quæ in Ægeo mari, non procul ab Atho monte iacet, quam olim Euonum dictam refert Plinius. circuitu suo patet nouem passuum millia. Martianus

D Cretas dicit hanc quondam habitasse.

— *ὄν κρητῆς μὲν οἱ
Μετὰ Σταφύλῃ Διὰ πάντας ἐκ Γνώσσης ποτὲ
Πεπάρηθον, ἐγγὺς κειμένη, τ' αὐτῆς ἴκον
Νῆσον Σωοικιζουσι.*

*Cretæ incolæ cum Staphylo olim ἐ Γνώσσιᾳ
Peparethum, & huic propinquam Icum alteram insulam
Cæpere condere.*

T. Liuius non ignobilem urbem in illa fuisse dicit, quam Philippus bello, quod aduersus Romanos gessit, solo æquauit. Magnus hic olim

E prouentus olei, vnde Ouidius vii Metamph.

— *nitidæque ferax Peparethus oliuæ.*

Vinum etiam Peparethium apud Athenæum & Pollucem inter nobiliora recensetur.

Seneca videtur Peparethum in Attica collocare, nisi aliam ab hac A nostra innuat; in Troade.

Attica pendens Peparethos ora.

Quid sibi nummus hic velit, dubius sum. nam mulier videtur, à posteriori corporis parte in bouem mutata. An Io est, quæ inter Iouis amplexus in vaccam mutata, importuno Iunonis aduentu?

Θ Α Σ Ι Ω Ν.

T H A S V S.

B

Aurarijs metallis diues. Thasus Cadmi socius. Pariorum colonia. Ab Hercule expugnata. Phœnices metalla detexerunt.

Theagenes nobilis Athleta MCCCC. coronas accepit. Herculis Thasij templum antiquissimum.

Vinum mirandæ nature.

THraciæ obuersa iacet Thasus insula, non procul à monte Atho, quam olim Plinius Aeriam, & Aethriam, dicit vocatam, ob aeris forte salubritatem. inter Stymonis autem & Nessi fluuiorum ostia sita erat. Eustathius ad Dionysium Alexandrinum dicit, vocatam olim χρυσὴν νῆσον, ἀπὸ τῶν χρυσοῦ μετὰλλα, auream insulam, ab aurarijs metallis, quorum ibi copia. Condita autem fuit à Thaso, Neptuni filio, vt refert Apollodorus, & Eustathius: Herodotus vero, à Thaso Phœnice nomen obtinuisse dicit. Hic Thasus Cadmo se socium adiunxit, vt Europam inuestigaret: atque in Thasum veniens, de suo nomine illam vocauit, vrbemq; ibi condidit, vbi fato functa Cadmi mater Telephassa, quam Stephanus Telephen vocat. Pausanias hunc Thasum Agenoris filium dicit fuisse, atque ita Cadmi frater Thasus iste, quem Stephanus decem ætatibus ante Herculem vixisse scribit. siquidem Thasi tempore florabat Belus, auunculus eius, & Agenoris frater, qui pater fuit Ægypti, à quo natus Lynceus, hinc Abas, Acrisius, Danae, Perseus, Alcæus, Amphytrio, cuius filius Hercules. Herodotus vero quinque tantum ætatibus ante Herculem dicit Thason conditam fuisse. Parij autem postea Thasum coloniam deduxerunt, vt Thucydides & Strabo testantur, idque ex oraculi monitu, quod Archilochus Pario datum refert Stephanus.

*Ἄγγιλον Παρίοις Τηλεσίκλης, ὡς σε κελύω
Νῆσῳ ἐν Ἡερίῃ κτίζειν Ὀδδείλεον ἄστν.*

Erat enim Archilochus Teleficlis filius. Vocabatur autem Ἡερία, seu vt E Plinius Aeria, hæc insula prius, mox Thasus.

Ab Hercule etiam Thasum expugnatam refert Apollodorus lib. II. qui, eiectis Thracibus, Androgei filijs eam incolendam dedit. Quod mihi

A mihi monstri instar est, nam Androgeos defuncto Hercule ab Atheniensibus interfectus fuit. quare in voce hac non dubito mendum esse, vel de alio Androgeo Apollodorus loquitur.

Darius etiam cum Græciæ bellum meditaretur, Thasios in potestatem suam redegit; insimulatos postea à vicinis tanquam defectio-
nem meditates, iussit illorum muros dirui, & naues Abderam deduci. Erant enim Thasij opulenti, ob prouentum vberem, quem ex aurarijs percipiebant, cuius magnam partem in compingendis nauibus, & struendis mœnibus consumebant. Nam, teste Herodoto,
B Phœnices, quum primum duce Thaso in hanc insulam peruenissent, opulenta metalla detexerunt, quæ sua ætate adhuc Phœnicæ dicebantur, præter quæ ipsi incolæ alia inuestigarunt; ex quibus poterant annua recipere ad ducenta, aliquando & trecenta talenta, si tributorum immunes fuissent. Ab Atheniensibus vero Thasij post bellum Medicum descuerunt, eo quod emporia metallorum, aliarumque rerum, in aduersa Thracia haberent. sed pugna nauali ab Atheniensibus victi, & per triennium obsessi, cum frustra Lacedæmoniorum opem implorassent, tandem se dederunt: à quibus iussi mœnia diruere, nauelque tradere, vt fuse narrat Thucydides lib. i.

C Ex hac etiam insula Theagenes fuit athleta, qui vel à puero insigni virium robore præditus; Siquidem XII annorum cum esset, Pausanias in Eliacis æneum simulachrum cuiuscumque Dei in foro positum, humeris impositum, domam fertur abstulisse; postea ob egregias corporis vires, ad pugilum certamina se applicuit, & Euthymum nobilem pugilem lucta superauit; varijs denique certaminibus MCCC coronas accepit. Postquam vero vita functus est, statuam eius improbus quidam, qui illum odio prosequutus fuerat, noctu flagris cedebat, tanquam ipsum Theagenem hac pœna vlceretur. Sed collapsa statua hominem oppressit, & contumeliam suam Theagenes ultus
D fuit. huius liberi statuam cædis postularunt, Thasij ipsam mari demergunt, iuxta Draconis leges, qui latis de homicidio decretis complexus est & res inanimatas pari pœna: si quid collapsum fuerit, & hominem interfecerit. Cum deinceps ob terræ sterilitatem apud Thasios fames ingrauesceret, consulto oraculo Delphico, illis responsum, vt exules reuocarent; quod cum fecissent, nec mali leuamen perciperent, secundo Apollinem consulunt, præstitisse se quæ imperasset, nihilominus deorum aduersus se iram perseuerare: Pythias responsum dedit, ob Theagenis spretos honores, illis hæc euenisse. Anxij Thasij, quo pacto statuam eius ex mari recuperarent, pisces reti
E statuam attraxerunt, quæ pristino loco reposita, illique sacra tanquam Deo facta. Miror omnia hæc, quæ à Pausania de Theagene, illa à Suida de Nicone Thasio dici.

Optimo etiam vino nobilitata Thafus, adeo vt apud Comicos Græcos passim de illo sermo, vt videre est apud Athenæum. Sed inter illa duplex vini genus, mirandæ naturæ, hac in insula proueniebat. vnum soporiferum, alterum vigilias inducebat. Plinius. *Apud Thasios duo genera vini diuersa facere prodiderunt, vnum quo somnus concilietur, alterum vero quo fugetur. apud eosdem & vitis theriace vocatur, cuius & vinum & vna contra serpentum ictus medetur.* Athenæus etiam de iisdem vinis lib. I. *Ἐν θάσῳ ἡ λέγεται, ὡς αὐτοὶ ποῖσιν οἶνον πινὰ Ἰωνηκικόν, καὶ ἕτερον ἀγρυπνεῖν ποῖνται τὰς πίνοντας.*

Lib. XIV.
cap. XVIII.

Dionysius Alexandrinus Thasum vocat. *Ὀγυγίην τε θάσον δημήτερος ἀκτίω. Ogygiamque Thasum Cerealia rura.* Caussam dat Eustathius, *διὰ τὸ ὕδαμον τῆς γῆς, καὶ ὕκαρπον*, ob insulæ scilicet fertilitatem. Vnde in prouerbium abiit, *θάσος ἀγαθῶν*, Thasus bonorum. De quo vide Zenodotum.

I. Hercules est sagittantis specie, vno crure innixus, cum leonis exuijs, & ab auersa parte, caput ipsius, hedera coronatum. Cum enim Thasij origine Phænices essent, illorum etiam Deum colebant, qui Thebano Hercule multis sæculis vetustior fuit, adeo vt Herodotus asserat lib. II. templum Herculis, quod Thasi erat, quinq; hominum ætatibus antiquius fuisse, priusquam Hercules Amphytrionis nasceretur, vidisseque etiam Tyri templum aliud Herculis, cognomine Thasij. Pausanias etiam auctor est, Thasi eundem Herculem ab oppidanis coli, quem Tyri.

II. Diana est cum pharetra & arcu, cuius forte ibi peculiaris cultus. Hipp. noster in Epidemicis historijs, Dianæ phanum in Thaso fuisse memorat. ab auersa parte Herculis sagittantis species.

III. Hercules cum spolio leonino, & claua, & pharetra.

IIII. Bacchus capite pampinis vuae coronato. Dictum est, optimo vino illam abundasse. ab altera Hercules, cum claua & spolio leonis, cum inscriptione *Ἡρακλῆος Σωτήρος*, Herculis seruatoris.

V. Hercules, vno genu innixus, scyphum dextra tenens, & auersa parte cantharus.

Λ Η Μ Ν Ι Ω Ν .

L E M N V S .

Vulcano sacra. A Pelasgis habitata. Illorum crudelitas in Atticas mulieres. Miltiades illam occupat. Mulierum in viros seuitia. Terra Lemnia. Labyrinthus nobilis. Cur Vulcano pileus appingitur. Is Deus, & Minerva, artium inuectores.

IN Aegæo mari sita est & Lemnus, aduersus Troadem, quæ circuitu suo patet XXI. M. P. ab aliquibus *Δυόπολις* nuncupata, quod duas vrbes haberet, Hephæstiam scilicet & Myrinam, Vulcano quondam sacra.

A sacra. Refert enim Homerus Vulcanum, cum Iunonem vinculis vellet exsoluere, quibus eam Iupiter suspenderat; è cælo præcipitatum, in Lemno decidisse, ibique ab incolis susceptum, & benigne curatum fuisse. quare & in insula maximus illi cultus, & vrbs Hephestia in eius honorem dicta. Incoluere illam quondam populi, quos Strabolib. x. Σαπαίης vel Σιωπός, ex Homeri sententia vocat, Thraciæ præsci cultores. Marcianus primo à Thoante Bacchi filio cultam, mox ab Atheniensibus coloniam eo missam dicit.

B Εἴτ' ἐμπελαγία Λῆμον, Ἡ Φαίης τροφός,
 Ἦν ὁ Διόνους πρῶτον εἰκίζῃ Θόας,
 Μετὰ ταῦτα δ' ἔρχεν Ἀθηναίων ἀποικίαν.

*Lemnusque alumna Mulciberi, cineta pelago;
 Quam condidit primum Thoas Baccho satius,
 Sed postea habuit Atticam coloniam.*

Aemylus Probus in vita Miltiadis, testatur Cares olim Lemnum coluisse, quod nemini mirum videbitur, qui sciat Cares imperium maris multis annis tenuisse. Herodotus vero lib. vi. refert Pelasgos Attica eiectos Lemnum occupasse, eosque, iniuriæ memores, occulto triremes instruxisse, & plurimas Atheniensium vxores, quæ festum
 C Dianæ Brauronæ agebant, raptas abduxisse, & delatas in Lemnum pro concubinis habuisse; quæ editos liberos Attica lingua, & patriis moribus imbuerunt, puerique nullam societatem cum Pelasgorum filijs admittebant, & si quis è suis vapularet, cuncti auxilium ferebant, & se mutuo tutabantur: quod vbi Lemnijs compertum, statuerunt omnes illos cum matribus Atticis necare, ne, postquam adoleuissent, filios suos legitimo coniugio natos insula expellerent. Omnes itaque pueros, illorumque matres, statò die interficiunt, quo peracto scelere, maxima frugum sterilitate insula laborauit. Delphos itaque mittunt, qui præsentis calamitatis laxamentum aliquod à dijs exposcerent. Pythia iussit, vt Atheniensibus pœnas quas vellent penderent: Athenienses petierunt, vt vniuersa decederent regione, quod cum Pelasgi facere recusarent; promiserunt se iussis illorù obtemperaturos, si vento aquilone naus vno die Lemnum ex Attica regione veniat, (est enim contrarius illis, qui Athenis Lemnum nauigant) atque ita re infecta discedunt. Sed Miltiades, occupata Cheroneso, quam Atheniensibus colendam dederat, memor Lemniorum responsi, Lemnum adiit, atque ex pacto postulat sibi dedi insulam. siquidem aquilone vento domo profectus eo peruenisset. Lemnij non tam pacto, quam secunda Atheniensium fortuna perterriti, ex insula demigrarunt, atq; ita Atheniensium iuris
 E facta est Lemnos. Nota etiã est horrenda illa laniena, qua Lemniæ mulieres viros omnes vna nocte iugularunt, præter Hysipylem, quæ Thoantem patrem seruauit; & clam navigio imposuit, quem tempestas in Tauricam detulit. Causa huius nefariæ cædis à Poetis in Veneris iram reijcitur,

reijcitur, quod mulieres Lemniæ aliquot annis nulla ibi sacra fecerant. quare in virorum odium illas Venus adduxit, qui Thressas concubinas duxerunt. Valerius Flaccus II. Argonauticon.

— *Contra Veneris stat frigida semper
Ara loco, meritas postquam dea coniugis iras
Horruit, & tacitæ Martem tenuere catena.
Quo circa struit illa nefas, Lemnoque merenti
Exitium fatale mouet.*

Cui & Statius lib. v. Thebaidos consonat.

— *Nullos Veneri sacrauimus ignes,
Nulla deæ sedes, mouet & cælestia quondam
Corda dolor, lentoque irrepunt agmine pœnæ.*

B

Apollonij Scholiastes refert mulieribus *δυσοδμίαν*, seu grauem odorem, à Venere immisum, qua de causa illas viri auerfari sunt.

Antigonus vero libro Mirandarum narrationum, dicit mulieres Lemnias hunc fœtorem contraxisse, quando Medea cum Iasone eo appulisset, ac venenis totam illam regionem infecisset, ita vt viri earum congressu abstinere. Sed cum cæteris scriptoribus hoc pugnat. Accessere postea Lemnum Argonautæ, quos laribus suis mulieres Lemniæ susceperunt, & ex Iasone Hypsipyle duos filios peperit, Euenum & Thoantem. Cum vero post aliquot annos innotuisset, Hypsilylen patrem communi lanienæ exemisse, conatæ sunt illam ceteræ interficere, nisi fuga salutem quæsiuisset. in itinere à prædonibus capta, Lycurgo regi Nemææ vendita fuit, quæ Argiuos postea siti laborantes, dum Thebas cum omnibus copijs properant, demonstrato fonte seruauit, vt Statius fusè narrat. Præcipuè autem nobilitata fuit insula hæc, terra Lemnia, quæ Græcis *Σφραγίς Λημνία*, seu sigillum Lemnium, vulgo terra sigillata dicitur. hanc Dioscorides refert in cauernoso quodam Lemni cuniculo effodi, & cum caprino sanguine misceri, quem postea incolæ in pastillos efformantes, capræ figura signant, & *Σφραγίδα αἰγός* appellant. Sed Galenus, qui Lemnum nauigauit, vt hanc terram exploraret, lib. ix. de simplicium medicamentorum facultatibus, ostendit Dioscoridem hac in re lapsum. Refert enim se comperisse, terram hanc tantum effodi circa Hæphestiada ciuitatem, quæ orientem insulæ partem spectat. Collis ibi est, ambusto similis colore ipso, tum quia sterile solum nullas arbores, aut virentes herbas, producit; adeo vt locus ipse fabulæ initium dedisse videatur, de Vulcani lapsu. In hunc collem sacerdos quotannis ascendit, & tritici atque hordei certo numero piamenti gratia terræ reddito, plaustrum hac terra replet, atque in urbem comportat, maceratamque aqua terram, lutum illud, quod subsidet, aufert, reliquum vt inutile abijcit, illudque pingue lutum eo vsque desiccatur, dum mollis ceræ consistentiam accipiat, atque sacrum Dianæ sigillum imprimit, atq; exsiccari permittit, atque postea in vsum

E

A in vsum medicum adhibetur, aduersus lethalia venena, & acres erodentesque fluxiones, summum remedium. Hac etiam in insula ex Hellanici sententia refert Isacius Tzetzes ad Lycophronis Cassandram primum inuentum fuisse ignem, & armorum fabricam. Labyrintho olim etiam Lemnus celebris. Quatuor enim nobiliores fuisse, scriptores asserunt, Ægyptium, Creticum, Italicum, & Lemnium. De hoc Plinius. *Lemnium similis illis, columnis tantum centum quadraginta mirabilior fuit: quarum in officina turbines ita librati pependerunt, ut puero circum agente tornarentur: Architecti illum fecere, Zmilus & Rholus & Theodoros indigenæ; extantque adhuc reliquiae eius, cum Cretici Italicique vestigia nulla extent.*

Lib. xxxvi
cap. xiii.

Duo priora nomismata Vulcanum habent cum fabrilibus instrumentis: in priori quidem incudem cum fulmine, & malleo. is enim Ioui fulmen fabricare dicitur. Virgilius.

*His informatum manibus, iam parte polita
Fulmen erat; toto genitor quæ plurima cælo
Deiicit in terram, pars imperfecta manebat.*

Adde etiam à Scruio obseruatum i. Æneidos, Vulcanum etiam possidere fulminum iactus, præter Iouem, & Mineruam. In secundo vero, forceps, & malleus; caput eius in utroque nummo reatum, vnde apud Arnobium lib. vi. *Vulcanus cum pileo & malleo.* Cuius rei causam Eusebius lib. Præparationis Euangelicæ explicat; *Ignis virtutem Vulcanum dicit vocari, & in forma hominis simulachrum ei constitutum, in cuius capite pileus est ceruleus; celestis symbolum volutionis, vbi integer sincerusque ignis inuenitur. nam qui è cælo in terram delapsus est, cum imbecillior sit, materiaque indiget, claudicans fingitur.*

III. Vulcanum ab vna parte, ab altera Mineruam habet, vel quod in Lemno etiam Mineruæ cultus erat. nam lucum eius ibi fuisse, vbi mulieres coniurationem habuisse de interficiendis maritis, auctor est Statius lib. v.

*Tunc viridis late lucus iuga celsa Mineruæ
Propter opacat humum, niger ipse, sed insuper ingens
Mons premit, & gemina pereunt caligine soles.
Hic sanxere fidem.*

Vel quod artes Mineruæ ac Vulcano plurimi acceptas tribuere, vt auctor est Phornutus; Mineruæ quidem, quando hæc prudentia ac industria videtur: Vulcano autem, quod plurimæ artes ignis opera efficiantur. Sic Plutarchus libello, Vtrum ignis, an aqua, sit vtilior; dicit ignem; & reperisse omnes, & conseruasse, artes. vnde & Vulcanum principem ac ducem artium faciunt. Huc etiam fortasse facit, quod Athenienses Lampadum festum agebant triplex, in Vulcani, Mineruæ & Promethei honorem, quod tres illi, artium præcipui essent inuectores.

IV. Muliebris facies bifrons ab vna parte, & Minerua ab altera habetur.

L V D O V I C I N O N N I I
M Y R I N A I Ω N.

M Y R I N A.

IN Lemni parte occidua sita erat vrbs Myrina, quæ à Myrina Thoan-
tis vxore, Crithei filia, ita dicta, vt auctor est Apollonij Scholiastes.
In huius vrbs forum solstitiali tempore Athos mons ei aculatur um-
bram suam, vt auctor est Plinius. quod certe mirum, nam ab illo distat
Lemnos LXXXVI. M. P. Apollonius Rhodius disertis versibus hoc expli- **B**
cat.

Ἦρα δὲ νιασορμύοισιν Ἀθῶ ἀνέτελλε κελώνη
Θρηκίῃ, ἢ τόσον δὲ πῶθε Λῆμον ἐξέσται,
Ὅσον ἐς ἐνδίων κεν εὐσελῶς ὀλίκας ἀνύσται.
Ἀκροτάτη κορυφῇ σκιά δ' ἐσάξει μυρίνης.

Quos Erasmus ita Latine vertit:

*Solis ad exortum, vada salsa secantibus alto
Vertice se ostendit Athos, mons Thracius, is qui
Diffitus à sacra tanto discrimine Lemno,
Quantum alata die valeat transmittere nauis.
Hanc tamen aerij contingit verticis umbra;
Quin longinquam etiam contingit adusque Myrinam.* **C**

Nummus ab vna parte Apollinem, ab altera fœminam seminudam
exprimit.

T E N E Δ I Ω N.

T E N E D V S.

*Tennes, Cygni filius. Eius fanum tibicen non ingreditur.
Cur biceps vultus cum securi. Tenedia securis.
Apollo Sminthius.* **D**

Lib. v. Bi-
bliotheca.

IN Hellefponto Sigæis littoribus obuersa iacet Tenedos, inter Spora-
das insulas ab Hecatæo annumerata. olim Λευκόφρυς, seu Leucophrijs
dicta. Plinius & Phenicem, & Lyrnessum vocatam dicit, aliqui καλύδνας,
vt Strabo refert. Dicta autem est Tenedus, à Tenne, Cygni filio, qui,
teste Diodoro Siculo, colonos ex opposita continente, in Leucophrym
desitutam habitatoribus deduxit, & diuisis viritim agris inter subdi-
tos, urbem etiam vocatam Tenedum condidit. qui cum rempub. pru-
denter & magna cum iustitiæ laude administraret, egregia dum vixit **E**
laude floruit, & post mortem diuinis honoribus à ciuibus ornatus
fuit. nam & templum in eius honorem condiderunt, ex sacrificijs tan-
quam Deum coluerunt. Distabat autem à continente, Strabone teste,
xI stadijs,

A XL stadijs, Plinius à Sigæo XII M. P. cccc. distitam scribit. Ambitu vero suo LXXX stadia occupat, portus item duos habet. Virgilius ante Troianum bellum dicit insulam opulentam fuisse, postea vero nauium stationem parum tutam. sed cur non versus eius appono ex II. Aeneidos.

*Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula, diues opum, Priami dum regna manerent,
Nunc tantum portus, statio & male fida carinis.*

Sed quia varia de Tenedi conditore feruntur, lubet videre, quæ Patianias inter ceteros, in Phocicis referat. Cycnus fuit Neptuni filius, Colonis is imperabat (qui locus erat in Troade contra insulam Leucophryn) qui ex Proclia Clytiæ filia, Laomedontis secundum Ifacium Tzetzem, Tennem & Hemithiam suscepit: qua defuncta, nouercam illis supraduxit Craugasi filiam: quæ cum correpta Tennæ amore esset, de stupro illum interpellauit: sed repulsam passa, criminatur apud virum, innoxium iuuenem, quod vim illi conatus fuisset inferre. Credulus pater, ira accensus, Tennem cum sorore in arca conclusos in mare misit. sed illorum innocentia vindex Deus, ad insulam Leucophryn saluos adduxit, Tennæque ab incolis regnum oblatum.

C Cycnus tandem vxoris flagitio comperto, ad filium nauigat, vt & ignorantiam suam fateretur, & culpam deprecaretur. Proinde cum ad insulam appulisset, funesque nauticos ad arborem alligasset. Tennes præ iracundia patrem audire noluit, & securi funes abscidit. Tzetzes vero refert, Cygnum occisum, Philonomam vxorem cum filijs in gratiam rediisse, & cum illis Tenedi habitasse. Hic Tennes cum Troiani belli tempore ab Achille esset interfectus, legem fuisse à Tenedijs latam, refert Diodorus, ne quis Achillis nomen, in conditoris sui Tennes fano enunciaret. Similiter etiam vetitum fuit, ne quis tibicen templum eius ingrederetur, quia tibicine quidam nouercæ calumnijs falso testimonio apud Cycnum adstipulatus fuerat.

D vnde & paræmiam refert Stephanus exortam, *τενέδιος ἀυλητής*, Tenedius tibicen. de falso teste. Hac in insula fontem fuisse auctor est Plinius, lib. II. cap. III. qui semper à tertia noctis hora in sextam ab æstiuo solstitio exundaret.

I. Securim habet ancipitem, cui duo mures adsunt, ab altera vero parte biceps vultus: Huius rei causam reddunt Stephanus Byzantinus, & Suidas; regem Tennem tulisse legem in adulteros, vt vtrique caput amputaretur, idque in suo filio obseruasse, eaque de causa etiam in nomismatis, altera parte securim, in altera duos vultus incidisse.

E Stephani verba sunt. *Δια ποῦτο φασὶν ἔπι ἔνομίσματα τῶν Τενεδίων κεκαράχθαι ἐν μὲν τῷ ἐτέρῳ μέρει πέλεκυ, ἔπι ἣ ἔπι τῶν δύο κεφαλῶν, εἰς ὑπόμνησιν, ποῦ παρὰ τὸν παῖδα παθήματα.* Nihil potest apertius ad nomisma nostrum dici. Ferunt etiam Tennem ob nouercales iniurias capitalia iudicia cum

securi exercuisse, vt conuicti confestim occiderentur, vnde prouerbia A manarunt $\tau\epsilon\nu\acute{\epsilon}\delta\iota\circ\ \pi\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\upsilon\varsigma$, Tenedia securis, $\tau\epsilon\nu\acute{\epsilon}\delta\iota\circ\ \grave{\alpha}\nu\theta\rho\omega\pi\circ$, Tenedius homo, de feueris iudiciis. Refert etiam Suidas duas dedicatas secures Tenedios venerari. Plutarchus de Pythiæ oraculis, scribit Tenedios securim dedicasse, à cancris qui apud eos nascuntur, loco cui Asterium nomen, soli in testa formam securis expressam gestantes.

II. Ab vna parte Apollinis caput habet radiatum cum mure, ab altera securim. Est autem Apollinis Sminthij, qui in Tenedo delubrum habebat, Strabone teste, cuius Homerus in limine Iliados meminit.

———— $\tau\epsilon\nu\epsilon\delta\omicron\iota\circ\ \tau\epsilon\ \iota\phi\iota\ \acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\sigma\epsilon\iota\varsigma$

$\Sigma\mu\iota\nu\theta\epsilon\tilde{\iota}$. ——— I. *Tenedo qui fortiter imperas Sminthiæ.*

B

Dicebatur autem $\Sigma\mu\iota\nu\theta\omicron\varsigma$, à muribus, quos Aeoles & Troiani $\Sigma\mu\iota\nu\theta\epsilon\varsigma$ vocant. Causam appellationis huius reddit Ælianus, lib. VIII de historia animalium cap. x. Cum magna vis murium Aeolensium & Troianorum segetes popularentur, atq; immaturas consumerent, ita vt nullam spem sementis reliquissent, ad Delphicum oraculum proficiscuntur, responsum illis, oportere vt Apollini Sminthio sacrificent. quod cum fecissent, ab hac murium calamitate fuisse immunes. Strabo vero refert, Teucris è Creta profectis oraculum datum fuisse, ibi eos sedem fixuros, vbi terrigenæ eos adorirentur; id circa Amaxitum Troadis urbem C contigisse, maximam enim ibi agrestium murium multitudinem noctu exortam, & quidquid armorum, & vtensilium, ex corio inuenissent, corrosisse. Teucros ibi fixisse sedes, & montem Idam ab Ida, quæ in Creta est, appellasse. Heraclides Ponticus auctor est, mures ibi circa templum abundare, & sacros existimari, simulachrum vero instructum esse, vt murem pedibus premat; in Chrysa etiam vrbe Apollinis Sminthij delubrum esse, inibique statuam, quam Scopas Parius fecit, cuius pedibus mus subiacet. Cum autem Tenedos, inter Aeolensium vrbes annumeretur, ibique Apollo Sminthius, vt in pluribus Aeolidis locis colatur, habet etiam murem adiunctam, vt ceteræ eius statuæ, D quare & in primo nummo mures conspiciuntur, in Sminthij Apollinis memoriam.

Λ Ε Σ Β Ο Υ.

L E S B V S.

A Pelasgis culta. Octo olim urbibus habitata. Vinum Lesbium. Orphei caput, & lyram, Lesbum appulisse ferunt. Neanthi casus. Sappho nobilis poetria.

E

INter Aeolicas insulas clarissima est Lesbos, & instar omnium metropolis, cuius circuitus ex Isidori sententia CLXVIII M.P. ex aliorum vero

A CXLV complectitur. Varia olim nomina habuit. nam, referente Plinio, Hemerte, & Lafia, Pelasgia, Ægira, Æthiope, & Macaria appellata fuit. Diodorus vero, & Tzetzes ex Lycophrone, Issam dictam; Eustathius vero ad Dionysium Alexandrinum, Mitylenem etiam vocatam asserunt. Pelasgi autem primi illam coluere, qui duce Xantho Triopæ filio, ab Argis venientes, Lyciæ quandam partem habitarunt, deinde in Lesbum adhuc desertam traiecere, distributoque inter populares agro, insulæ, quæ prius Issa dicebatur, Pelasgiæ nomen datum. Cum vero Deucalionis tempore diluuium etiam Lesbum occupasset, iterum sine cultoribus vacua permansit, donec Macareus, Iouis è Crinaco nepos, amœnitate insulæ captus, sibi eam elegit, quo paulatim multi tum Iones, tum ex finitimis, confluxere. quo tempore etiam Lesbos, quem Lapithas, Aeoli filius, Hippotæ nepos, progenuerat, Delphici oraculi monitu, cum nouis colonis in hanc insulam commigravit; & Macarei filia Methymna coniugio sibi deuincta, ex æquo illam participauit. Qui auctus indies opibus, & potentia stabilita, Lesbum à suo nomine vocauit, vt auctor est Diodorus Siculus. Eustathius vero, à Lesbo vrbe vniuersæ insulæ nomen inditum fuisse memorat. Octo oppidis olim insignis, de quibus Plinius. *Lesbos octo oppidibus incluta ex ijs Pyrrha hausta est mari, Arisbe terrarum motu subuersa, Antissam Methymna traxit in seipsam, VIII urbibus Asiae in XXXVII M. P. vicina, & Agamede obiit, & Hiera. restant Eresos, Pyrrha, & libera Mitylene, annis D. potens.* Quo loco vox Pyrrha repetita, est delenda. dixerat enim, Pyrrham esse mari haustam. Eustathius πεντάπολις vocat Lesbum, quod quinque in illa essent ciuitates, quod ante illum dixerat dudum Pomponius Mela, qui tantum quinque vrbes recenset. *In Troade Lesbos, & in ea quinque olim oppida Antissa, Pyrrha, Eresos, Ciraua, Mitylene.*

D Insula autem vniuersa fertilissima, & generosi imprimis vini abundans; quod inter præcipua à Plinio numeratur. *In summa gloria post Homerica illa, de quibus supra diximus, fuere Thasium, Chiumque, ex Chio quod Arnisium vocant. his addidit Lesbium Erasistrati maximi medici auctoritas, circiter DC annum vrbis Romæ.* Poetis vero egregiæ celebratum. & ne turbam aduocem. Horatius I. Odarum XVII.

Hic innocentis pocula Lesbij

Duces sub umbra.

Nobilitata etiam vulgata fabula capitis Orphei, quod corpori abscissum vndis huc aduectum cum lyra eius ferunt. Ouidius XI Metamorph.

E *Flebile nescio quid queritur Lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis, respondent flumina, ripæ,
Iamque mare inuectæ, flumen populare relinquunt
Et Methymnæ potiuntur littore Lesbi.*

Causam huius fabulæ reddit Eustathius ad Dionysium Alexandrinum. A
*ποδο δὲ ἐμυθόλετο, ἀπὸ ἀρχαῖους ἐκεῖ καὶ μὲν Ὀρφέα γνέσθαι ἄνδρας λόγιους, ὧν ἡ καὶ Ἀρίων
 ὁ Μηθυμναῖος, καὶ Πίττακος, καὶ ὁ ποιητὴς Ἀλκαῖος, καὶ ἡ Σαπφώ. Quod ideo fabulati
 sunt, quod post Orpheam eloquentissimos viros habuit, inter quos Arion Me-
 thymneus, Pittacus, Alcaeus poeta, & Sappho. Orphei autem lyram Lesbij
 in Apollinis templo dedicatam suspenderunt. cuius rei fama cum mul-
 to post tempore ad Neanthum Pittaci filium peruenisset, quod huius
 lyrae concentu demulisset Orpheus feras, & ipso iam caeso per undas
 lata nemine modulante resonasset; capitur fatuus ille incredibili cu-
 piditate eius potiundi. quare magna pecuniæ vi antistitem templi cor- B
 ruptum, ut Orphei lyram illi tradat, supposita alia, qua accepta cum pa-
 rum tutum crederet interdum in urbe canere; nocte sinu occultatam se-
 cum ferens, solus in suburbium pergit, ubi cum lyram imperite pulsa-
 re incipit, ac chordas perturbat, sperans, artis musices rudis, ut percussæ
 chordæ diuinum aliquod carmen resonarent, quo cunctos permoue-
 ret; canes interim strepitu insolito exciti ex vicinia coeunt, & infeli-
 cem citharædum discerpunt. quid ipsi cum Orpheo solum commune
 fuit, ut refert Lucianus dialogo aduersus indoctum.*

Auctor est Eusebius, Lesbios olim maris imperium habuisse post
 Caras per annos L X I X, Olympiade X X V I. C

I. Duarum fœminarum obscœnum schema exprimit, nam Sappho
 olim, & puellas sectabatur, ac illas non secus ac pueros impudens ama-
 bat, unde & Tribas dicta. Ouidius epistola Sapphus ad Phaonem:

Lesbides, infamem quæ me fecistis, amate.

Et alibi idem poeta.

Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas.

Tres autem memoratur eius potissimum sodales atque amicas fuisse,
 quibuscum illi turpis consuetudo, Telesippa, Megara, & Atthis. Vnde
 & à poetis Mascula Sappho nuncupatur. quamuis alij ob virilem ani-
 mum, quod se à Leucadia rupe præcipitarit, ut supra diximus, hoc illi D
 epithetum inditum putant.

II. Ab vna parte psalteria est cum lyra, ΣΑΠΦΩ ΛΕΣΒΙΣ, *Sappho Lesbica*:
 ab altera etiam muliebris species humeris tenus, vtrumque in Sapphus
 memoriam. siquidem Mitylenæi, teste Iulio Polluce, monetæ suæ Sap-
 phus effigiem insculpebant. Fuit autem hæc Scamandronymij & Clei-
 des filia, quæ Olympiade X L I I I, vna cum Alcæo poeta floruit. quæ
 cum poetices studio se applicuisset, ad summam claritatem peruenit,
 adeo ut ne Alcæo quidem cesserit. Ouidius epistola ad Phaonem.

Nec plus Alcaeus, consors patriæque lyraeque,

Laudis habet, quamuis grandius ille sonet. E

Lib. xiii. Magnum etiam Strabonis de illa est elogium, *σωτήριμασε ἢ τέτις καὶ ἡ Σαπ-
 φώ, θαυμαστὸν τι χεῖρμα, εἰ μὲν ἰσχυρὸν ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τῷ μνημονοδομῶ Φανείσῳ ἕνα
 γυναικα ἐναμίλλον εἰδὲ καὶ μικρὸν ἐκείνη ποιήσεως χάριν. Cum ijs Sappho claruit, quod
 mirum*

A *mirum est, nam nullam foeminam scimus hoc memorabili tempore huic similem visam, nec in minima poetica parte cum illa comparandam.*

Ab illa etiam carmen Sapphicum, tanquam ab auctore, nomen sumpsit. Suidas illam primo plectrum inuenisse, Menechmus vero Sycionius apud Athenæum, primam vsu fuisse pectide, quam aliqui magadarim vocant, Philoxenus apud Plutarchum lib. de Musica, à Sapphone primam Mixolydiam harmoniam inuentam scribit.

M Y T I Λ H N H Σ.

B

M Y T I L Æ N Æ.

Mytilenæorum defectio. Atheniensium seuum decretum in illos. Pittacicum Phrynone pugna. Apollinis Maloentis templum.

MAxima & totius Lesbi præcipua vrbs est Mytilenæ. à qua, iam ab Eustathij tempore, vniuersa insula nomen sumpsit. dicta ita, Stephano teste, διὰ μυτιλῶν τῶν καίσιμος θυγατρὸς, ἢ Πέλοπος. οἱ δὲ, ὅτι μυτιλῆς ἡ οἰκίσις. οἱ δὲ διὰ Μύτων & Ποσειδῶν, καὶ μυτιλῶν. *A Mytilenæ Caesaris filia & Pe-*
C*lopis, aliqui à Mytile ductore coloniae, alij vero à Mytone Neptuni & Mytilenes filio.* Diodorus vero Siculus à Macarei filia Mytilene, ita dictam auctor est. Sita erat olim inter Methymnam & Maliam: portus habebat duos, quorum ille, qui ad Austrum verget, nauium quinquaginta erat capax. Strabonis æuo clausus erat. qui vero in boream vergebat, magnus & profundus erat, & aggere protectus. Bello Peloponnesiaco, cum ab Atheniensibus ad Lacedæmonios descuiissent, à Pachete Atheniensium duce obsessi sunt. sed cum sociorum ignauia hostibus expositos se viderent, consumpta omni annona, Pacheti dederunt se, & populi Atheniensis potestati se permiserunt. Athenienses præcipiti ira & indignatione commoti, censuerunt omnes Mytilenæorum puberes interficiendos, impuberes vero & foeminas in seruitutem redigendos; quod decretum quum Pacheti misissent; sequenti die subiit eos sauiissimi decreti pœnitentia, quare alteram triremem mittunt, vt fontes tantum, & defectionis auctoris, capite plecterentur: atque ita Mytilene seruata fuit; muri tamen vrbs solo æquati, & naues ademptæ, vt narrat fuisse Thucydides. Inter viros præclaros habuit Pittacum, vnum ex Græciæ sapientibus; qui cum patriæ suæ Imperator esset, bellum inter Mytilenæos & Athenienses ortum de agro Sigæo, cum Phrynone Atheniensium duce singulari certamine de summa rerum decertauit. vbi ad manus ventum, rete, quod sub clypeo occultum gestat, incautum hostem inuoluit, & occidit. Mytilenæis vero agrum conseruauit. Ciues hoc beneficio affecti, principatum illi patriæ detulerunt. quem cum per decennium gessisset, ac reimpub. egregie

constituisset, sponte magistratu sese abdicauit, & decennio adhuc A priuatus superuixit, atque agrum sibi à ciuibus donatum Deo sacrauit, qui inde Pittacius dictus, vt tradit Diogenes Laërtius. Hinc etiam Alcæus nobilissimus Poëta Lyricus, qui Pittacum carminibus suis valde insectatus fuit, tanquam patriæ tyrannum; cum, Strabone teste, is tantum principatum adierit, vt tyrannidem euerteret. Sappho etiam Mitylenæa fuit, vt & Diophanes orator. & Strabonis æuo illustres viri fuerunt, Potamon, Lesbodes, Crinagoras, & Theophanes rerum scriptor.

Nummus hic Apollinis videtur capite laureato, & Lyra ab altera B parte, nam extra urbem celebre erat templum Apollinis Maloentis. Thucydides, lib. III. *Renunciatum enim eis erat, futurum Apollinis Maloentis festum extra urbem, quod omni Mitylenæorum frequentia celebratur.* Stephanus. *μαλδίεις Ἀπολλῶν ἐν Λέσβῳ, καὶ πόπ. ἔ. ἴσ. μαλδίεις.*

E P E Σ I Ω N.

E R E S S V S.

Theophrasti patria. Tyrtaeus primo vocatus. Aristotelica C schola successor. Patriam bis à Tyrannis liberauit.

EResus, vel Eressus, Lesbii insulæ ciuitas est, non procul à Pyrrha in colle sita, quam Stephanus ab Ereso Macarei filio dictam putat. nulla re, quam Theophrasti diuini philosophi natalibus, illustris. Fuit hic Melanthesi fullonis filius, sed ingenij & eloquentiæ claritate natalium obscuritatem facile illustrauit. Platonis primo auditor, vt Diogenes Laërtius tradit; sed ad Aristotelem postea se contulit, primo dictus Tyrtaeus, sed ob eloquentiæ suauitatem Theophrastus est ab Aristotele, seu vt Suidas, primo Euphrastus, mox à suis Theophrastus vocatus. Nam discipulos omnes Aristoteles effecit eloquentes, Theophrastum vero eloquentissimum, vt refert Strabo. quem scholæ suæ Aristoteles, morti iam vicinus, hoc pacto præfecit. Cum discipuli ab ægrotante peterent enixe, vt doctrinæ suæ dignum successorem relinqueret, dixit, se data oportunitate id facturum. Eminebant autem inter cæteros Menedemus Rhodius, & Theophrastus Lesbius. petijt vt sibi adferrent vinum Rhodium & Lesbium, vt valetudini suæ posset consulere. degustato Rhodio, firmum Hercule vinum, & iucundum; mox Lesbio degustato, vtrumque, inquit, oppido bonum, sed E *ῆδίων Λέσβι.* sed suauius Lesbium. quo dicto verecunde, & lepide, successorem sibi Theophrastum delegit, qui summa cum laude multis annis scholæ præfuit. Refert Plutarchus aduersus Colotem, Theophrastum

A phrastum bis patriam suam tyrannide liberasse. Obijt ætatis anno LXXXV. quum modice à corporis labore, cui assueuerat, quieuisset. plura apud Diogenem Laertium.

Nummi Eresiorum Cererem pro insigni habent, quod spicæ ostendunt, quibus caput eius cinctum. in primi aduersa parte cantharus est, quod indicio est, frumenti & vini feracem fuisse. In secundo Delphin maritimæ potentia signum est. In tertio Herculis claua est, quæ Deum hic cultum fuisse ostendit. quintus, & sextus, Apollinis insignia præfert.

B X I Ω N.

C H I V S.

Potens olim insula. Ab Atheniensibus deficit. Primi Græcorum emptis mancipijs vsi sunt Chij. A Mithridate in Pontum abducti. Mulierum egregia virtus. Homeri imagine nummos signabant. Fons ibi mirus. Sphynx alia Græcorum, alia Aegyptiorum. Vinum Aruisium.

C

INter Lesbium & Samum posita est Chius, nulli claritate inferior, Ionum quondam celeberrima colonia. Ephorus prisco nomine Aethaliam appellat, Metrodorus & Cleobulus, Chiam à Chione nympha. aliqui à niueita dictam volunt, alij Macrim & Pityusam vocarunt, Suidas *Αιτλω*, corrupte meo iudicio cognominat, quare *Αιθαλίαν*, legendum potius crederem. Stephanus præter dictas Etymologias à Chio Oceani filio nomen inditum refert. Isidorus vero in Etymologico suo, auctor est Chium ita Syriaca lingua vocatum, eo quod ibi mastix gignatur.

D Syri autem Masticem Cio vocant. Ambitu suo insula hæc CXXV. M. P. complectitur. Habet & oppidum eiusdem nominis, quod portu optimo præditum est, & nauali octuaginta nauium capaci. Strabo illos re nautica plurimum valuisse, & maris imperium obtinuisse scribit.

Diodorus Siculus primo habitatam à Macarei filio, qui coloniam eo deduxit; post Oenopionem, ex Minois Ariadna genitum, in Chium à Radamantho missum, quem ex Baccho natum, & vini conficiendi modum à patre didicisse ferunt. Quo ibi regnante, Cares & Abantes, ex Eubœa in insulam traiecerunt, qui plures post annos ex insula eiectiones fuerunt. Incolæ deinde, regionis fœlicitate, & commodissimo situ freti, ad magnas opes peruenerunt, adeo ut in magno illo Asiæ motu, quo Ionia à rege Dario, auctoribus Histixo & Aristagora Milesio, desciiuit, soli Chij centum triremes in aciem eduxerunt, & fortissime omnium pugnarunt. Quo tempore vero Athenienses

E

magnam

magnam illam cladem in Sicilia duce Nicia acceperunt, ab illorum im- A
 perio se subdixerunt, & ad Peloponneses inclinarunt. quo in bello
 magnas etiam calamitates passi. nam & varijs prælijs magna iuuentu-
 tis pars consumpta fuit, & regio illorum, quæ à Medorum tempore eo
 vsque intacta fuerat, deuastata. Auctor est Thucydides, Lacedæmo-
 nijs exceptis, solos Chios modestos ac beatos extitisse, & quo magis
 ciuitas proficiebat, eo maiorem operam & diligentiam locasse in ea ex-
 ornanda; adeo vt Isocratis opera vsi fuerint, in constituenda sua re-
 publica, qui ad Atheniensium formam eam instituit; vt auctor est
 Plutarchus in vita Isocratis. Sed præter communem Græcorum mo- B
 rem primi emptis mancipijs vsi fuerunt, vt auctor est Theopompus
 apud Athenæum. nam licet Lacedæmonij, & Thessali, primi Græco-
 rum seruos habuerint in vsu, suæ regionis incolas in seruitutem rede-
 gerant; Chij vero barbaros seruos numerata pecunia primi emerunt.
 vnde deos illis iratos ferunt, quod, cum tenuiores fortunæ homines
 ad ministeria multi suppeterent, illis neglectis, voluerunt potius man-
 cipijs emptis vtii; nam & pessime ab illis fuere affecti, & bellis vexati,
 narratque Possidonius in historia sua, Chios captiuos à Mithridate
 Pontico abductos, & vinctos fuisse traditos proprijs seruis, vt in Col-
 chorum regionem transfueherentur. quod illis aliquando euenturum, C
 oraculum prædixerat. Credo hoc contigisse sub Zenobio, Mithridatis
 præfecto. auctore enim Appiano in Mithridatico, pessimè ab illo mul-
 ctati fuerunt. nam & bis mille talentorum mulcta affecti; quam vt sol-
 uerent, omnia templorum ornamenta, & muliebrem mundum con-
 tulerunt: postea vero nauibus impositi, viri pariter & mulieres, in Pon-
 tum aucti fuerunt. Mulierum vero Chiarum egregia virtus fuit bel-
 lo quod cum Erythræis de Leuconia gestum fuit, referente Plutarcho
 libro de virtutibus mulierum: siquidem cum de Leuconia possessione
 bellum ortum esset, & Erythræis Ionum potentissimis se viderent im-
 pares, pacti sunt se Leuconia excessuros, cum vna chlæna & tunica. mu- D
 lieres viros suos obiurgabant, quod, armis demissis per hostes transi-
 turi, ludibrio illis essent, cumque hi iureiurando se obstrictos esse di-
 cerent, vxores monuerunt, ne arma dimitterent, sed hostibus dicerent,
 hastam esse viro forti loco chlænæ, clypeum vero tunicæ instar. Chij
 monitis illarum obtemperantes, cum Erythræis hoc significassent, at-
 que arma ostendissent, territi illorum audacia libere illos abire per-
 miserunt, atque ita vxorum magnanimitate seruati fuerunt. Viros
 egregios habuere Chij, Theopompum historicum, Ionem, Tragicum
 poetam, & Theocritum: nam & inter illos Homeridæ erant dicti, qui
 genus suum ad Homerum referebant, quos Pindarus optimos Rhap- E
 fodiæ cantores prædicat. adeoque hæc opinio apud illos inualuerat,
 vt olim Homeri imagine nummos signasse Chios auctor sit Iulius
 Pollux; & Iosephus Scaliger referat se argenteum Chiorum nomisma
 vidisse

A vidisse cum titulo ΟΜΗΡΟΣ. Fatetur etiam se Chium Homerus hymno in Apollinem.

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ πεπαλοῦσσι,
Cæcus vir, habitat autem Chio in saxosa.

Vini etiam generosissimi ferax fuit insula, de quo infra in nomismatum explicatione. Marmoris etiam maculosi hic erant latumix, de quibus Plinius. *Primum, ut arbitror, versicolores istas maculas Chiorum lapicidina ostenderunt, cum exstruerent muros, faceto in id M. Ciceronis sale,* Lib. xxxvii cap. vi. *omnibus enim ostentabant, ut magnificentum, multo, inquit, magis mirarer, si Tiburtino lapide fecissetis.*

B Mirum est, quod Vitruuius lib. viii. cap. iiii. refert fontem esse in Chio, è quo qui imprudenter biberint insipientes fieri, ibique esse Epigramma insculptum, ea sententia; iucundam esse potionem fontis eius, sed qui biberint, faxeos habiturum sensus. Sunt autem hi versus:

Ἡ δ' εἶα ψυχροῖο ποτῆ λιβάς ὡ ἀναβάλλει
Πηγῶν, ἀλλὰ νοωπέτερος ὁ τῆς ἡ πᾶν.
Sunt gelidi fontis latices, dulcesque bibentis;
Saxeus attamen hinc illico sensus erit.

C Nomismata Chiorum cuncta Sphingem habent, quod mirum, cum illam in Thebano tantum agro habitasse Oedipi tempore fabulentur auctores, nec haftenus vidi quempiam qui diceret, Chiorum nummos Sphingem gestasse. Solus Stephanus Byzantinus, in Gergithiorum nummis (vrbs ea est Troadis) Sphingis formam insculptam fuisse. Apud Ægyptios alia erat forma Sphingis, quam in priscis marmoribus vidimus sæpe expressam, capite nempe velato stola, & sine pennis. Græci vero sine stola, & corpore pennato, ut hi nummi docent. quod & Ælianus historiae animalium, lib. vii obseruat. *τῶ σφίγγα ἐπιπλερον γέφυρασι τε καὶ ἀλάτρισσι πᾶν ὅσον ἐπὶ χειρουργίας ἀσπαδαῖον, καὶ πεπονήμενον.* *Sphingem tum pingunt, tum fingunt pennatam omnes, qui in ea arte operam ponunt, quæ manuibus*
D *opera perficitur.* Ausonius etiam in Grypho ternarij numeri.

Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Plinius è contra ne verbum de alis lib. viii. cap. xxi. *Lynces vulgo frequentes, & sphinges fusco pilo, mammis in pectore geminis, Aethiopia generat.* Cui & Iulius Solinus fauet. *Inter simias habentur & sphinges, villosæ comis, mammis prominulis, ac profundis, dociles ad feritatis obliuionem.*

Primus habet Sphingem cum amphora diota sub pede, ab auersa parte duas Herculis clauas cum botro; pluresque alij nummi amphoram, aut vuæ botrum, idque propterea, quod hæc insula præstantissimum vinum proferat, & præcipuè quod Aruifium nominant, quod in Aruifio nascebatur, qui locus, Strabone teste, asper, & importuosus, stadiorum trecentorum, vbi optimum totius Græciæ vinum. Virgilius in Eclogis:

Vina

Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.

De Chio vino plura apud Plinium lib. xviii. Horatius. A

Quo Chium precio cadum

Merchemur.

Amphora autem hæc diota indicio est, vel quod optima vasa hic figulina parabantur, vel quod vina sua diffundebant, & in similibus amphoris illa seruabant, quæ vina olim *diffusa* dicta præstantissima habebantur. Iuuenalis.

Ipse capillato diffusum consule potat,

Cardiaco nunquam cyathum missurus amico. B

Moris autem fuisse in diotis vina hæc selectiora seruari, Horatius meminit od. ix. lib. i.

Deprome quadrimum Sabina,

O Taliarche merum diota.

Quid vero sibi velit vii. Chiorum nummus, in quo ab vna parte Apollo radiato capite, & Iupiter forte, hastæ puræ innixus, iuxta aram stantes, non facile est explicatu.

Σ A M I O N.

S A M V S.

Ephesij Samios expellunt. Ab his Samothracia dicta. Polycrates tyrannidem inuadit. Mira eius felicitas, & infelix exitus.

Pericles Samum expugnat. Samena. Pythagoras. Iunoni chara. Vitex, sub qua Iuno nata. Mercurius Xæidotas.

IN Icario pelago non procul à Mileto sita est Samus, inter Ionicas D
colonias non postrema, quæ ambitu suo lxxxvii. m. p. complectitur. Parthenia primum dicta, dum Cares eam incolerent, à Parthenio flumine, qui postea Imbrasis dictus, vt auctor est Strabo. Lactantius vero Firmianus ex sententia Varronis, quod Iuno ibi adoleuerit, ibique etiam Ioui nupserit. Postea vero Anthemus, & Melamphylus dicta, Plinius & Dryusam, Cyparissam, Parthenorosam, & Stephanem E
dictam asserit. Samus demum nuncupata, ab indigena quodam Heroe, qui colonos ex Ithaca & Cephalenia deduxit, Strabone teste. Constantinus Porphyrogenneta lib. i. de thematibus Orientis, ab Aegæo & Samia Mæandri fluminis filia, vel quod sublimi ac præ-
rupto loco sita sit, veteres enim Græci *Σαμὸν* sublimem locum vocarunt. Sic & Strabo lib. x. Proprius vero dicit insulæ nomen ab altitudine impositum, siquidem ex eo loco tota prospectui patebat Ida, & Priami

A Priami vrbs, & Achæorum naues. Primus incolas huc deduxit Cydrolaus, Macarei filius, qui & agros viritim colonis diuisit, & ipse rerum potitus in insula fuit.

Iamblichus Ancæum, Sames Cephaleniæ vrbs ciuem, contractis vndique colonis urbem Samon condidisse dicit, vnde insula, quæ prius Melamphylus, postea Samos ab ipsa vrbe dicta. Hunc Ancæum refert Heraclides Ponticus De Politijs, in Samo regnasse; eiusque esse prouerbium.

Πολλὰ μετὰ ζυὸ πέλει κύλικος, καὶ χείλεσσι ἄκρος.

B *Multa cadunt intra calicem, supremaque labra.*

Cum verò Iones vicinam oram insulasque occuparent, Thymbriion primum, deinde Patrocles, coloniæ ducendæ in hanc insulam duces fuere. An vero Patrocles Straboni dictus; sit idem cum Procle Pityrei filio, quem Pausanias in Achaicis dicit colonos Samum duxisse, incertus sum. quo defuncto, Leogorus filius illi successit in auito regno. Hunc Androcles, & Ephesij, bello petierunt, quod fama esset illum cum Caribus insidias Ionibus struere; prælio victores Ephesij, Samios insula expellunt, quorum pleriq; Thraciæ finitimam insulam occuparunt, & Samothraciam illam pro Dardania nuncuparunt. De qua Virgilius lib.

C VII. *Threiciamque Samon, quæ nunc Samòthracia fertur.*

Cæteri vero duce Leogoro circa Anæam (Plutarchus circa Mycalem dicit) in continente vltiore mœnia struxerunt; & elapso decennio viribus comparatis Samum iterum adorti, Ephesios bello victos insula eijcerunt, atque iterum patriam recuperarunt.

Postea vero Samijs libertas à Polycrate ablata, qui imperium cum fratribus Pantagnoto & Sylofonte primum communicauit. sed, Pantagnoto sublato, & Sylofonte in exilium acto, solus insulæ præfuit. Hic cum centum biremes haberet, vicinis omnibus terrori fuit. quocumq; enim arma verteret, victoriam semper habuit comitem, omnesque eius conatus insolita felicitate fortuna promouit. Multas insulas, multaque in continente oppida, imperio suo adiecit. Lesbios etiam, cum multis copijs opem Milesijs ferrent, nauali prælio superauit, iussitque victos fossam Samiorum mœnia ambientem effodere. Lacedæmonios etiam, qui Samiorum exules reducebant, à mœnibus magna cum clade reppulit, & Lacedæmonem re infecta redire compulit. Admonitus tandem ab Amasi, rege Aegypti, suspectam habere incepit felicitatem suam. quare, vt aliquo infortunio fortunæ inuidiam redimeret, preciosissimum annulum prouectus nauigio in altum demersit, satis piamenti in vnus geminæ voluntario damno ratus se exsoluisse.

E (quam Herodotus smaragdum, Plinius sardonichem fuisse dicit) sed illum piscis eximiæ magnitudinis, escæ vice raptum, vt faceret ostentum, in culinam domini rursus fortunæ insidiatis manu reddidit. quod vbi Amasi nunciatum, caduceatore Samum misso, ius hospitij, quod

illi cum Polycrate erat, soluit; ne funestus aliquis aduersusq;. Polycra- A
 tem casus afficeret, vnde ipse insignem animi dolorem veluti de hospi-
 te suo contraheret. Iudicabat enim rex prudentissimus, non posse tam
 inusitatam fortunæ benignitatem, nisi funesto vitæ exitu compensari;
 nec opinione sua falsus, siquidem comprehensum Polycratem per in-
 sidias Orontes, Darij præfectus, in excelsissimo Mycalensis montis
 vertice, cruci affixit. Hoc tamen in illo fuit laudandum, quod impen-
 so studio Anacreontem poetam fouit, qui beneficiorum memor, Po-
 lycratem passim celebrat. Frater postea ei successit Syloson. qui cum
 Dario, adhuc priuato, purpureum amiculum dono dedisset, ab eodem, B
 iam rege, Samum cum Persarum copijs reductus est. Sed cum incolæ
 Persis primo repugnassent, multosque ex illis occidissent, Otanes, illo-
 rum dux, omni clade Samum vexauit, & incolis pene exhaustam Sy-
 losonti tradidit, vnde parcemia emanauit. *ἐκπὶ Συλοσῶντος Ὀρυχῶρής,*
Sylosontis opera locus amplius est. Sed paulatim iterum frequentari cœpit.
 Cum tyrannidem excussissent, & potentia iterum accreuit, contracto
 cum Milesijs bello cum superiores Samij essent, à Milesijs Atheni-
 enses in societatem belli adsciti. qui tandem, duce Pericle, nono men-
 se Samum in potestatem suam redigerunt, illosque coegerunt mu-
 ros deicere, naues tradere, & obsides dare. Hoc in bello, cum absen- C
 te Pericle, Melissus Samiorum Imperator Athenienses profligasset,
 multosque captiuos abduxisset, omnibus noctuam in frontibus inuf-
 ferunt, quia alias Athenienses Samiorum captiuos samænam inusserant,
 quod nauigij quoddam genus est, à Polycrate inuentum.

Insulam hanc natalibus suis egregie nobilitauit Pythagoras philo-
 sophus; qui crescentem Polycratis tyrannidem cum videret, deser-
 ta Samo, Ægyptum & Babylonem discendi studio peragrauit. domum
 reuersus, cum eandem perdurare adhuc comperisset, in Italiam venit,
 quo tempore Brutus pop. Romanum, graui Regum tyrannide op-
 pressum, in libertatem restituit. qui magna ibi cum laude vixit, & Ita- D
 licæ philosophorum scholæ auctor fuit.

Insula ipsa vino quidem non laudatur, cum vicinæ omnes opti-
 mo abundant; oleo vero, & cerealibus fructibus, egregie instructa,
 vt in Prouerbum abierit, *ἐπι Φέρεσι καὶ ἐρίθων γάλα, fert etiam Samus gal-
 linæ lac.* Immo Aëthlius Samius apud Athenæum, ficos, vuas, ro-
 sas, mala, bis anno ibi nasci. vnde miror, quid Apuleium mouerit,
 qui II. Floridorum aliter de Samo senserit. *Ager frumento piger, ara-
 tro irritus, sæcundior oliueto, nec vinitori, nec olitori scalpitur, ruratio
 omnis in sarculo & surculo, quorum prouentu magis fructuosa est, quam
 frugifera.* E

I. Iuno regina est cum sceptro, & velato capite.

II. Iuno est non velata, & pauo ab altera parte cum sceptro, &
 caduceo sub pedibus. Illi enim deæ peculiariter erat Samus chara,
 quod

A quod ibi in lucem edita. Hinc Dionysio Alexandrino dicitur *πελάσγιδος ἑδρανὸν ἴρης, Pelasgia Iunonis sedes*. Pausanias in Achaicis. *Samij natam in insula deam arbitrantur iuxta Imbracum fluium, sub virgulto, quod in templo Iunonis mea etiam etate excreuit*. Sed Græcus codex habet, *ὑπὸ τῆς λύγως*, sub viticæ, quod interpret male virgultum vertit, non secus ac lib. VIII. *antiquissimum est vitimen illud apud Samios, lege vitex*. Arboris genus est, vulgus Agnum castum vocat. Pauonem vero Iunoni sacrauit vetustas, quod primi in Samo pauones editi fuerint, indeque deducti in alias regiones, vt auctor est Athenæus, vnde & Samij monetam suam pauone signant, vt præter Athenæum testatur Iulius Pollux. Sacrarunt autem Iunoni hanc volucrem, veluti opulentia deæ opulentam auem, quæ omnium in se oculos conuertit.

III. Mercurius cum perafo & çaduceo, & crumena in dextra. colebant enim Mercurium *καερόταν*, seu munificum, cui quando sacrificant, permissum est impune cuilibet tum furta exercere, quia Samij oraculo obtemperantes, facta ex insula migratione in Mycalem, decem annos latrocinij vixerunt, quibus finitis patriam occuparunt deuictis hostibus, vt auctor est Plutarchus *Quæstionibus Græcis*.

C Ab altera parte ΔΗΜΟΣ ΣΑΜΕΙΩΝ, an populus Samiorum hunc Mercurio honorem habuit ob causas à Plutarcho relatas? an respicit eo, quod Suidas refert in dictione *Σαμίον ὁ δῆμος*, ab Aristophane in Babylonij derideri illos tanquam litteratos, seu notis compunctos. nam Samij à tyrannis exhausti, ob infrequentiam ciuium, ius ciuitatis quinque stateribus seruis concesserunt. vt tradit Aristoteles, in *republica Samiorum*. vel, quod apud Samios primum repertæ sunt litteræ *XXIII*. à Calistrato. Hesy chius. *Ἔστι δὲ καὶ ἐτέραι ἰσορῖα, διὰ τὸ πολυγράμματον ἔφη δῆμον, ἐπειδὴ Ἑλλήων Σάμιοι πολυγράμματοι ἐγίνοντο, πρῶτοι καὶ χρησάμενοι, καὶ δίδοντες εἰς τὰς ἄλλας Ἑλλάδας, πλὴν διὰ τῶν πωσάρων εἶπεσι στιχείων χρεῖσιν*. *Alia etiam narratio fertur, cur litteratum populum vocant, quod Samij primo inuenerint τὸ sum* *XXIII litterarum, quem alijs Græcis postea communicarunt*.

I K A P I Ο N.

I C A R V S.

Ab Icaro Dedali filio dicta. A Samijs exculta. Vinum Pramnium. Diana Tauropolos.

E **D**istat à Samo *XXV* M. P. Icarus insula, quæ & Icario *Ἰκαρίου* nomen dedit, *XVII*. M. P. in longitudinem patens. Inter Cycladas insulas à Stephano numeratur, Dionysio inter Sporades. Prius dicta *Δολιχὴ, Μα-*

πελς, & ἰχθυόεσσα. Vltimum illi nomen à piscium copia inditum refert Athenæus. Strabo Icariam vocat. Dicta ita ab Icaro Dædali filio, quem ferunt fugæ paternæ comitem, cum ambo sumptis alis è Creta aufugissent, hoc in loco in mari cecidisse. Nam cum patris præcepta spreuisset, atque altius volandi studio se ad solem extulisset, liquefacta cera pennæ effluerunt. Dædalus natum hac in insula sepeliuit, atque inde Icaria, & Icarus, dicta. Ouidius VIII Metamorph. totam hanc fabulam diffuse prosequitur. Plinius refert, tria oppida quondam in hac insula fuisse, suæque ætate duo adhuc extare; quæ Strabo Oenoem, & Dracanam, vocat; dicitque, suo æuo hominibus pene vacuam fuisse B insulam, nisi à Samijs maiori ex parte coleretur, pascendorum pecorum gratia; portus ibi nullus erat tutus, sed nauium quædam stationes, quarum optima Histia vocabatur.

In hac etiam insula vini genus nascebatur, teste Athenæo, lib. I. quod Pramnum dictum fuit, nec dulce, nec crassum, sed austerum, durum, & insigniter validum; refertque Semus quidam apud illum, scopulum hic esse Pramnum, & iuxta eum spaciosum montem, à quo vinum Pramnum appellatum, ab Homero olim celebratum. Plinius tamen illud Smyrnæ nasci auctor est, iuxta templum matris Deûm.

Nomisma hoc ab vna parte Dianam venatricis habitu alte succinctam refert, ab altera mulierem tauro infidentem, quæ licet videtur Europa esse, puto tamen Dianam esse Tauropolon. Auctor enim est Strabo hac in insula templum fuisse Dianæ, quod Tauropolium vocatur, de quo nomine supra abunde dictum. Dionysius Alexandrinus refert in sinu Persico insulam etiam Icaron fuisse, vbi etiam Diana Tauropolos celebratur.

Ἰκαρον εἰναλίην, ὅθι Ταυροπόλοιο θεοῖο
Βωμοὶ κνισθέντες ἀδελφεία καπνὸν ἔχουσι.

*Icaron equoream, tauri sub imagine cultæ
Pinguia qua semper fumant altaria diuæ.*

D

T H N I Ω N.

T E N V S.

*Zethi & Calais sepulchrum. Neptuni celebre
phanum.*

INter Cycladas & Tenus insula numeratur, à Teno quodam incola ita E dicta, Stephano Byzantino, & Eustathio ad Dionysium testibus. quam propter aquarum multitudinem Aristoteles apud Plinium Hydrissam vocatam ait, aliqui & Ophiussam dixerunt. Porrecta autem est cum oppido

A oppido infula xv. m. p. Athenæus auctor est, in Teno fontem esse, cuius aquæ non permiscetur vinum. Scholiastes vero Apollonij esse ibi sepulchra Zethi & Calais, filiorum Boreæ, quorum alterum flante Borea mouebatur.

Nomisma Teniorum Neptuno insignitum est, cum tridente, quod ibi peculiaris eius Dei cultus. Refert enim Strabo lib. x. in Teno Neptuni fanum amplissimum in luco extra urbem fuisse, spectatu dignum, in quo capacissima discumbentium conuiuiarum ædificata triclinia, quod signum est, frequentem finitimorum multitudinem eo conuenire solitam, quæ simul Neptuno sacrificabant. De quo templo Tacitus lib. III Annalium. *Tenos eiusdem carmen referre, quo sacrare Neptuni effigiem ademque iussi sunt.*

A N Δ P I Ω N.

A N D R V S.

C *Stephanus emendatus. Oenotropæ Arnij filia. Fons Andri, saporem vini referens. Minerua Tauropolos.*

NON obscuri nominis inter Cycladas erat, Andrus cum oppido eiusdem nominis, quam Myrsilus Cauron, deinde Antandron tradit cognominatam, Callimachus Lasiam; alij Nonagream, Hydru-sam, & Epagrin vocarunt. Patet circuitu suo xciii. m. p. Dicta autem Andrus, Eustathio auctore, *ἀπὸ Ἀνδρῶς πινὸς ἕτω κληθεῖσαι, ab Andro quodam ita vocatam.* Stephanus Byzantinus exactius. *ἐκλήθη ἀπὸ Ἀνδρῶς ἔ Εὐρυμάχου, ἢ ἔ Ἀνανίος ἀδελφοῦ, ἔ πατρὸς τῶν Οἰνοτροπῶν. πινὸς ἢ Φασίν Ἀνδρῖα τῆτον, ἢ Ἀνανίος πῆδα.*

D *Dicta ab Andro Eurymachi filio & Ananij fratre, qui pater erat Oenotroparum. aliqui vero vocant hunc Andrieum & Ananij filium.* Sed vereor ne in mendo sit Stephanus, legendumque *Ἀνίος*, non *Ἀνανίος*. Anius enim Andri pater erat, non Eurymachus, vt Ouidius ostendit lib. xiiii Metamorph. Isacius vero Tzetzes ad Lycophronem refert, hunc Anium Apollinis filium fuisse, ex Staphyli filia Rheo, cui Dionysius auus fuit; hunc Apollo Delum transtulit. qui cum Dorippam in vxorem duxisset, tres illi filiaæ natae sunt ex illa, Oenotropæ, quas vocarunt, Oeno, Spermo, & Elaida, quibus Dionysius auus concessit, vt quotiescunque vellent, vinum, semina, & oleum acciperent. Et de illis intelligendus

E *Stephanus, ἔ πατρὸς τῶν Οἰνοτροπῶν.* Ouidius vero dicit huic Anio quatuor filias fuisse, ad quarum tactum cuncta

In segetem, laticemque meri, baccamque Mineruæ Transformabantur.

Huic & filius Andrus, de quo querela patris apud Ovidium. A

*Pene vides orbem; quid enim mihi filius absens
Auxilium? quem dicta suo de nomine tellus
Andros habet, pro parte locumque & regna tenentem
Delius augurium dedit huic.*

Infula ipsa non admodum fertilis est, nam montibus plena est asperis, & præruptis. Vnde refert Herodotus lib. VIII. cum bello Medico Themistocles undique in Græciæ defensionem pecunias corra-
deret, Andrum veniens, dixit secum adduxisse duo potentissima numina, Suadelam & Necessitatem; quare nullum illis superesse tergi-
uerfandi locum. responderunt incolæ, se ad maximam soli tenuita-
tem redactos esse, Andriorumque insulam semper incolere duos etiam propitios deos, Inopiam & Impossibilitatem. quibus dijs obnoxios Andrios, pecuniam non duros. nunquam enim Atheniensium potentiam validiorem fore, illorum Impossibilitate & Inopia. Hac in
infula fons olim fuit vini saporem referens. Plinius. *In Andro insula, templo Liberi patris, fontem nonis Januarijs semper vini sapore fluere, Mutianus ter consul credit, Διὸς πινωσία vocatur.* seu, vt alij legunt, *dies Theodosa vocatur.* De quo fonte aliter Plinius. *Mutianus Andri, è fonte Liberi patris, statis diebus septenis eius Dei, vinum fluere, si auferatur à conspectu templi, sapore in aquam transeunte.* B

Lib. II.
cap. CIII.

Lib. XXXI.
cap. I.

In Andriorum nummo Pallas armata, cum clypeo & hasta visitur, ad cuius pedes noctua est, quod indicio est Andrum Atheniensium imperio semper obnoxiam fuisse, vt apud Thucydidem videre est, vbi Andrij Athenienses semper in expeditionibus comitantur. Ab aduersa parte, taurus aræ adstat, in memoriam Mineruæ ταυροβόλας, quæ in Andro colebatur, teste Suida. Anius enim, dato Attridis tauro, iussit vt, vbicumque is è naui exsilijset, ædem Mineruæ conderent, & sic eos prospera nauigatione vsuros. ille vero in Andro exsilijt. D

ΔΗΛΙΩΝ.

A

Δ Η Λ Ι Ω Ν.

D E L V S.

Delo varia etymologia. Olim vaga inter undas, Latonæ partu immota fuit. Rhenia Delo coniuncta. Ara cornea. Apollinis Genitoris ara. Græciæ commune ararium. In Delo nefas quæquam nasci, aut mori. Raro terremotibus concussa. Olea sub qua Latona peperit. Cur muli lunæ bigis adhibiti.

Occurrit nunc Cycladum longe clarissima Delos, quam quia ceteræ insulæ in orbem ambient, licet spacijs longioribus distitæ, Cyclades dictæ. Hanc varijs nominibus veteres indigitarunt, alij enim Cynthiam à Cynthio monte, Stephanus à Cyntho Oceani filio dictam putat. Alij Ortygiam ἀπὸ τῆς ὄρτυγος, quod ibi coturnicum copia sit. alij Asteriam, à Latonæ sorore Asteria, alij Lagiam quod copiosus ibi leporum venatus. Stephanus Pelasgiam, corrupte meo iudicio contra Plinium & Solinum, loco Lagia vocat. dicta etiam Chlamydia, Cynethus, & Pyrpile, igne ibi primum reperto. Stephanus addit ab aliquibus male Zacynthum, à Nicanore vero Ζακυνθιάδα dici. Denique Delon appellatam prodidit Aristoteles apud Plinium, quoniam repente apparuerit enata. Solinus vero, quia, cum Ogygij temporibus novem amplius mensibus diem continua nox inumbrasset; Delos ante omnes terras radijs solis illuminata, sortitaque ex eo nomen, quod prima reddita visibus. Δῆλον enim manifestum est. Seruius vero ad III Æneidos addit, quia cum Apollinis responsa obscura sint, manifesta ibi dantur oracula.

De hac autem insula vulgata est fabula, post vitiatam Latonam, Iupiter cum eius sororem Asteriam etiam de stupro compellasset, illa à dijs optavit, ut in avem conuerteretur, versaque est in cothurnicem; & quum vellet mare transfretare, à Ioue in scopulum conuersa, diu sub fluctibus latuit, donec supplicante Latona, superferri aquis cœpit. Deinde cum Iuno gravidam Latonam immisso Pythone persequeretur, tandem aliquando applicando se littoribus à sorore Asteria suscepta est, & illic Dianam & Apollinem peperit. In lucem vero edita duo numina, terram sibi natalem non sunt passa diutius errare, sed eam duabus insulis fixam religarunt, Mycone scilicet, & Gyro.

E Virgilius.

*Quam pius Arciteneus, oras & littora circum
Errantem, Mycone celsa, Gyroque, reuinxit;
Immotamque coli dedit, & contemnere ventos.*

Insula est exigua, utpote, quæ v. m. p. tantum complectitur. Urbem habebat plano loco sitam, mons vero præruptus & sublimis media insula assurgit Cynthus, vnde Apollini & Dianæ Cynthij nomen. amnis vero exiguus Inopus nomine hic habetur: à Delo vero parum abest Rhene, vel Rhenia, quam Anticlides Celaduffam, Helladius vero Artemitem vocat; hanc Cambyxis Persarum regis tempore Polycrates captam catena Delo coniunxit, Delioque Apollini consecrauit, ut auctor est Thucydides.

Mercatu olim celebris, & Apollinis inclyto templo, in quo *Κεράτινῳ* *Βωπέδῳ*, siue ara cornea, quæ inter septem orbis miracula recensetur. B

Lib. de solertia animalium.

De qua Plutarchus. *Ara hic Ceratina, quæ inter septem orbis miracula celebratur, quæ neque glutine, neque ullis alijs vinculis cohæret, sed è solis dextris cornibus compacta est.* De qua Valerius Martialis in operis sui limine audiendus.

*Nec Trivia templo molles laudentur honores,
Dissimuletque Deum cornibus ara frequens.*

Nam quod plures interpretes ad Iouis Hammonis templum referant hos versus, quod ille corniger sit, nugas agunt, ut pridem doctissimus Politianus monuit. nam aram hanc structam refert Callimachus poeta in Apollinis hymno ab ipso Apolline quadrimo ex cornibus Cynthiadum caprearum, quas Diana venando occiderat. De hac etiam ara Ovidius epistola Cydippes ad Acontium. G

Miror & innumeris structam de cornibus aram. Hic etiam fuisse aram Apollinis Genitoris, apud quam nulla hostia cedebatur, docet Macrobius lib. III. Saturn. cap. VI. *Delij ara est Apollinis Γενήτορος, in qua nullum animal sacrificatur, quam Pythagoram velut inuiolatam adorasse produnt.* Censorinus De die natali. *Deniq; Delij, ad Apollinis Genitoris aram, ut Timæus auctor est, nemo hostiam cedit.*

Templum autem hoc Apollinis ab Eryfichthone Cecropis filio constructum fuisse, auctor est Eusebius in Chronico. Fuit autem magna in veneratione apud vicinos omnes, præsertim vero Iones, ita ut magna frequentia conflueret huc, spectatum certamen Gymnicum & Musicum, quæ in honorem Apollinis celebrantur, cuius rei Homerus hymno ad Apollinem fuisse meminit, vnde & Delus sacra priscis temporibus fuit, ut nemo incolas auderet violare, adeo ut veniente in Græciam Dario, præfectus eius Datis, cum Delij aduentu Persarum perterriti insulam deseruissent, ille blandis verbis incolas adduxit, ut ad sua redirent; sibi enim à rege iniunctum, ne quid detrimenti tellus illa acciperet, in qua gemini dij nati essent: moxque ccc libras thuris super Apollinis aram adoleuit. Sed multis post sæculis à Menophane, Mithridatis præfecto, miserandum in modum insula direpta & spoliata fuit, incolæ cæsi, mulieres & pueri sub hasta venditi. Sed Menophanes paulo post à Delijs, qui effugerant, per insidias occisus est. E

Herod. lib. v 1.

Pausanias lib. III.

Hic

A Hic etiam post Persarum bellum Græciæ commune ærarium fuit, veluti loco sacrosancto: donec Pericles Atheniensibus persuasit, vt pecunias illas Athenas deferrent. quo facto, se Græcorum calumnijs egregie exposuerunt, quod communes Græcorum opes in suos vsus conuerterent.

B Euerfa vero à Romanis Corintho, Deliorum fortunæ mirum in modum auctæ fuerunt. siquidem mercatores eo magna frequentia vndique confluerunt, inuitante eos tum loci immunitate, tum portus oportunitate. nam ex Italia, Græcia, & Asia nauigantibus, Deli commodissimi erat situs. sed post cladem Mithridatico bello acceptam, Strabo lib. x. nunquam pristinum splendorem recuperauit. Strabonis certe æuo Atheniensium quidem imperio suberat, sed in magna perdurabat inopia.

C Auctor est Seruius ad lib. III. Æneidos, insulam hanc olim terræmotibus valde obnoxiam fuisse, petitoque Apollinis oraculo, vt malo hoc liberaretur, præceptum fuit, ne mortuos illic sepelirent. vnde apud Herodotum Pisisstratus conatus est Delum expiare, siquidem ex omni loco mortuos effodi iussit, quatenus prospectus à templo ferebatur. Athenienses vero sexto anno belli Peloponnesiaci vniuersam Delon expiarunt. quæcumq; enim ibidem erant defunctorum sepulchra, omnia Thucydides lib. III. sustulerunt, & in posterum edixerunt, ne quis deinceps in hac insula moreretur, sed vt morituri in Rheniam transportarentur; neve etiã mulier ibidem pareret, neve quis canem in illa aleret; vnde Pausaniæ dictum fertur in Delios, qui de patriæ suæ iure cum multa disputarent, quomodo, inquit, Delus patria vestra est, in qua neque natus quispiam vestrum est, neque erit post mortem. Eadem tamen postea aliquoties terræ motu concussa fuit. semel, quo tempore Darius Græciam inuasit, iterum circa Peloponnesiacum bellum, tertio priusquam Helices & Buris euersio fieret. vnde magis miror Plinium, qui ad M. Varronis ætatem solam terræ motum non sensisse dicit.

D In Delo autem ferebatur esse antiquissima olea, sub qua Latona Dianam & Apollinem enixa fuit. Catullus in Carmine seculari.

*Magna progenies Iouis,
Quam mater prope Deliam
Deposuit oliuam.*

Et Ouidius Metamorphosi.

*Illic incumbens cum Palladis arbore palma,
Edidit inuita geminos Latona nouerca.*

Homerus vero prope palmam peperisse Latonam hymno in Apollinem dicit,

E *Ἄμφι δὲ Φοίνικι βάλε πήχες, γένα δ' ἔρεισε
Λειμῶνι μαλακῶ.*

*Circa autem palmam eiecit manus, genua autem fixit,
Præto in molli.*

Ephesij

Ephesij autem iactabant sua in regione esse Ortygiam, in qua Latona A peperit, oleamque ibi esse, ad quam tradunt post partum quicuisse. Tacitus lib. III annalium, *Primi omnium Ephesij adiere, memorantes non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cenchrium amnem, locum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, & olea, que tum etiam maneat, adnisam edidisse ea numina, deorumque monitu sacratum nemus.*

Nomisata Deliorum in honorem sunt Apollinis & Dianæ. nam primus solem habet radiato capite cum dictione ΔΗΛΙΟΥ, & auersa parte luna cum duabus stellis. B

II. Luna stans in biga quam gemini boues trahunt, eius enim currum à varijs animantibus trahi poetæ fabulantur. A bobus, Prudentius contra Symmachum.

*Nunc bijugas frenare boues, nunc seuâ sororum
Agmina, vipereis superis immittere flagro.*

Nunc à iuuenis. Aufonius ad Paulinum.

Iam succedentes quatiebat luna iuencas.

Mulos etiam eius vehiculo adhibitos, auctor est Festus Pompeius, quod tam sterilis ea sit, quam mulus, vel quod ut mulus non suo genere, sed equi creetur, sic ea Solis non suo fulgore luceat. C

III. IIII. Apollo est nunc cum bigis, nunc cum quadrigis.

VI. Iupiter cum liberis Apolline & Diana; ab altera parte Diana cum curru bijugo, quem equi vehunt, nam hoc primus Homerus monuit Hymno in Dianam, equis illius currum vectari.

VII. Apollo & Diana cum inscriptione ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ, deorum fratrum.

VIII. Iupiter pater ab vna parte, & tres semilunæ cum totidem stellis ab altera.

N A Ξ Ι Ω Ν.

D

N A X V S.

*Thraces primi cultores. Bacchi nutrices rapiunt. Otus & Ephialtes illos profligant. Ariadna hic à Theseo relicta.
Octimestris fœtus hic vitales.*

A Delo distat xviii. m. p. Naxus, quam varijs nominibus olim vocatam docet Plinius. primo enim Strongyle dicta, ob rotunditatem eius globosam, quod στρογγύλον Græci vocant; quo etiam nomine à Silio Italico dicta. E

Mille Agathymna dedit, perflataque Strongylos austris.

Deinde

A Deinde Dia nuncupata. Catullus de nuptijs Thetidis & Pelei.

Aut vt vecta ratis spumosa ad littora Diæ.

Mox Dionysiada, à vinorum fertilitate, & Siciliam minorem quidam dixerunt, vt & Calliopolim. Circuitu suo patet LXXV. m. passuum. Dicta autem Naxus à rege Carum Naxo, Polemonis filio, qui eiectis Thracibus illam occupauit. Alij à Naxo, Endymionis filio. vel *παρὰ τὸ νόξαι, ὃ φασὶ θύσαι πνῆς*, à sacrificando scilicet; vt Stephano, & Suidæ, placet.

Primi incoluerunt hanc insulam Thraces, siquidem ferunt Boream geminos filios habuisse, Butem & Lycurgum; Butes, minor natu, fratri seniori compertus insidias struere, à patre iussus est, assumptis conspirationis focijs, alio commigrare. proinde cum complicibus conscendens nauem, cursum in Strongylen insulam direxit. eaque occupata, dudum piraticam exercuit. Sed, quum vxores illis deessent ad sobolem faciendam, ad Thessaliæ littora appulsi, in terram egressi, in Bacchi nutrices inciderunt, quæ repentino malo perculsæ, Dei orgia deserentes, fuga pleræque sibi consuluerunt. Ex his raptæ Coronidi Butes vim infert. Illa, contumeliæ impatiens, Liberi patris, auxilium implorat, qui furorem Butæ immittit, vnde commota mente in puteum se præcipitem dedit. Cæteri Thraces alias mulieres raperunt, inter quas Aloeï vxorem Iphimedium, & filiam eius Pancratim. Hac præda parta in Strongylem redeunt, & in defuncti Butæ locum Agassamenum sibi ducem elegerunt; cui Pancratim, elegantis formæ fœminam, connubio iungunt. Aloeus interim grauius iniuriam ferens, filios Otum & Ephialtum prædones iubet persequi; qui, armis Strongylam adorti, Thraces superarunt. Nec multo post soror illorum Pancratis moritur. fratres vero, insulæ imperium sibi vindicantes, Diæ nomen illi imposuerunt. Dissidijs mox inter illos ortis, ad arma ventum, & mutuis vulneribus ceciderunt. quos vt Heroes incolæ postea coluerunt. Cum ergo Thraces insulam ducentis annis & amplius tenuissent, ingenti oborta siccitate, illam deserere coacti sunt. quibus postea successerunt Cares, quorum rex Naxus, Polemone genitus, pro Dia Naxum deinceps insulam vocauit. qui Leucippum filium ex se reliquit, cui Smardius successit, quo regnante, Theseus Creta elapsus cum Ariadna huc diuertit. is cum in somnijs Liberum patrem vidisset, sibi interminantem, nisi ab Ariadna desisteret, timore perculsus, relicta puella, ex insula aufugit. tum noctu Bacchus Ariadnen in montem, quem Arium vocauit, abduxit, & ipse confestim disparuit. nec multo post Ariadna etiam hominum oculis subducta. Tangit hoc Catullus in Nuptijs Pelei & Thetidis.

*At parte ex alia florens volitabat Iacchus
Cum thyaso Satyrorum, & Nysigenis Silenis,
Te querens, Ariadna, tuoque incensus amore.*

A Pisistra-

Herodotus
lib.v.

A Pisistrato mox occupata, atq; in illam Atheniensium obsides translati, Lygdamoque illius cura mandata. Darij vero Hydaspis tempore tumultuantibus Naxijs, locupletes quidam in exilium missi fuerunt, qui Miletum ad Aristagoram confugientes, illi suaferunt, vt in patriam illos reduceret. Ille cum Artapherne Darij fratre consilium communicat, suadetque vt classem illi mittat, vt regi Naxum cæterasque Cycladas subijciat. Ducentæ naues mittuntur, atq; secreto, omnia in Naxiorum perniciem comparantur. Dissensio inter Megabazim classis præfectum & Aristagoram oritur, atque ita consilia Aristagoræ Naxijs produntur, qui statim ad obsidionem perferendam se compararunt, & strenuo resistunt, atque ita re infecta Aristagoras discessit. B

Inuadente vero Xerxe Græciam inter primos à Persis defecerunt, atque comparata classe egregiam operam ad debellandos hostes præstiterunt, in pugna etiam terrestri ad Plataeas, socijs insignem opem tulerunt. Magnæ olim fertilitatis hæc insula, vt non immerito, minor Sicilia cognominata fuisse videatur. Vino præcipue generoso abundabat, quare non omnino præter rationem incolæ iactabant Bacchum ibi ortum. Ferunt etiam ibi fontem fuisse, ex quo vinum suauissimum flueret, vt Heraclides apud Suidam testatur. Mulieres etiam adeo hic fecundæ erant, vt octimestres fœtus, qui passim moriuntur, peculiari Iunonis munere hic vitales erant: illo enim tempore Bacchum natum fama est, vt refert Stephanus. Martianus Capella, Naxum Homeri sepulchro memorandam dicit, Iulius vero Solinus in Io insula eius tumulum esse. C

Nomismata virum barbatum referunt, habentem dextra manu scyphum, aut cantharum, sinistra vero nescio quem florem, cui ab vna parte vitis, ab altera terminus adstat. Credo esse Bacchum barbatum, quem apud veteres cultum fuisse, Diodorus auctor est, Macrobius i. Saturn. *Liberi patris simulachra, partim puerili ætate, partim iuuenili fingebantur, præterea barbata specie, semili quoque.* Pausanias etiam in Eliacis eius meminit. *Bacchus in antro cubat barbatus, & poculum aureum tenet, tunica talari vestitus, circumstant eum vites, poma, & mala punica.* Hic, vir est barbatus, vites Dei insigne, cantharum manu tenet, & vesti insidet. Accedit etiam incolas affirmare Bacchum apud se enutritum. Iouem enim, vt Iunonem falleret, in Naxo editum infantem, Nymphis Philix, Coronidi, & Cleidi, educandum commendasse, ideoque præ cæteris hanc insulam Bacchi dilectam, & à quibusdam in eius honorem Dionysiadem appellatam. vnde Ouidius lib.iii Metamorph.

*Naxon, ait Liber, cursus aduertite vestros;
Illa mihi domus est, vobis erit hospita tellus.* E

An ad Herculem ebrium referri posset, incertus sum. in Anthologia enim epigramma est, *εις Η'εργκλή μεθύοντα.*

A

Οὗτος ὁ νῦν ὑπὸ βεβαρημένῳ ἤδ' ἐκυπέλλῳ
 Κενταύρης νήφῳ οἴνοβαρεῖς ὄλεσεν.

*Heros hic, qui nunc somno est vinoque sepultus,
 Centauros madidos sobrius obinerat.*

Κ Υ Θ Ν Ι Ω Ν.

C Y T H N V S.

B **I**Nter minoris famæ Cycladas recensetur Cythnus, quam à Cythno quodam, qui primus eo coloniam duxit, vocatam dicit Stephanus. Eadem etiam Ὀφίσσαι καὶ Δρυοπίς appellata. Virgilius illius meminit in egregio illo poematio Ceiri.

Prospicit incinctam spumanti littore Cythnon.

Insula hæc nulla re memorabilis, nisi calamitatibus suis; adeo ut proverbio locum dederint, κυθνώδεις συμφοραί, *Cythniæ, calamitates*; quia, ut refert Zenodotus ex Aristotele, Cythnij maximis cladibus ab Amphitryone affecti fuerunt. Meminit & Suidas huius proverbij.

C

Σ Ε Ρ Ι Φ Ι Ω Ν.

S E R I P H V S.

*Saxum Seriphium. Cur tota insula saxosa. Ranae
 hic muta.*

Insula hæc à Plinio inter Cycladas etiam, à Stephano vero inter Sporadas recensetur. Nulla re valde nobilitata, exigua enim est, & XII M. P. tantum complectitur, vnde Iuuenali *parua* vocatur.

D *Vt Gyari clausus scopulis, paruaque Seripho.*

Vniuersa autem scopulosa est, adeo ut Tacitus eleganter saxum Seriphium vocet. *Bonisque exutus, interdicto aqua & igne, saxo Seriphio consenuit.* Erat autem hæc insula exfulum & relegatorum pœnis, non secus ac Gyaros, destinata. vnde & Tacitus refert lib. II. Vestiliam Labeonis coniugem, ob stupri licentiam, qua infamabatur, in insulam Seriphon abditam fuisse. Ferunt scriptores; Acrisium, postquam rescivit Danaem filiam à Ioue vitiatam, expectasse eius partum, ac postea illam cum Perseo filio conclusam in arca, in mare proiecisse; quæ Seriphum insulam appulsa est; atque à Dictij Polydeuctis fratre seruata Danaem, & educatum Persea. qui cum ab expeditione Gorgonum cum Medusæ capite victor redisset, compertoque, matrem Danaem cum nutricio suo Dictij in templum confugisse, quod illi Polydeuctes rex vim inferre vellet, regem aggressus est, ulturus matris iniuriam;

Z

iuriam, qui concurrentium amicorum & clientum auxilio fretus, ob- A
uiam venit Perseo, qui detecto Medusæ capite, omnes in saxa conuer-
tit, vnde ferunt Seriphum saxosam esse. Vnde mirari subit, cur Oui-
dius lib. vii. Metamorph. planam Seriphum vocet:

Florentemque Syron, Cythnon, planamque Seriphon.

Cum Strabo auctor sit vniuersam esse περσώδη. Virgilius vero in Ceiri
sementiferam vocat:

Aeginamque simul, sementiferamque Seriphum.

Lib. IX.
cap. LVIII.

Sed bene monet Scaliger, *serpentiferam* esse legendum, ad Medu- B
sæ angues nempe respicit. nam si tota saxosa est, quomodo apta erit
fementi faciendo? In hac insula ranas omnes esse mutas tradunt au-
ctores. Plinius. *Cyrenis muta sunt ranæ, illatis è continente vocalibus durat
genus earum: muta sunt etiam in Seripho insula, eadem alio translata canunt.*
Cuius rei causam refert Ælianus histor. animalium xiiii, redeunte
Perseo cum Medusæ capite, fessus cum prope lacum vellet somnum
capere, ranas strepentes interpellasse, itaque Perseum à Ioue patre
petiisse, vt ranas clamare prohiberet, Iouem vero eius precibus an-
nuisse, ac ranas illius insulæ perpetui silentij condemnasse. Theo-
phrastus tamen hanc explodens fabulam, & Seriphiorum vanam am-
bitionem redarguens, aquæ frigiditatem dicit in causâ esse, cur non C
sint vocales.

Seriphiorum nummi chimæram ab vna parte & aquilam ab altera
habent. qua de causâ hoc factum, prorsus ignoro.

Σ Ι Φ Ν Ι Ω Ν.

S I P H N V S.

*Opulenta olim. Thesaurus Siphniorum apud Delphos.
Auraria eius corrupta.* D

Siphnus & ipsa vna ex Cycladibus, olim Meropia & Acis Plinio
S auctore appellata, circuitu xxviii. m. p. complectitur; à Siphno
Sunij filio ita dicta, vt ex Nicolao docet Stephanus. Insula olim fuit
beata & opulenta admodum, vtpote quæ ex aurarijs & argentarijs,
magnas opes parauerat; vnde ex decimis tantum pecuniæ confluere-
rant, vt apud Delphos thesaurum reponerent, locupletissimo cui-
que non inferiorem, vt auctor est Pausanias. Sed quum ex auaritia de-
cimas offerre destitissent, maris illuuijs metalla eis subuertit, & ad in- E
signem postea inopiam redacta fuit. Quum vero Pythiam consulerent
super felici suo statu, priusquam auraria forent corrupta, oraculum
hoc illis datum fuit, vt Herodotus in Thalia meminit:

A

Ἀλλ' ὅτεν ἐν Σίφῳ πρυτανεία λαοκὰ γήηται,
 Λαοκοφρὺς τ' ἀγορῆ, τότε δὴ δέει Φραδμονὸν ἀνδρὸς,
 Φράσσαδάξ ξύλινόν τε λόχον κήρυκά τ' ἐρυθρόν.

*Cum tamen in Siphno fuerint prytaneia cana,
 Cana fori facies, tunc vir vaser adsit oportet,
 Qui notat è ligno agmen, legatumque rubentem.*

Siquidem Samiorum primores, à Polycrate eiecti, & à Lacedæmonijs destituti, qui illos polliciti erant in patriam reducere, Siphnum legatos miserunt, qui decem talenta mutuo petierunt, negantibus Siphnijs se mutuatueros, Samij eorum agros populantur; Siphnij illis continuo occurrunt, commissaque pugna fugati sunt, & multi ab hostibus capti sunt, quos postea centum talentis redemerunt: hocque erat periculum, quod illis oraculum prædixerat. Siquidem Siphniorum forum erat ex Pario marmore albo exstructum, ligneum agmen erant naues, quæ cum illo tempore omnes erant rubrica delibutæ, legatum rubentem designabant. Soli autem Siphnij & Seriphij ex insulis Xerxi aquam & terram petenti, denegauerant, vt auctor est Herodotus lib. IX.

Ex hac etiam insula fuit Diphilus Siphnius, medicus illustris, cuius de alimentorum facultatibus libri frequenter apud Athenæum citantur.

In Siphno etiam lapis est, qui cauatur, tornaturque in vasa, coquendis cibis vtilia, vel ad esculentorum vsus, quod in Comensi Italiae lapide viridi accidere scimus. Sed in Siphno singulare, quod excalfactus oleo nigrescit, durefcitque, natura mollissimus. tanta qualitatum differentia est.

Plinius lib.
 XXXVI.
 cap. XXII.

I. Iupiter est ab vna parte, & ab altera turris quædam, an pharus forte, incertus sum.

II. Nympha quædam, venantis specie, alte succincta, cum arcu & cane, dextra manu lampadem gestare videtur.

D

Π Α Ρ Ι Ο Ν.

P A R V S.

Arcades coluerunt Parum. Isidori suspecta lectio. Seruius emendatus. Virgilius explicatus. Aduersa Miltiadis in Parios expeditio. Archilochus poeta.

E

PAros inclyta olim insula, quæ primum Pactia, postea Minoia dicta. Nam cum Minos illam suo imperio subiecisset, quoad Cretensum legibus vixit, in illius memoriam, Minoiam vocarunt. Postea vero, referente Nicanore apud Stephanum, appellarunt illam posteri Deme-

Z 2

triada,

triada, Zacynthum, Hyriam, Hylæeffam, & Cabarnim, à Cabarno il- A
lo, qui Cereri raptorem filiaë suæ Proserpinæ indicauit. Dicta autem
postea Paros, à Paro quodam Pharrasio Arcade, qui colonos ex Arcadia
eo adduxit, vt docet Heraclides Ponticus. Isidorus vero refert à Iasonis
nepote ita dictam. *Historia dicit ex Iasone natum fuisse Philomelum & Plu-*
tum, ex Philomelo Pareantum genitum, qui de suo nomine Paron insulam & op-
pidum appellauit. Sed quid Pareantos cum Paro? Lectionem corruptam
esse non dubito, corrigat cui codex emendatior.

Est autem insula hæc candido marmore imprimis nobilis, quod
olim valde in pretio. Horatius. B

Vrit me Glycere nitore,

Splendenti Paro marmore purius.

Plinius auctor est, hunc lapidem lychnitem appellatum, quoniam ad
lucernas in cuniculis cederetur. Seruius ad primum Aeneidos Lydium
vocat. *Candissimus est Lydius nomine, qui apud Paros nascitur.* Corrupte
procul dubio, cum lychnis ex Plinio legendum sit. Gignit & Sardam
lapidem, qui marmore quidem præstat, inter gemmas vero vilissimus
ducitur. De qua Virgilium loqui crediderim.

Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo

Argentum, Pariusve lapis, circumdatur auro. C

*Aemylus
Probus.*

Marmor enim raro auro includitur, sæpius gemmæ. Erit ergo Pa-
rius lapis Sarda, quæ in Paro gignitur. Insulam hanc Miltiades spe
dirandi Athenienses inuasit, eo quod Persas adiuuerant. cumque ora-
tione illam sibi frustra conciliare studuisset, urbem operibus clausit;
Parij è contra firmioribus muris se communiunt. Sed cum vndique
commeatus illis esset interclusus, atque in eo esset, vt oppido potire-
tur, procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, incertum
quo casu, nocturno tempore incensus fuit. cuius flamma vt ab oppi-
danis, & Atheniensibus, conspecta fuit, venit in opinionem, signum
esse à classarijs regis datum. quo factum, vt Parij, cum iam de dedi-
tione egissent, negarent se dedituros urbem. Miltiades timens aduen-
tum classis regiaë, incensis operibus, re infecta discessit, & Athenas
magna cum offensione ciuium redijt. Vnde prouerbum emanauit,
Α'ναμαε' α'ζεν, vt Stephanus scribit, de illis qui à pactis resiliunt. Ze-
nodotus aliter paulo hoc enarrat, & Thebanis hoc accidisse memorat,
sed contra Herodotum, & Aemylum Probum, qui de Thebanis ne
verbum. Minoem ferunt, in Paro sacra Gratijs facientem, nuncium de
Androgei nece audiuisse, qui sublata è capite coronam abiecit, &
tibia abstinuit, nihilo tamen secius sacrificium peregit; quare in poste-
rum sine tibijs, & coronis, erat moris in Paro Gratijs immolare, vt au- D
ctor est Apollodorus. E

Parius autem fuit Archilochus, Telesiclis filius, nobilissimus poë-
ta, qui circa xxviii Olympiada floruit, quo tempore Tullus Hostilius,
Romæ

A Romæ regnabat, qui ita diis acceptus fuisse perhibetur, vt cum in prælio à Naxio Corace, aut à Callonide, vt Plutarcho placet, cæsus esset, Pythia interfectorem eius, vt scelestum, iusserit templo facessere.

Μισοίων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι νηῆ.

Famulum Musarum occidisti, templum exi.

Primus hic fuit, qui maledicentia Iambos armauit, non enim illos inuenit primus, vt apud Aristotelem videre est, qui Homerum in Margite illis vsum fuisse tradit. Tanta autem amarulentia in Lycambem socerum suum inuectus est, vt ad laqueum illum adegerit, vnde Horatius.

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Cur Medusæ caput Pariorum nummis appositum, prorsus me fugit. debuissent potius Seriphij sua numismata illo insignire ob Persei memoriam.

K Ω I Ω N.

C O S.

C *Hercules insulam vastat, cæso Eurypylo rege. Coa vestes. Apellis opera. Philetas Coos. Hippocrates maximis honoribus cultus.*

Nebrus antiquissimus medicus. Claudius Coos omnibus tributis immunes fecit. Asylum.

IN Ægæo mari nobilissima insula est Cos, Cariæ vicina, siquidem ab Halicarnasso xv. m. p. tantum distat, circuitu centum mille passus complectitur. Olim Meropæ vocata, vel quod Meropes primi illam coluerunt, vel à Merope quodam cuius filia Cos, insulæ postea nomen dedit, Stephanus etiam Cariam, Plinius & Nymphæam dictam ferunt, D Græcis nunc κῶς, κόως, κώως, aliquibus & κέως dicta, Latini tamen Ceam, à Co distingunt; siquidem illa Eubœæ quondam pars fuit. Quid vero Isidorum mouerit, nescio, quod Coon prouinciæ Atticæ adiacere scribat, cum δις Δελαπιδῶν ab illa distet.

Troiani belli tempore Homerus hic Eurypylum regnasse refert, (quem Herculis & Chalciopis filium fuisse dicit Eustathius) vnde in nauium Catalogo vocat illam, κῶν Εὐρυπύλοιο. Apollodorus vero Eurypylum dicit, Neptuni & Astypalææ filium fuisse, eumque ab Hercule interfectum, quo tempore is victor ab expugnato Ilio redibat. siquidem Coi, cum classem eius adnauigantem animaduertent, piratas esse E rati, lapidibus illos in portum prohibuerunt appellere. Hercules exscensione factâ, insulam vi occupat, & regem Eurypylum interfecit.

Refert Strabo Coorum urbem antiquitus Astypalæam vocatam, aliòque loco prope mare sitam fuisse. Seditioe vero inter ciues orta,

migrasse in urbem quæ suo tempore iuxta Scandalium erat, & inu-^A
tato nomine, Con eam non secus ac insulam vocasse, urbemque fu-
isse quidem non magnam, sed optime habitatam, & aspectu pulcher-
rimam. Tota autem insula erat fertilis, non secus ac Chius, & Les-
bus, generosissimi etiam vini ferax. subtilioris etiam vestis, quam
Bombycinam & Coam vocabant, prima inuentrix fuit, quæ tan-
tæ hic tenuitatis texebatur, vt corpus non tegetet, sed denudaret.
Horatius.

*Altera nil obstat, Cois tibi pene videre est
Vt nudam.*

Et Tibullus:

*Illæ gerit tennes vestes, quas fœmina Coa
Texuit.*

Huc etiam Seneca respexit, Epist. xc. *Quid si contigisset illam videre has
nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dicant
nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est.* Nam vt alibi idem auctor.
His sumptis, mulier parum liquido nudam se non esse iurabit. De Bombyce
vero Coa, & telæ parandæ modo, vide Plinium lib. xi. cap. xxiii.

Aesculapio vero dicata ab omni æuo fuit, teste Plinio, lib. xxix.
cap. i. Celebre eius templum in suburbano, quod multis donarijs C
opulentum erat, referente Strabone, in quibus varia Apellis opera, in-
ter quæ eminebant eius Antigonus, & Venus *Ἀναδυομένη* i. emergens è
mari, quam Augustus patri posuit, vt generis sui parentem. ac pro hac
tabula Cois remissa centum talenta ex imperato tributo. De qua Pli-
nius lib. xxxv. cap. x. *Venerem exeuntem è mari diuus Augustus dicauit in
delubro patris Caesaris, quæ Anadyomene vocatur, versibus Græcis tali opere
dum laudatur, victo sed illustrato. huius inferiorem partem corruptam qui refi-
ceret, non potuit reperiri, verum ipsa iniuria cessit in gloriam artificis.* Præcla-
ros vero diuersis in scientijs viros insula hæc edidit, inter quos nobi-
lissimus pictor Apelles, qui, teste Plinio, *Omnes prius genitos, futurosque, D
postea superauit, eousque Olympiade cxii. in pictura prouectus, vt plura solus
prope quam ceteri omnes contulerit, voluminibus etiam editis, quæ doctrinam
eius continerent. Præcipua eius in arte venustas fuit, cum eadem ætate maximi
pictores essent, quorum opera cum admiraretur, collaudatis omnibus, deesse ijs
vnam illam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant, cetera omnia con-
tigisse, sed hac sola sibi neminem parem.* Hinc etiam ortus Philetas, egre-
gius poeta, & summus Criticus; de quo Propertius lib. iii.

*Callimachi manes, & Coi sacra Philetæ,
In vestrum quæso me sinite ire nemus.*

Hunc Philetam refert Athenæus, adeo exili & tenui corpusculo fu-^E
isse, vt pedibus suis plumbeas laminas substerneret, ne à ventis euer-
teretur.

Sed

A Sed omnes nominis celebritate & famæ gloria superavit, Hippocrates, Heraclidis & Phanaretæ filius, (qui paternum genus ad Æsculapium maternum verò ad Herculem referebat) medicinæ parens, nam illam primus in ordinem redegit, & doctissimis scriptis illustravit: tanta autem in admiratione ac pretio apud omnes fuit, vt Perdiccæ Macedonum regi carissimus fuerit. Ab Artaxerxe vero Persarum rege, per Histanidem Hellepontis præfectum maximis præmijs euocatus. Sed ille generoso animo barbari dona, vt pote Græcorum hostis, contempsit. quare Artaxerxes irritatus, petijt sibi

B à Cois dedi Hippocratem, quod illi summa constantia recusarunt, parati potius quiduis pati, quam talem ciuem hostibus permittere. Patriam etiam, ab Atheniensibus obsessam, impetrato Thessalorum auxilio auctoritate sua, liberavit. quare maximis honoribus apud Coos, Herculis pene & Æsculapij ad instar affectus fuit. Apud Athenienses vero magnis Mysterijs, seu Eleusinæ sacris, initiatus, secundus ab Hercule coronatus fuit, corona mille aureorum, quæ Panatheniensis per præconem deferebatur, dataque illi & posteris in Prytaneo alimenta. liberis etiam Coorum permissum, vt Athenis pubescerent. vita functus est Larissæ apud Thessalos ætatis suæ anno

C CIII. teste Suida. Præter magnum vero Hippocratem refert Strabo apud Coos claruisse Simum quendam, egregium medicum; sed quis ille sit, hæcenus mihi parum liquet. Scio fuisse apud Coos ante Magnum Hippocratem, ex Asclepiadarum gente Nebrum quendam, valde illustrem medicum, cuius potissimum opera Amphycitiones Criseam gentem expugnarunt, vt auctor est Thessalus in oratione sua ad Athenienses, inter Hippocratis epistolas.

Ex hac etiam insula Xenophon medicus fuit Claudij Cæsaris, cuius beneficio Coi in posterum, omni tributo vacui fuerunt. Tacitus lib. XII. Annalium, *Rettulit dein de immunitate Cois tribuenda. multaue super antiquitate eorum memorauit. Argiuos vel cum Latona parente, vetustissimos insule cultores: mox aduentu Æsculapij artem medendi illatam, maximeque inter posteros eius, celebrem fuisse; nomina singulorum referens, & quibus quisque ætatibus viguissent. quin etiam dixit Xenophontem, cuius scientia ipse vteretur, eadem familia ortum, precibusque eius dandum, vt omni tributo vacui in posterum Coi sacram & tantum Dei ministram insulam colerent.* Nec videtur plebeius ille fuisse, sed illustris medicus, siquidem & Diogenes Laertius, in vita Xenophontis Socratici, huius mentionem facit. Apud Coos etiam asylum olim fuisse Tacitus testatur lib. IIII: *Is quoque annus legationes Græcarum urbium habuit, Samijs Iunonis, Cois Æsculapij delubro*

E *vetustum asyli ius vt firmarent petentibus. Samij decreto Amphycitionum nitebantur, quis præcipuum fuit rerum omnium iudicium, qua tempestate Græci, conditis per Asiam urbibus, ora maris potiebantur. Neque dispar apud Coos antiquitas, & accedebat meritum ex loco. nam ciues Romanos templo*

*Aesculapij induxerant, cum iussu regis Mithridatis apud cunctas Asiae insulas, A
& urbes, trucidarentur.*

Priores septem nummi Aesculapium ab vna parte, & anguem baculo circumuolutum ostendunt, cum inscriptione in aliquibus, ΣΩΤΗΡ, Seruator.

VIII. Ab vna parte Apollo, & auersa Lyra.

IX. X. XI. XII. Videntur esse Alexandri regis Macedonum cum leonis exuijs, aut Cassandri vt aliquibus placet.

XIII. Hercules est, siquidem Coi ex Heraclidarum stirpe se esse gloriantur, vt ex oratione Thessali Hipp. filij ad Athenienses patet, B
ideoque passim in hisce nummis Hercules cum claua conspicitur.

XV. XVI. Aesculapius, ab altera parte ΝΙΚΙΑΣ, qui eorum tyrannus fuit. Strabo hb. xiv. *Actate autem nostra Nicias, qui Coorum tyrannus fuit.*

XVII. Iuno regina, ab altera parte duo videntur esse conopæa, in dea forte ornatum.

XXIII. & XXIV. Nam ceteros sponte prætereo, arietinum caput & vineæ racemum habent. Refert Isacius Tzetzes Scholijs in Lycophronem, Con à Caribus olim vocatam ouem, quo nomine Arniam ciuitatem Boœtiæ dictam fuisse; vnde forte & Cos insula dicta, nam C
& Cares illam possederunt. Generosi vini fœcunda fuit, non secus ac Chius & Lesbos, vt ex Strabone docui. Cuius rei fidem & xxv. nummus facit, in quo cantharus, & vix racemus.

A M O P Γ I N Ω N.

A M O R G V S.

INter Cycladas insulas Amorgus annumeratur, quam Plinius olim D
Hyperem, Patagem, vel, vt alij, Platagem vocatam tradit. Stephanus vero παγκάλλω κἠ ψυχίαν, idem & καρχησίαν dictam dicit, ab illustri quodam viro Carchesio. Tribus olim habitata vrbibus, Arcesine, Minoa, & Aegiale. ex Minoa autem vrbe erat Simonides poeta Iambo-graphus, Crinis filius, qui annis. cccvi. post Troiæ excidium floruit, quem Iambos quidam primum scripsisse tradunt. Auctor est Suidas Simmiam grammaticum, Rhodium, in Amorgum ex Samo insula coloniam duxisse, & Amorgum in tres vrbes diuisisse, Minoam, Aegialam, & Arcesinem. In hanc insulam Q. Vibius Serenus à Tiberio Cæsare deportatus fuit.

Nomismata Apollinem habent ab vna parte, & sphaeram cum circino ab altera. An excellentes aliquos astrologos habuerit, inquit curiosus lector. E

ΣΥΜΑΙΩΝ

A

Σ Υ Μ Α Ι Ω Ν.

S Y M E.

Ialyfi filia Syma. Nireus pulcherrimus Græcorum ad Troiam. Nausus insulam habitauit.

B **C**Arpathij maris insula est Syme, inter Rhodum & Gnidum sita, cingitur xxxvii mille d. passibus, Plinio teste, portus benigne præbet octo, nomen autem illi inditum, à Syma Ialyfi filia, Stephano auctore, qui & μετὰπόντιν, *Metapontum*, & Αἴγλιω, *Aeglen* vocatam prius tradit. Diodorus Siculus auctor est, Symen insulam à nemine quondam habitam fuisse, primosque illam infedisse, qui cum Triopæ illic profecti, ductore Chtonio, Neptuni & Symes filio. Eius rex postea fuit Nireus, Charopi & Aglaies F. pulcherrimus Græcorum, qui ad Ilium venerunt, Homero auctore. Post Troiani vero belli tempora, à Caribus occupata fuit, qui nimis inde siccitatibus fugati, ad Vranium quod vocant confedere. Vacua igitur mansit Syme, quoad Lacedæmoniorum & Argiuorum classis aduecta fuit; Deinde novos colonos hoc pacto accepit. quidam Hippotæ comitum Nausus assumptis secum, qui in agrorum distributione sortito facta tardius venerant, Symen tunc desolatam occupauit, & aliis posthæc eo loci aduectis, quorum ductor Xuthus erat, in communionem agrorum receptis, æquo iure insulam tenuerunt. Frumenti olim feracem fuisse nummi hi arguunt, siquidem in utroque Ceres dea, spicis caput cincta, conspicitur; & in auersa parte etiam spicæ sunt; quæ magnam frumenti abundantiam arguunt.

D

Κ Α Ρ Π Α Θ Ι Ω Ν.

C A R P A T H V S.

Carpathium mare. Tetrapolis olim. Iolcus colonie deducenda auctor. Carpathius leporem.

E **C**Arpathus inter Cycladas non vltima est insula, quam Homerus versus caussa, κεράπειον vocat. Strabo excelsam insulam refert, & circuitu suo cc. stadia, seu xxv. m. p. habere, à quo Carpathium mare, quod Icario coniungitur, nomen habet, poetis celebratum, qui Proteum ibi habitasse crediderunt. Virgilius iv. Georgicorum:

Est in Carpathio Neptuni gurgite rates.

Sita

Sita autem erat insula hæc contra Ægyptum, inter Rhodum & Cre- A
tam, quam ita dictam Isidorus voluit, ob celerem fructuum maturita-
tem, à voce καρπιλίμωσ, vel à κάρπιμος, quod fructiferum significat. Vnde
ob soli felicitatem quatuor urbibus quondam habitata, & τετράπολις
dicta. Ex urbibus vero vna Nisyros dicta, ab insula illi vicina. Ortelius
refert ab Eustathio Carpathum, πορφύρεον vocatam, sed parum exacte,
nam Plinius hoc nomen Nisyro insulæ fuisse, non Carpatho, luculentis
verbis docet: *Nisyros distans à Cnido XII M. D. P. Porphyris antea dicta.*
Primo autem habitata fuit à Minois classarijs, quo tempore maris im-
perium habebat, vt auctor est Diodorus Siculus. Multis vero post sæ- B
culis Iolcus, Thymoleontis filius, Argius patria, oraculo monitus, co-
loniæ illuc deducendæ auctor fuit. Refert Iulius Pollux, & Eustathius
ad Homerum, insulam hanc olim destitutam leporibus fuisse, sed
quum quidam marem & fæmellam introduxisset, ingens eorum mul-
tudo breui, ob animalis fœcunditatem, exorta fuit, & fructus eorum
pessumdedit, vnde prouerbium exortum, de ijs qui spontaneum sibi
malum conciliant, καρπάθι τὸν λαγῶν, *Carpathius leporem.*

Nomisma hoc nulla explicatione indiget, ab vna enim parte Ale-
xandri regis Macedonum vultus videtur esse, & Hercules ab altera
parte, qui leonem suffocat. C

P O Δ I Ω N.

R H O D V S.

*Varia eius nomina. Iupiter Atabyrius. Rosis pulcherrimis
abundat. Telchines malefici. Phorbas serpentes tollit. Rho-
dos cur clara. Rebus nauticis excellebat. Colossus
solis. Soli sacra.* D

IN Carpathio mari amœnissima insularum est Rhodus, Cariæ vici-
na, circuitu cxxx. m. p. Varie olim vocata fuit; nam, Plinio aucto-
re, Ephiusa, Asteria, Aethrea, Trinacria, Corymbia, Pœssa, Atabyria
ab rege, deinde Macria, & Oloessa. Straboni vero σταδία, καὶ τελχίνισ
Stadia, & Telchinis, dicta. Sed in Plinio hoc mirandum, quis rex Ata-
byrius, vnde insulæ nomen. Probabilius à monte Atabyrio, nomen
hoc illi inditum. Strabo. εἴθ' ὁ Ἀτάβυρις, ἕρξ τῶν ἐνταῦθα ὑψηλότατον, ἐν ᾧ ἱερὸν
Διὸς Ἀταβυρίας. Deinde Atabyris, mons omnium, qui in ea sunt, altissimus; in
quo delubrum Iouis Atabyrij. Tandem Rhodi nomen obtinuit, à Rhodo, E
Amphitrites & solis filia, vt Asclepiadi; vel Neptuni & Veneris, vt He-
rophilo: vel Neptuni & Halix, sororis Telchinum, vt Diodoro Siculo
placet. Pindari Scholiastes addit, ῥόδον appellari, quod pulcherrimas
rosas

A rofas producat, vel quod rosetis luxuriet. Primi autem Telechines insulam hanc coluerunt secundum Strabonem, & Diodorum Siculum, unde Telechinis dicta, qui è Creta primum in Cyprum traiecerunt, deinde Rhodi sedes fixerunt. Plurimi hos præstigiatores, & maleficos fuisse dicebant, qui stygiam aquam animalibus, & stirpibus, pernicipi causa inspergerent; nubes, pluuias, grandinem quando lubitum esset inducerent; qua de causa à Ioue hos sublatos fuisse, canit Ouidius Metamorph. vii. — *Et Ialysios Telechinas.*

*Quorum oculos ipso mutant omnia visa,
Jupiter exosus fraternis subdidit undis.*

B Alij tamen hos egregios artifices fuisse dixerunt, atque inuidia aliorum artificum, hac ignominia adpersos: nam primi ferrum & æ constandi modum docuerunt, & deorum statuas primi fabricarunt. Ex Telechinum vero sorore Halia Neptunus sex filios, vnicam vero filiam genuit, Rhodon nomine, cuius amore Sol captus, septem ex illa filios suscepit, Ochimum, Cercaphum, Macarem, Actim, Tenagem, Triopam & Candalum: qui postea Heliadæ ab illo dicti. Cercaphus vero ex Cydippe Orchimi fratris filia, tres filios habuit, Lindum, Ialysum, & Camirum, qui defuncto patre insulam inter se sortiti sunt, & sui nominis urbem quisque condidit, quas & **C** Homerus recensit:

*Λίνδον, Ἰηλυσιόντε, καὶ δὲ γινόμενται Κάμειρον,
Lindon, Ialysumque dein, claramque Camirum.*

D Sed cum Rhodiorum tellus magnam noxiorum serpentum copiam produxisset, qui pluribus incolarum pernicipem adferrent, perculsi metu superstites, missis Delum legatis, de auerruncanda hac peste oraculum consulerunt. responsum illis, vt cum Phorbante, eiusque socijs, insulæ possessionem communicarent. Erat is Lapithæ filius, & in Thessalia cum pluribus socijs commodum habitationis locum quærebat, profectus cum Rhodiorum legatis; serpentes omnes deleuit, & insulam metu liberauit, ibique deinceps habitauit. Hyginus in Ophiucho, refert hunc Phorbanta Triopæ filium, ex Hiscilla Myrmidonis filia, tempestate eo delatum, omnes serpentes interfecisse, atque inter illos draconem magnitudinis ingentis. Itaque Rhodij, quotiescumque à littore longius procedunt illorum classés, prius sacrificant Phorbantis aduentui, vt talis euentus inopinatæ virtutis accidat ciuibus, qualis inscium Phorbanta futuræ laudis ad sydera gloriæ casus pertulerit.

E Paulo vero ante Troianum bellum, Tlepolemus Herculis filius ob cædem Licymnij auunculi, quam imprudens commiserat, Argos sponte exilio mutauerat, & cum non spernenda popularium manu Rhodum venit, ac incolarum consensu, rex creatus, agrum sorte in æquales partes diuisit. Ab Agamemnone vero ad Troianam expeditionem abductus,

ductus, imperium Butæ, qui Argis cum eo profugerat, tradidit, ipse A
vero in bello à Sarpedone cæsus occubuit; vnde & à Pindaro Tlepo-
lemi insula vocatur. Fertilissima autem, & omnium rerum adeo foelix
insula fuit, vt summa cum ratione ab Homero dictum sit:

Ἐκ Διὸς ὅσπε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσει
καὶ σφι θεασέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων.

*(Chara Iouis tellus hominum regi atque deorum,
Quique & opes illi multas effudit & amplas.*

Pindarus vero Olympicorum ode VII refert, Iouem nascente Mineruâ
auratos imbres Rhodijs indulisse: B

————— ἔνθα πότε
βρέχε θεῶν βασιλῆος ὁ μέγας
Χρυσῶϊς νιφάδεσι πόλιν.

Vbi quondam deorum rex magnus lauit ciuitatem auratis imbribus. Aëreni
vero ita salubrem & purum habet, vt nullo non die solem adspiciat.

Lib. II. Plinius. Rhodi, & Syracusis, nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua
cap. LXIV. hora sol cernatur. Huc etiam Lucanus respexit:

———— Gnidon inde fugit, claramque reliquit
Sole Rhodum.

Hac de caussa etiam Æthriam à priscis dictam puto. Tribus olim vrbi- C
bus erat habitata, Lindo, Ialyso, & Camiro. postea deletis illis, vel ter-
ræmotu, (cui insula valde erat obnoxia) vel incolis ad magnam in-
frequentiam redactis, noua vrbs exstructa fuit, Rhodos nomine, circa
Peloponnesiaca tempora. Strabo lib. XIV. *Noua autem vrbs circa tem-
pora rerum Peloponnesiacarum condita est ab eodem, vt fertur, Archi-
tecto, à quo Pireus factus est.* Idem alio loco magnis laudibus urbem
hanc extollit.

Rhodiorum vrbs super orientali promontorio sita, & portubus, &
vijs, & mœnibus, & cætera fabrica, tantum alias excellit, vt nullam ei
æqualem, nedum præstantiorem proferre valeamus. Mira est eius iu-
stitia & diligentia, tum circa reliquam reipub. gubernationem, tum D
circa res nauales; quibus multo tempore mari dominata est, ac piratas
sustulit. sed nihil illis magis cordi, quam res nautica fuit; vnde & na-
ualia non omnibus patebant, sed secreta erant, adeoque intenta custo-
dia seruabantur, vt, qui illa ingressus fuisset, capite plectebatur. Abun-
dante vero multitudine, varias colonias deduxerunt, in Hispanias qui-
dem Rhodam, quæ postea à Massiliensibus occupata fuit; apud Opi-
cos quidem Parthenopem, apud Daunios vna cum Cois Elpias. non-
nulli & Gymnasia, seu Balearides, ab eis habitatas ferunt.

Quantum vero Rhodij nauali potentia & industria pollerent, Ro-
manorum historiæ loquuntur, vt pote qui bellis contra Philippum & E
Antiochum gestis, socias vires præbuerunt; ipsum Hannibalem, An-
tiochi classi præpositum, circa Pamphyliam sine Romanis viribus de-
uicerunt: toto denique tempore belli fidelissimam operam nauarunt.
quare

A quare præmij loco Caria & Lycia à Romanis donati fuerunt; & quod præcipuum fuit, libera respub. permanfit.

Variam autem fortunam experta non femel fuit; nam & ab Artemifia Cariæ regina & Mausoli vxore, olim capta, à Demetrio Poliorceta multo tempore obfefa. Posterioribus vero sæculis ab Emanuele, Constantinopolitano Imperatore, equitibus Hierofolymitanis, feu diui Ioannis, dono data; qui contra barbarorum insultus frequenter illam tutati funt, & claffibus fuis totum mare infectum reddidere. Ab Ægypti Sultano Habufato per quinquennium obfefa, à Califfo III. Pont. Max. Ludouicus Patriarcha Aquileienfis, cum claffe miffus, diurna Sarracenorum obfisione illam exemit. Sixti vero IV. tempore periculofiffimam obfisionem pertulit; nam, in cœnibus pene dirutis, tanta virtute patriam defenderunt, vt hoftes pudore pleni coacti fuerint, re infecta difcedere. Sed anno M. D. XXII. fexto demum mense, quam à Solymano Turcarum imperatore obfefa fuit, in illius potestatem magno cum reipub. Christianæ difpendio peruenit.

Nobilitata autem præcipue fuit Rhodus folis Coloffo ingentis magnitudinis, (à quo Rhodij teste Eufthathio ad Dionyfium Alexandinum, & Cedreno, *κολοσσαῖς*, feu Coloffenfes, dicti fuerunt) vt non immerito inter feptem orbis miracula annumeratus fuit. Sed audire lubet difertiffimi Plinij verba lib. XXIV. cap. VII. *Ante omnes autem in admiratione fuit folis Coloffus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius, Lysippi fupra dicti difcipulus. feptuaginta cubitorum altitudinis fuit hoc fimulachrum, poft quinquagefimum fextum annum terremotu prostratum fuit, fed iacens quoque miraculo eft; pauci pollicem amplectuntur, maiores funt digiti quam pleræque ftatue. vafte fpecus hiant defractis membris: fpectantur intus magnæ molis faxa, quorum pondere ftabiluerat conftituens; duodecim annis traditur confectum, CCC talentis, que contulerat ex apparatu regis Demetrii, relicto moræ tædio. funt alij minores in hac vrbe Coloffi, centum numero; fed vbicumque finguli fuiffent,*

D nobilitaturi locum.

Corruit autem hic Coloffus Olympiade cxxxix, tempore Antiochi magni, Cofl. vero C. Flaminio nepote, & P. Fufio Philo. Iacuit autem ingens illa ærea moles annos D. CCCLXXVII. donec Mabilas Sarracenorum dux, capta Rhodo, mercatori Iudæo hunc Coloffum vendidit, qui nongentos Camelos illius fragmentis oneravit, vt auctores funt, Zonarus & Cedrenus, quod contigit tempore Conftantis, Heraclij nepotis.

Præter hos Coloffos refert Plinius, fua adhuc ætate Rhodi tria milia fignorum fuiffe, præter Protogenis Ialyffum, conffummatiffimum opus, & nobilium pictorum multas tabulas.

E Viri etiam illuftrès omni doctrinarum genere hinc orti, quos non pigebit ex Strabone adducere. Hinc multi memoratu digni exfiterunt, ex quibus Panatij philofophi progenitores. circa res ciuiles autem, & philofophiam, aliasq; artes liberales, Panætius ipfe, & Stratocles,

Lib. x.
cap. xxii.

& Andronicus Peripaticus, & Leonidas Stoicus, ac prius etiam Praxi- **A**
phanes, & Hieronymus, & Eudemus. Pisander etiam qui Heracliam
conscripsit, poëta Rhodius, & Simmias Grammaticus, Aristocles qui
nunc est, Dionysius item Thrax, & Apollonius, qui Argonautica com-
posuit, Alexandrini quidem fuerunt, Rhodij tamen vocati. Ex hac
etiam insula fuit Cleobulus, vnus ex septem Græciæ sapientibus, ex
vrbe Lindo. Vitruuius etiam refert, nobilem fuisse Rhodium archi-
tectum Diogenetum nomine, qui obsessam patriam à Demetrio Poli-
orceta, sapientia sua seruauit, nam cum is helepolim, immensam ma-
chinam, mœnibus esset admoturus, nec vlla ratione cæteri architecti **B**
imminentem vrbis ruinam possent auertere, Diogenetus magnam
aquæ, luti, omniumque immundiciarum vim, ante murum iussit ef-
fundi; postero die helepolis accedens, antequam appropinquaret ad
morum, in humida voragine confedit, nec progredi, nec regredi va-
luit. Itaque Demetrius, cum prudentia Diogeneti se victum videret,
cum classe sua discessit.

Floruerunt etiam dicendi genere Rhodij adeo, vt Quintilianus
Rhodiorum eloquentiam commendauit, vtpote mediam inter Atti-
cam & Asiaticam, quam primus Rhodo Aeschines intulit, cum factio-
ne Demosthenis è republica excidisset. adeoque postea is locus litte- **C**
rarum studijs floruit, vt plurimi eo tanquam ad commune Gymna-
sium confluerent.

Nummi priores septem, ab vna parte solem, ab altera rosam male
expressam habent. Solem enim peculiariter Rhodij coluerunt, cuius
honori celebrem illum Colossum consecratum diximus. Caussam aper-
it Pindarus Olymp. vii. quo tempore Iupiter, & cæteri dii vniuer-
sum orbem inter se diuiderent, Rhodus sub aquis tecta latebat; Sole
autem absente, cursumque suum conficiente, cum in diuisione ab
omnibus præteritus esset, Iupiter re cognita, voluit nouam diuisionem
inire, sed Sol hoc recusauit, & Rhodum cæteris dijs occultam, sibi **D**
vero perspectam elegit, quod à Ioue cæterisque dijs illi concessum fuit.
Cur vero rosa in nummis spectetur, non est mirum; cum à flore illo no-
men Rhodo inditum. Addit Isidorus, quod rosæ ibi Capitolium dica-
tur inuentum esse, dum ibi ciuitas conderetur, ex quo & vrbs, & in-
sula Rhodos est appellata. Quid vero sit rosæ Capitolium, inquirant
peritiores.

Duo vero posteriores, ab vna parte solem, ab altera Serapim. Hic
obseruo Solem imberbem, Serapim vero, qui idem cum Sole est, bar-
batum depingi.

E

M E Γ I Σ T E Ω N.

M E G I S T E.

Lyciæ insula est Megista, à Megistheo quodam, auctore Stephano dicta; cuius urbem suo tempore prorsus interiisse Plinius affirmat. Vini fertilem fuisse, numini arguunt; Bacchum enim ab vna parte, & vuæ racemum ab altera referunt.

X E Λ I Δ Ο Ν Ι Α Ι Ω Ν.

C H E L I D O N I Æ.

*Veteris Græciæ termini. Nauigantium periculis notæ.
Alijs duæ, alijs tres sunt.*

Chelidoniæ insulæ Lyciæ adiacent, non procul à Tauri promontorio, nauigantium periculis notissimæ. cum enim circa illas Pamphylium mare à Lycio separetur, Luciano teste, dialogo qui *Nauigium* inscribitur: fluctus ipsi utpote multis ac varijs vndis circa promontorium illud velut interfecti, præruptæ enim rupes sunt, ac procellas excitant terribiliores, & immensum fragorem edunt. Idem in Amoribus vocat Chelidonias, felices veteris Græciæ terminos. Stephanus Byzantinus duas tantum statuit. *Εἰσὶ καὶ Χελιδονίαι πέντε, ὧν πλεονεξία ἐμνήσθημεν. δύο δὲ εἰσὶ, κεκλημέναι, ἢ μὲν Κορύδελαι, ἢ δὲ μελανίπεια, ὡς φαθαὶ ἔν τῆς Παντοδαπίς. Duæ sunt Chelidoniæ insulæ vocatæ, Corydela, & Melanopia dictæ, ut Phauorinus refert. Dionysius vero Alexandrinus tres esse asserit:*

*Τὴν δὲ μὲν ἀπὸ λίου δὲ Χελιδονίαι γεγάασιν
τρεῖς νῆσοι, μεγάλης Πατάρειδ' ἐνδοθεν ἀκρῆς.
Inde Chelidoniæ veniunt tres solis ad ortum
Insulæ, immensas intra Patareides arces.*

Patara enim magna Lyciorum vrbs erat, à qua non procul erant Chelidoniæ, quæ à sese mutuo quinque tantum stadijs distabant, à continente vero sex erant remotæ, Strabone teste.

Circa has insulas alto mari dulcis aqua hauriebatur, quod mirum; Plinius lib. II. cap. III. *Nam dulcis haustus plurimis locis, ut ad Chelidonias insulas, & Aradum, & in Gaditano Oceano.* Circa etiam has insulas Anthiæ piscis frequens captura, & memorabilis; quam Plinius lib. IX. cap.

E LIX. diffuse explicat.

Nummus hic trophæum videtur referre ab vna parte, & ab altera rostrum nauis.

ΚΥΠΡΙΩΝ

CYPRVS.

Cur Cerastis dicta. Homines in illa cornuti. Stephanus emaculatus. Cur Veneri sacra. Insula fertilitas. Teucris soboles ad Nicoclem duravit. Opes Cypræ Romanam allata.

Cyprus amœnissima & omnibus delicijs affluens insula, in Pamphylio mari sita, ad ortum & occasum Ciliciæ & Syriæ obiecta, à septentrione Issico sinui, à meridie verò Aegypto pelago vicina. Ambitus eius, Strabone teste, est trium millium ccccxx stadiorum. Plinio verò cccclxxv. m. p. longitudo eius, inter duo promontoria Dinaretum & Acamanta, secundum Artemidorum clx. m. p. cccc. secundum verò Timolthenem cc. m. p. Varijs olim nominibus vocitata, Plinio auctore, Macaria, Acamantis, Cerastis, Aspelia, Amathusia, Cryptos, & Colinia. Stephano verò Μηϊόνις, Σφήκεια, Μœιονίς & Sphecia. Macaria quidem, ab aëris egregia salubritate. Cerastis, ὅτι ἔχει πολλὰ ἀκρὰ ἕχον καὶ κρηστὰς, quod multos colles habet instar cornuum prominentes. Isacius verò Tzetzes, ex opinione Androclis, quod in illa habitabant homines cornuti; qui ad fabulam respicit Ouidij x. Metamorph. quod incolas Venus in boues conuerterit olim:

— gemino quondam quibus aspera cornu,
Frons erat, unde etiam nomen traxere Cerastæ.

Cryptos verò, ἀπὸ τοῦ κρυπτεῖσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θαλάσσης; quod maris vndis videatur abscondi, vt Stephano placet; apud quem, vt hoc obiter moneam, male κύπριον pro κρύπριον legitur. Sphecia etiam dicta, auctore Tzetze, ab hominibus illam incolentibus, qui Spheces vocabantur. Cyprus tandem dicta, ὅτι κύπρις τῆς θυγατρὸς Κινύρας, ἢ ὅτι τὸ φυτόν ἐστὶν ἀπὸ τῆς κύπρις, à Cypro filia Cinyrae, vel à flore Cypro, vt Stephano & Eustathio placet; Isidoro verò à Cypro ciuitate nomen toti insulæ datum. Ouidius etiam Ophiussam vocat. Metamorph.

*Ipsa suas vrbes Ophiussaque arua parabat
Deserere alma Venus.*

Lib. II.
cap. LXXX-
VIII.

Ferunt illam Syriæ olim partem fuisse, sed maris violento impulsu abscissam; Plinius. Namque hoc modo insulas rerum naturas fecit, auelit Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœam Boætiæ. Potens olim insula, & nouem aliquando regnorum sedes; vt idem auctor est Plinius. Omnibus rebus ad luxuriam vsque abundans, vt non immerito

Veneri

A Veneri dicatam tradidit antiquitas, vnde & illi *κόπεις* nomen; L. Florus ob diuitias Veneri sacratam dicit. Lactantius Firmianus lib. 1. De falsa religione, Venerem artem meretriciam primam in Cypro instituisse; auctoremque mulieribus fuisse, vt vulgo corpore quæstum facerent: vnde morem fuisse Cyprijs auctor est Iustinus, virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quæsituris, in quæstum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia, libamenta Veneri soluturas. De cuius insulæ fertilitate Ammianus Marcellinus, *Tanta autem tamque multiplici fertilitate abundat, vt nullius externi indigens adminiculi, indigenis*

B *viribus à fundamento ipso carinæ, ad supremos vsque carbases ædificet onerariam nauem, omnibusque armamentis instructam, mari committat.*

Varij autem incolæ Cyprum habitarunt; principio Phænices fuisse ferunt. Apollodorus refert Cinyram Assyriorum regem, postea in Cyprum concessisse, cum populo; Paphum condidisse, ductaque inibi vxore Metharine Pygmalionis Cypriorum regis filia, Oxyporum, & Adonim genuit. Scio Ouidium x. Metamorph. hunc Cinyram dicere Pygmalionis filium. Postea Græci, Teucro duce, qui ob non vindicatam fratris Aiacis necem, à patre Telamone non receptus Salamine, Cyprum classe appulit, vbi ille patriæ cognominem urbem **C** lamina condidit. Virgilius illum in Phæniciam primo venisse, & Beli auxilio in Cypro sedes occupasse 1. Æneidos refert:

*Atque equidem Teucrum memini Sidonâ venire,
Finibus expulsus patrijs, noua regna petentem,
Auxilio Bel: genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum: & victor ditione tenebat.*

Teucris soboles, Salaminis regnum longa serie ad Nicoclem vsque obtinuit, ad quem Isoctatis extant Orationes. non quod omnes reges fuerunt non interrupta serie; nam Enagoras Nicoclis pater priuatus erat, cum Abdemonem Tyrium Artaxerxis præfectum Salamine eiecit, & regnum auitum occupauit: bellum cum Artaxerxe adeo magno animo gessit, vt firmata tandem pace Salaminus rex diceretur. Primus autem Amasis Aegypti rex Cyprum inuasit; & vectigalem fecit. Deuicto vero Amasi à Cambyse Persarum rege, Persis etiam subiecta fuit. Patriam tamen conatus fuit à barbarorum seruitute liberare Onesilus, Gorgi Salaminiorum regis frater natus minor, Chersis filius, Siromi nepos, Euelthontis pronepos. Sed sociorum prodicione desertus in acie contra Persas fortiter pugnando occubuit, vt auctor est Herodotus. Tandem rerum potentibus in Aegypto Ptolemæis, Cyprus in eorum ditionem venit, fauentibus Romanis; quod sub Ptolemæo **E** Lagi factum fuisse docet Eusebius; Olympiadé cxvii. mansitque sub Ptolemæis vsque ad Cleopatras patruum; cui quod parum gratus erga rempub. videretur, regnum ablatum est. Causa fuit P. Clodius Pulcher, qui captus olim à piratis, Ptolemæo scripsit; vt pretium illi ad

liberationem mitteret, quod admodum paruum ei missum, adeo ut A
piratæ erubescerent id recipere, liberumque gratis dimisere Clo-
dium. Creatus inde Romæ tribunus plebis, euicit ut M. Cato prætor
in Cyprum mitteretur, eam regi ingrato ablaturus. quod cum rex
præsensisset, venenum sumpsit; de quo L. Florus. *Diuitiarum tanta
erat fama, nec falso, ut victor gentium populus, & donare regna consue-
tus, P. Clodio tribuno duce, socij cuiusque regis confiscationem mandauerit;
& ille quidem ad rei famam, veneno fata præcepit. Cæterum Porcius Cato
Cyprias opes liburnis per Tyberinum ostium inuexit, quæ res latius ærarium
populi Romani quam ullus triumphus impleuit.* Durauitque Cypri pos- B
sessio sub imperio Romano, donec, regnante Heraclio, eneruata
disciplina militari, Saraceni illam occuparent, duce Abubachare;
à Basilio vero Imperatore rursus illis erepta, sed post septennium ite-
rum à Saracenis occupata fuit, ut refert Constant. Porphyrogenneta
lib. i. de Thematibus. Richardus postea Angliæ rex Constantinop.
Imp. eripuit, quia incolæ illum littore prohiberent, dum in terram
sanctam expeditionem moliretur; nec multum temporis elapsum,
quin Cyprum Gnidoni Lusignano, Hierosolymitano regno pulso, id
concefferit, commutatione tituli regni Hierosolymitani. Longa ge-
neris successione regnum posteri tenere, donec anno M. CCCCLXX. C
iure connubij ad Venetos peruenit, quibus tandem Othomanni an-
no M. D. id eripuerunt.

Nummus primus templi schema refert, & ab altera parte virum
imminentem columnæ, qui ignem videtur dextra gestare. ZENON.
ab altera parte templum, in cuius medio videtur meta esse, quæ pro-
cul dubio figura Paphiam Venerem designat, de qua Tacitus, ut infra
in Papho abunde dicemus.

Π Α Φ Ι Ω Ν.

D

P A H V S.

*Augusta cognominata. Ab Agapenore condita. Venus Paphia.
Eius simulachrum. Venus Vrania, an ea-
dem cum Paphia.*

DVo in Cypro oppida, quæ Paphi nomen habuerunt. Est enim
Paphus antiqua, quam vno nomine Plinius, & Mela Palæpa- E
phum vocant, quæ Strabone auctore LX stadijs ab alio Papho distat:
hanc Ptolemæus Πάφον νέαν, nouam Paphum, cæteri scriptores absolute
Paphum vocant. Fuit etiam Augusta cognominata in Augusti hono-
rem.

A rem. Dion lib. LIII. *Paphijs terræmotu afflictis largitus est, iussitque ut urbem Augustam nominarent.* Quo loco obseruat Dion, Paphios non sibi cognomen hoc indidisse, sed honoris causa, à senatu illud impositum fuisse. Cõdita fuit Paphos ab Agapenore, Ancei filio, secundum Pausaniam & Strabonem, qui in expeditione Troiana dux fuit Arcadum; expugnato demum Ilio, tempestate qua inter redeundum Græci fuerunt iactati, Agapenor cum Arcadum classe in Cyprum est delatus, vbi & Paphon urbem, & in vrbe templum Veneris condidit, cum ante illud tempus Venus in Golgis à Cyprijs coleretur. Ouidius

B à Papho, Pygmalionis filio, videtur velle illi nomen inditum.

Ille Paphum genuit, de quo tenet insula nomen.

Hæc olim cum Salamine, clarissimæ Cypri vrbes habebantur. Venerem etiam ferunt primum ad Paphum antiquam è mari egressam fuisse. Pomponius Mela, è quo primum ex mari Venerem egressam accolæ affirmant, Palæpaphus. Habebat autem portum egregium, & templa optime exstructa. Veneri autem peculiariter dilecta, & præcipua eius sedes, vbi templum illius toto orbe celebratum. Tacitus lib. II. Hist. *Atque illum cupido incessit adeundi visendique templum Paphiæ Veneris, inclytum per indigenas, aduenasque. haud fuerit longum, initia religionis, templi situm, formam deæ (neque enim alibi sic habetur) paucis disserere. Conditorem templi, regem Aëriam vetus memoria, quidam ipsius deæ nomen id perhibent, fama recentior tradit, à Cinarâ sacratum templum, deamque ipsam conceptam mari, huc appulsam; sed scientiam artemque haruspicum accitam, & Cilicem Thamyram intulisse, atque ita pactum, ut familie vtriusque posterî ceremonijs præsiderent; mox ne honore nullo regium genus peregrinam stirpem antecelleret, ipsa, quam intulerant, scientia hospites cessere: tantum Cinaradas sacerdos consulitur, hostiæ, ut quisque vouit, mares diliguntur; certissima fides hædorum fibris: sanguinem aræ effundere vetitum, precibus, & igne puro, altaria adolentur, nec ullis imbribus, quanquam*

D in aperto madescunt. Simulachrum deæ non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exsurgens. Et ratio in obscuro.

An hæc eadem Venus sit cum Vrania? Video dubitari à viris doctis. Certe Pausanias videtur hoc innuere in Atticis. Non multum à Vulcani templo Vranie Veneris ædes abest, Assyrii primum huius Vranie cultum instituerunt, quos Paphij in Cypro imitati sunt, ac Phœnices, qui Ascalonem in Palestina tenent, à Phœnicibus Cytherij edocti, eadem sacra susceperunt, quæ Aegens Atheniensibus tradidit.

Cyniras certe Cypri rex in Assyria natus, ut supra ex Apollodoro dictum, qui sacra hæc secum Paphum tulit. Sed inquirant hæc curiosius alij, non enim mei est instituti. De Paphi hoc templo Plinij locus est lib. II. cap. xcvi. *Celebre habet phanum Veneris Paphos, in cuius quandam aream non impluit.* Virgilius vero templi magnificentiam his versibus describit:

*Ipsa Paphon sublimis abit, sedesque reuifit
Lata suas: ubi templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ, fertisque recentibus halant.*

Seruius hinc colligit, Paphiæ Veneri tantum sacrificari consueuisse thure & floribus. Sed manifesto pugnat cum Tacito, qui hostias sacrificari dicit, *Certissima fides hædorum fibris*. Ouidius etiam x. Metamorph. de sacrificio Pigmalionis.

*Festa dies Veneri tota celeberrima Cypro
Venerat, & blandis induta cornubus aurum
Conciderant icte niuea ceruice iuuenta,
Thuraque fumabant.*

Sacrificabant autem animalia. Sed, vt ait Tacitus, *Sanguinem aræ effundere vetitum*. Mirum eius simulachrum, siquidem nulla effigie humana expressum, sed continuus orbis, latiore initio tenuem in ambitum mentæ modo exurgens.

Maximus Tyrius, paulo diuersus à Tacito, *Venus à Paphijs colitur, cuius simulachrum nulli rei magis assimile, quam albæ pyramidi*. Non absimilis est effigies Veneris Hortensis, seu ἐν κήποις, in hortis positæ, apud Pausaniam in Atticis. *De loco, quem hortos vocant, de Veneris item æde nulla affertur ratio, nec de Venere quidem, quæ prope templum constituta est, figura quadrangulari, quales sunt Hermæ.*

Paphiorum nummi nulla explicatione indigent, Venus enim in ytroque est, & Cupido in primo nummo.

K Y P I E Ω N.

C V R I V M.

CYpri vrbs est Curium, Ptolemæo & Straboni ita dicta; Plinio vero Curias. Argiuorum quondam colonia, Herodoto & Strabone testibus. Erat autem circa occidentalem insulæ partem sita: olim etiam tyranno proprio obnoxia erat. siquidem motu illo, quo Onesilus, Chersis filius, Cyprum ad defectionem à Persis incitauit, Stesenor erat Curij tyrannus, qui prælio commisso inter Onesilum, & Artybium Persarum ducem, socios prodidit, & Persis victoriam dedit, vt refert Herodotus in Terpsichore.

An Venus hæc sit armata, à Lacedæmonijs culta, suspicari licet, quia in auersa parte duo sunt volucres Veneri forte sacri.

AMA

A

A M A Θ O Y Σ I Ω N

A M A T H V S.

*Amathusij Ceraſta dicti. Hospites Ioui immolabant. Adonis Osiris hic cultus. Perſis fideles.
Aurea poma.*

B Antiquiſſima Cypri vrbs Amathus, quæ Veneri etiam conſecrata fuit, quæ & inſulæ yniuerſæ Amathuſiæ nomen quondam dedit. Stephanus ab Herculis filio Amatho, vel à Cinyræ matre Amathuſa, ita dictam arbitratur. ἀπὸ Ἀμάθως δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἐκλήθη, ἢ ἀπὸ τῆς Κινύρα μητρός Ἀμάθως.

Vrbs olim metallorum ferax fuit, vnde Ouidius x. Metamorph. vocat. *Fœcundam Amathunta metallis.* Olim asperis sæuisque moribus incolæ erant præditi, adeo vt poetæ illos cornua in fronte geſtaſſe finxerunt, vnde & Ceraſta dicti, vt ſupra dictum. Maximæ verò feritatis ſignum erat, quod ante aram Iouis hospites immolarent. Ouidius.

C *Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara,
Lugubris ſcleris; quam ſi quis ſanguine tinctam
Aduena vidiffet, maſtatos crederet illic
Laetentes vitulos; Amathuſiacaſque bidentes;
Hoſpes erat caſus.*

Quibus ſcleribus offenſa Venus, incolas in boues mutaſſe refert poeta. Hac in vrbe celebre erat templum Veneris, quod ab Amatho Aëriæ Cypri regis filio exſtructum ferunt. Tacitus lib. iii. Annalium, *Exin Cypri tribus delubris, quorum vetuſtiſſimum Paphie Veneri auctor Aërias, poſt filius eius Amathus Veneri Amathuſiæ, & Ioui Salaminio Teucer, Telamonis patris ira profugus, poſuiſſent.* Ab hac vrbe Venus Catullo Amathuntia dicta:

Nam mihi quam dederat duplex Amathuntia curam.

Stephanus vero hic Adonim Oſiridem fuiſſe cultum dicit. Ἀμάθως, πόλις Κύπρου δεχαιοτάτη, ἐν ἣ Ἀδωνίς Ὀσίρις ἐπιμάτο. ὃν Αἰγύπτιον ὄντι, Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδοποιῶσιν. Amathus Cypri vrbs antiquiſſima, in qua Adonis Osiris colitur, qui cum Aegyptius ſit, Cypri tamen & Phœnices proprium fecerunt. Sed quis eſt Adonis Osiris, me quidem latet. Vnum hoc ſcio, diuerſos olim fuiſſe deos Adonim & Oſirim. & mendum latere ſuſpicarer apud Ste-

E phanum, niſi eadem verba à Suida citata viderem:

Pauſanias certe in Bocæticis. *Oppidum in Cypro eſt Amathus, & in ea Adonidis ac Veneris templum, ſuſpenſum ibi torquem dicunt, qui Harmione principio datus fuit, mox & Eriphylæ nominatus, quod propter illum ma-*

ritum

ritum prodiderat. Vides vt Pausanias Venerem Adoni coniungit, quam A Assyrij Architidem cognominant. De qua vide Macrobiū, lib. i. Saturn. cap. xxi.

Fuere autem Amathusij Persarum regi maxime fidi, nam cum Onesilus Cyprum ad defectionem impelleret, restitere maxime eius conatibus, quare illos obsidione cinxit. Interfecto vero Onesilo in acie contra Persas, Amathusij caput eius recisum in oppidum retulerunt, ac supra portas suspenderunt, quia illos obsedisset, quod iam exinanitum, examen apum ingressum est, ac fauo illud repleuit. Ciuibus oraculum redditum, vt depositum caput humarent, Onesiloque quotannis tanquam heroi sacrificarent; quod si facerent, secundiora illis cuncta fore. quod ad ætatem suam illos factitasse refert in Terpsichore Herodotus. Euagoræ etiam rebellanti aduersus Artaxerxem, nunquam voluerunt Amathusij adsentiri, sed pro Persarum imperio fidelissime, vt auctor est Diodorus, dimicarunt.

I. Venus est ab vna parte, & ab altera mulier turrato capite, quæ urbem ipsam exprimit.

II. Veneris caput, & nuda Venus ab altera parte, cum pomo in dextera manu & arcu sinistra. pomum quidem, quod Paridis iudicio illud in formæ victoriam obtinuit, vel quod in Cypro sacra erat arbor, quæ aurea mala ferret, ex qua tria Hippomeni dedit, quibus ille Atalantam cursu superauit. De his Ouidius, lib. x:

*Est ager, indigenæ Damasenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima: quam mihi prisca
Sacrauere senes, templisque accedere dotem
Hanc iussere meis; medio nitet arbor in aruo,
Fulua coma, fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte mea Veneris decerpta ferebam
Aurea poma manu.*

D

K A P Π A Σ I E Ω N.

C A R P A S I A.

Carpasiam, Cypri urbem, à Pygmalione Cypri rege conditam, auctor est Hellanicus apud Stephanum. Xenagoras ipsam Carpathum, Demetrius vero Salaminius Carbasiam vocat. Sita est iuxta Sarpedonem promontorium, ac portum habebat egregium. Huius etiam nominis vicinæ erant insulæ, Carpasix dictæ. Non procul ab urbe mons erat excelsus, cuius verticem Olympum vocabant, in quo Veneris *Ἀρπείας*, seu Acrææ templum erat; quod nec videre, nec adire, mulieribus erat permissum, vt auctor est Strabo.

Nummi

A Nummi nihil habent difficultatis, nam stella hæc Veneris est Lucifer:

Quam Venus ante alios astrorum diligit ignes.

K E P A Y N I E Ω N .

C E R A V N I A .

B Numquam huius nominis inter Cypriorum vrbes mentio fit apud Classicos scriptores, sed Ptolemæus *κερονίαν*, Plinius vero Corineum habet. de qua nihil quod dicam occurrit.

In nummo victor est in bijugo curru, Olympici forte certaminis, victoria est alata cum corona: Ab aduersa parte vna est cum duplici palma in victoriæ monumentum.

Λ Α Π Η Θ Ε Ω Ν .

L A P E T H O S .

C Inter Cypri vrbes & Lapethus est, quæ Straboni *λάπηθος* dicta, quæ commodam nauium stationem, & naualia, habet; Laconum olim, & Praxandri, opus.

Nummus ab vna parte Serapim & Isidem habet. nec mirum est, Aegyptiæ numina hic culta, cum Aegypto vicina adeo sit Cyprus. Ab altera palmam arborem, quod forte frequens ibi nascatur.

Θ Ρ Ε Μ Ι Θ Ο Π Ο Λ Ι Τ Ω Ν .

T H R E M I T H O P O L I S .

D Cypri non ignobilis vicus Thremithopolis, Suidæ *τρημιθές*, Stephano vero *τρημιθός*, Constantino vero Porphyrogenneta *τρημιθος*, inter duodecim Cypri vrbes recensetur. Dicitur ita locus ab aliquibus, Stephano referente. *φασὶ δ' ὅτι Ἰππιάδης Ἀφροδίτης εἰς τὸν τόπον, διὰ τὴν παρυσίαν τῆς δαίμονος, ὑπὸ τέρους διασαλευθῆναι, διὸ καὶ Τρημιθῆνται κληθῆναι. Ferunt egressum Veneris fuisse hoc loco, quare presentia numinis terræ motu concussum fuisse, unde & Thremithunta vocari.* Sed magis illi arridet à Terebinthis deriuatum nomen, quas Cypri Thremitos vocant. *Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ διὰ τὸν τὸν τόπον πεφυκῶν τερμίνθων, ὡς Κύπριοι τρημιθές καλεῖσιν.*

E Nummus Neptuno insignitus.

TAMA-

T A M A Σ I T Ω N. A

T A M A S V S.

ET hæc inter Cypri vrbes recensetur. Scriptores aliquantulum circa nomen eius variant. Stephano *ταμάσεως*, Straboni *ταμάος* Ⓞ, Constantino *ταμασία* dicta. Æris metallis imprimis fœcunda, in quibus & Calchantum, & rubigo æris, large proueniunt.

Nummi ab vna parte, vrbis speciem turrato capite; ab altera, schemata templi, cum figura Paphiæ Veneris, quæ instar metæ est.

I Δ A Λ E Ω N.

I D A L I V M.

Veneris quondam cultu spectandum oppidum, quod in nemore fuisse conditum, auctor est Seruius in 1. Æneidos. Stephanus in plurali casu; *Ἰδάλιοι, πόλις Κύπρου*. Sic & apud Virgilium:

*Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera,
Idaliæque domus.* C

Plinius iam suo æuo interiisse urbem refert, immo Strabonis tempore non extitisse, vel ex eo liquet, quod nullam eius mentionem fecerit.

Nummus Apollinem refert, & sacratum illi Gryphem, sed quid Apollini cum Veneris sacra vrbe.

A P A Δ I Ω N.

A R A D V S.

Tota insula scopulus est. Mela explicatus. Fons aquæ dulcis in medio mari. D

IN Phœnicia Aradus est, exigua quidem insula, utpote quæ ambitu suo septem tantum stadia complectitur, à Maratho Phœnicum vrbe in ora sita xx. stadijs distans. Tota autem insula scopulus quidam est, sed tanta incolarum frequentia habitata, ut domus multis contignationibus sublimes incoherent. profugi ex Sidone primi hic habitarunt; quod numero Eusebiano M CCLVII. accidit. de qua Pomponius Mela lib. II. *Aradus in Phœnice est parua, & quantum patet tota oppidum, frequens tamen, quia etiam super aliena tecta sedem ponere licet.* Quæ postrema verba non cuius patere credo, sed Strabo, omnes tenebras dissipat, nam cum inter Seleucum Callinicum, & Antiochum Hieracem, dissidia magna,

A magna, & ex his bellum ortum esset, Aradij Callinici partes sequuti sunt, cum Antiocho vero conuenerunt, vt ad se ex regno eius confugientibus, tutus esset locus, nec quempiam tradere cogerentur, nec etiam iniussu regis permetterent aliquem enauigare. Qua de caussa illorum vrbs mirum in modum & hominum frequentia aucta fuit, & amplissimæ illis opes contigerunt. Confugiebant enim ad Aradios, tanquam ad tutissimum asylum, non plebei modo, sed qui magnis etiam de rebus sibi timebant. qui compositis mox negotijs, & patriæ restituti, beneficij accepti memores, gratiam illis, vt par est, referebant.

B Hoc est, quod Mela dicit, *licebat super aliena tecta sedem ponere*; quia, exteris eo confugientibus, tutissime licebat in alieno solo viuere. Potentiam vero suam egregia etiam prouidentia tutati sunt, quod rem naualem sedulo curarent, & quod nunquam cum Cilicibus piratis, vicinis licet, voluerunt studia sua communicare.

Olim peculiare reges, vt reliquæ Phœnicum ciuitates, habuit. sed postea nunc Persis, nunc Macedonibus subdita paruit; deinde in Romanorum imperium transijt. Memoratu dignum est, quod Plinius de Arado scribit. *In Phœnicio mari ante Ioppen est Paria, tota oppidum, in* Lib. v.

C *qua obiectam belluæ Andromedam ferunt, & iam dicta Arados, inter quam &* cap. xxxi. *continentem quinquaginta cubita alto mari (vt auctor est Mutianus) è fonte dulcis aqua, tubo corijs facto, usque à vado trahitur.* Strabo hoc diffusius narrat. *Abundantis aquæ fontem in medio freto habent, in quem cupa quedam extorquetur, à scapha aquaria demissa plumbea, ore lato, in angustum fundum coacta, fundum mediocre foramen habet, quo fistula ex corio, seu utriculum dicere malumus, adstricta est, quæ aquam ex fonte per cupam exhaurit. prima itaque aqua, quæ exhauritur, salsa est, expectantes vero puræ & dulcis aquæ cursum, in vasis ad id paratis excipiunt, atque in urbem deferunt.*

I. Demetrii regis vultus. Non est hic ex Antigoni stirpe, sed aliquis ex Syriacis regibus, quibus Phœnicia & Arados subiecta fuit. Ab auersa parte aquila est, quæ gladiolum vnguibus tenet. cui & palma arbor adest. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

II. Victoria est, cum corona & palma, & vrbis species turrato capite.

Λ Ο Π Α Δ Ο Υ Σ Α Ι Ω Ν.

L O P A D V S A.

E I N Africo mari non procul à Thapso Lopadusa iacet ignobilis insula, quam Plinius longam vi. m. p. dicit.

Ab vna parte Iouis caput, ab altera piscis.

*Phœnicum colonia. Didonis soror Anna à Batto hic excepta.
Diversus ab illo qui Cyrenas condidit. Iunonis celebre
fanum. Melitai catelli.*

NON vna fuit apud antiquos Melita, sed plures; nam & in Ha-^B
driatico sinu, inter Corcyram & Illyricum, à Plinio vna recense-
tur. Altera vero non procul Euphrate, à Semiramide condita in Cap-
padocia. Demum est Melita insula, inter Africam & Siciliam (de qua
nunc acturi sumus) adeo incerto positu, vt dubitare non absurde quis
posset, Africæ an Siciliæ attribuenda sit; ni veteres eam, & Punica lin-
gua, qua semper vsi fuerunt, Africæ vendicassent. Ambitu suo LX. M. P.
longitudine vero xx. latitudine vero qua latissima XII. M. P. am-
plectitur, à meridie Africam, qua minor Syrtis, parua Leptis, à septen-
trione Siciliam, in Pachynum quam in Lilybæum pronior spectat.
Phœnicum olim coloniam fuisse auctor est Diodorus Siculus lib. v. ^C
Nam quum illi negociandi causa in Oceanum vsque Occidentalem
nauigarent, insulam hanc occuparunt medio in mari, opportunissime
sitam, ob portuum commoditatem, quorum commercio incolæ non
spernendas opes adepti sunt. Ouidius in Fastorum memorat Annam,
Didone sorore defuncta regem Iarbam fugientem, in hanc insulam de-
uenisse, quam rex Battus possidebat.

*Fertilis est Melite sterili vicina Cosyra,
Insula quam Lybici verberat vnda freti.
Hanc petit, hospitio regis confisa vetusto,
Hospes opum diues rex ibi Battus erat. ^D
Qui postquam didicit casus vtriusque sororis,
Hæc, inquit, tellus quantulacumque tua est.
Et tamen hospitij seruasset ad vltima munus:
Sed timuit magnas Pigmalionis opes.*

Multi non spernendæ doctrinæ existimant hunc Battum esse, qui
oraculo monitus Cyrenas in Africa condidit. sed immane quantum
aberrant. intercedunt enim plures quam quadringenti anni, inter hunc
Battum Melitæ regem, & illum qui Cyrenas condidit. Æneas enim nu-
mero Eusebiano DCCCXXXV. Rex Latinorum creatus, quo tempore An-
na ad Battum confugit, atque hinc ad Æneam. Battus vero Theræ rex ^E
numero MCCLIX. Cyrenas venit; Solinus vero maius discrimen tem-
poris statuit. Rege Marcio res Romanas tenente, anno post Troiam captam
CCCCCLX, Battus Cyrenas condidit, quæ domus Callimachi poetæ, & patria fuit.
Sed

A Sed Melitam redeo, quæ olim Carthaginensium imperio subiecta. postquam vero de Sicilia inter illos & Romanos bellatum, vna cum Sicilia in Romanorum ditionem concessit. Secundo bello Punico T. Sempronius consul Melitam petit, vt inde Pœnos expelleret; aduenienti, Amilcar Gisgonis filius, præfectus præsidij, cum paulo minus duobus millibus militum, oppidumque cum insula traditur, vt auctor est T. Liuius.

B Insula ipsa, licet saxosa, egregie tamen fertilis est, vt non sine ratione Ouidius dixerit. *Fertilis est Melite*, ita vt auctores tradant, bis fruges hic anno legi, bis arbores fructus ferre. Olim etiam variorum operum egregios artifices habebat, inter quos excellabant, qui summa tenuitate vestes texebant, vnde Melitenses vestes, quas Cicero Verri non semel obiecit. Celeberrimum in hac insula Iunonis phanum fuisse, auctor est Cicero Actione in Verrem IV. *Ab eo oppido, non longe in promontorio, sanum est Iunonis antiquum, quod tanta religione semper fuit, vt non modo illis Punicis bellis, que in hisce locis nauali prælio gesta atque versata sunt, sed etiam in hac prædonum multitudine, semper inuiolatum sanctumque fuisset. Quin etiam hoc memorie proditum, classe quondam Massanissæ regis ad eum locum appulsa, præfectum regium dentes eburneos incredibili magnitudine, è fano sustulisse, & eos in Africam portasse, Massanissæque donasse. regem quidem primo delectatum esse munere; sed, vbi audiisset vnde essent, statim certos homines in quinqueremi misisse, qui eos dentes reportarent. itaque in his scriptum litteris Punicis fuit, regem Massanissam imprudentem accepisse, re cognita reponendos restituendosque curasse. Erat præterea magna vis eboris, multa ornamenta, in quibus eburnæ victoria, antiquo opere, ac summa arte perfectæ; hæc iste omnia (Verres) ne multis morer, vno impetu, atque vno nuncio, per seruos Venerios, quos eius rei causa miserat, tollenda atque adportanda curauit.*

C Vnde Ptolemæus in hac insula Iunonis templi meminit, vt & Hercules. Hic etiam parui illi catelli, quos Melitæos vocamus, nascuntur.

D Strabo lib. VI. *Πρόκειται δὲ τῆ Παχύνος μελίτη, ὅθεν τὰ κωίδεια, ἀ καλεῖσι μελιταῖα, Imminet autem Pachyno Melite. vnde portantur catelli, Melitæi dicti.* Plinius contra lib. III. capite vltimo, *à Melita, quæ in sinu Hadriatico est, hos catellos appellari secundum Callimachum refert.* Sacra etiam pagina testatur D. Paulum Apostolum naufragio in hanc insulam eiectum, multaque humanitate à barbaris susceptum fuisse. vnde & hodierno die magna eius apud incolas remanet veneratio. Licet aliqui in Hadriatico hoc accidisse suspicentur.

E Insula hæc hodierna die D. Ioannis, seu Hospitalarijs, militibus est infessâ. siquidem pulsi Rhodo à Solimanno, Turcarum imperatore, atrocissimo bello; omnibus auxilijs destituti, coacti fuerunt deditionem facere. Cumque, amissa Rhodo, in Siciliam se contulissent, à Carolo V. Melita illis concessa anno M. D. XXI. quam varijs propugnaculis ira munierunt, vt omnes hostium insultus non difficile possent eludere.

hinc etiam totam Africæ oram suis triremibus infestam faciunt, adeo A
vt Barbaris nunc Melitenſium militum æque formidoloſum nomen,
ac olim Rhodiorum fuit. Patrum memoria, anno nempe M. D. LXV. So-
lymannus omnibus viribus inſulam hanc inuaſit, ſed tanta virtute à
Ioanne Valetta, ordinis illius ſacri magiſtro, repulſi fuere, vt, multis ſuo-
rum militibus deſideratis, pudore pleni, re infecta Conſtantinopolim
redierint.

I. Hercules eſt, leonino ſpolio ornatus: nam cum Melitæ Phœnicum
colonos fuiſſe teſtatur Diodorus, peculiari cultu illi Herculem, etiam
vt maiores ſui, proſequebantur. vnde & Ptolemæus memorat hac in B
inſula Herculis templum fuiſſe.

II. Ceres dea capite ſpiciſ reuincto, vt inſulæ fertilitatem oſtendat.

K A P A Λ I T Ω N.

C A R A L I A.

QVo loco hæc inſula ſit, incertum; nam apud ſcriptores vix de
illa verbum. Plinius Caralitanos inter Sardiniaſ celeberrimos po-
pulos recenſet; Stephanus vero Carallos duplici λ. inter Iſauricos col- C
locat καραλίαν vero ſimplici λ. Libyæ ciuitatem dicit, cuius incolæ
καραλιάνης vocat.

Λ Ι Π Α Ρ Α Ι Ω Ν.

L I P A R A.

*Liparus rex. Plinius obiter emendatus. Cur ventis dicebatur
Æolus præſſe. Dorica colonia Marciano dicta. Py-
raticam exercuere cum iuſtitia.*

I^DN Siculo mari Æoliaſ inſulæ ſunt, Græcis ἠΨαιτίαι, Latinis etiam
Vulcaniaſ dictæ, quæ ſeptem numero ſunt, Lipara, Hiera, Strongy-
læ, Didymæ, Ericuſa, Phœnicuſa, & Euonymo. Iſidorus ab omnibus
diuerſus duas addit, Ericodem & Phœcicodem, cui & Seruius ſuffragat-
tur 1. Aeneidis, nouem eſſe dicens has inſulas; libro tamen octauo,
ſeptem tantum agnoſcit. Ab Aeolo nomen illis inditum, qui Iliacis
temporibus hic regnauit. Vulcaniaſ vero dictæ quod ardere frequenter
videantur, & ignes aſſiduo eructent, eædem etiam Liparæorum inſulæ, à
Lipara nobiliſſima inſula dictæ: Iacent autem inter Siciliam & Italiam.
Præcipua illarum Lipara, antea Melogonis vel Meligunis vocitata, à Li- E
paro deinde rege nomen in hunc diē inditum manſit. Fuit hic Liparus,
teſte Diodoro, Auſonis Italię regis filius; qui fratrum conſpiratione patria
pulſus, ex Italia in hanc inſulam cum delecta iuuentute fugit, conditaq;
ibidem

A ibidem vrbe, de suo nomine illam vocauit. Eo senescente Aeolus, Hippotæ filius, in Liparam cum venisset; ducta vxore Cyane, Lipari filia, insulæ postea imperauit. Plinius contra Liparum Aeolo successisse tradit. *Lipara cum ciuium Romanorum oppido, dicta à Liparo, qui successit Aeolo;* ego potius mendum librarij hic latere putem, quam Plinium contra omnes auctores sentire. quare ita legerem. *Dicta à Liparo cui successit Aeolus.* Et Solinus coniecturæ meæ fauet, qui à Plinianis fontibus omnia sua hausit, *Liparæ nomen dedit rex Liparus, qui eam ante Aeolum rex.* Hic Troianis temporibus summa cum æquitate insulis his præerat; quo tempore Vlysses ab illo hospitio acceptus fuit, quem Dionysius Alexandrinus magna laude prosequitur.

Αἰόλος Ἰπποταδάο, Φιλοξενίας βασιλῆος.
Αἰόλος, ὃς θητὰ μετ' ἀνδράσιν ἔλλαχε δῶρα,
Κοιρανίω ἀνέμων κλονεόντων θ' ἰσημερίων τε.

*Aeolus, hospitibus quo rex haud æquior ullus;
Aeolus, insigni ornarunt quem munere diui,
Imperio cohibere leues, & soluere, ventos.*

Dicebatur autem ventis præesse, quia ex Craterum nebulis, & fumo, futuros prædicebat ventorum flatus; hinc ab imperitis visus est ventos in sua potestate habuisse. Plinius. *Strongyle à Lipara liquidiore tantum flamma differt; è cuius fumo quinam flaturi sunt venti in triduum prædicere incolæ traduntur, unde & Aelo ventos paruisse existimatum.* De hac prognosi plura apud Strabonem ex Empedoclis sententia lib. 6. Aeolo successit Astyochus, vnus ex sex filijs, cuius proles in multos annos hisce insulis præfuit; deficiente vero Aeoli stirpe, penes varios imperium fuit; donec Gnidij, & Rhodij quidam, offensi acerbo Asiaticorum Regum dominatu, coloniam in hanc insulam miserunt; quare à Marciano Heracleota Dorica colonia dicta est.

Μία δ' ἐστὶν αὐτῶν Δωρικὴ ἀποικία
Ἐχου, Λιπίρα, δ' ὄνομα, συγγνής Κνίδος.
Vna est earum Doricam coloniam

Tenens, Lipara cui nomen, & socia Cnidi est.

D Deduxit autem coloniam hanc Pentathlus Gnidius, qui generis originem ad Hippotem Herculis filium referebat, Olympiade nempe 1. Sed amisso duce in Sicilia, commisso prælio inter Acgestanos & Selinuntios; ducibusque ex familiaribus Pentathli, Gorgo scilicet, Thestore, & Epitherside, delectis, per Tyrrenum mare delati, Liparam appulere. vbi cum benigne ab incolis exciperentur, cum illis habitarunt, & coniunctis viribus insulam ab incurfu Tyrrenorum, qui latrocinijs maria infesta facerent, egregie defenderunt: crebrisque naualibus pugnis Tyrrenos deuicerunt. ac memorabiles ex illorum spolijs decimas Delphis consecrarunt. de quibus plura Pausanias in Phocicis. Posterioribus vero sæculis Liparæi etiam piraticam exercuerunt, ita

tamen vt nec diuini, nec humani iuris expertes essent. Cuius rei illustre **A**
 est exemplum apud Liuium, lib. v. *Nam cum Romanorum legati crate-*
rem aureum donum Apollini Delphos perferrent, haud procul freto Siculo à pi-
ratis Liparensium excepti deuehuntur Liparas. Mos erat ciuitatis, veluti pu-
blico latrocinio, partam prædam diuidere. Forte eo anno in summo magistratu
erat Timasitheus quidam, Romanis vir similior quam suis, qui legatorum no-
men, donumque, & Deum cui mitteretur, & doni causam veritus, ipse multi-
tudinem quoque, quæ ferme semper regenti est similis, religionis iustæ impleuit,
adductosque in publicum hospitium legatos cum præsidio etiam nauium Delphos
*prosequutas, Romam inde sospites restituit. Hospitium cum eo Senatus consulto **B***
est factum, donaque publice data. Insequutis temporibus Liparæorum ci-
 uitas ad non contemnendam opulentiam peruenit, siquidem portus
 habebat commodissimos, & thermas percelebres, quarum benefi-
 cio quum varij morbi depellerentur indies, frequenter ex Sicilia diu-
 turnis vexati malis in hanc insulam venerunt, & illarum vsu pristinam
 valetudinem recuperabant. Accedit etiam, alumen copiosum hic ef-
 fodi, vnde magnum illis vectigal. Occupata autem fuit à Carthagi-
 nensibus anno tertio Olympiadis LXII. postea Romani illam Car-
 thaginensibus eripuerunt anno quarto Olymp. xcvi.

Agrum fertilem Liparæi habent, nisi magnas ignium eructationes **C**
 etiam pateretur, vnde Claudianus v. Panegyrico:

Ignifluisque gemit Lipare fumosa cauernis.

Non quidem adeo frequenter, vt Strongyle & Hiera, illi vicinæ; adeo
 vt non pauci dubitarent, ab his insulis subterraneos esse specus, vsque
 ad Ætnam coniunctis ostijs, ideoque alternis ardere vicibus insula-
 rum Crateres, & Ætnæ.

Nummus Cereris caput spicis cinctum refert, vt insulæ fertili-
 tatem denotet. ab altera cancerum, qui piscium abun-
 dantiam significat.

D

F I N I S.

L V D O V I C I

A
L V D O V I C I N O N N I I
C O M M E N T A R I V S
I N H V B E R T I G O L T Z I I
A s i a m .

B
T A B V L A E A S I A E .

K O Λ X Ω N .

C O L C H I .

C *Græci multas colonias in Asiam duxerunt. Velleij lapsus. Milesus plurimas colonias emisit. Pontus Εὐξενος. Colchi ab Aegyptijs oriundi. Barbari olim, mox commercijs dediti. Colchis aurifera. Dioscurias vrbs celebris. Minerva Asia. Valerius Flaccus explicatus.*

H Actenus Græcia explicata, nunc in Asiam transeundam, quam Græci quondam non minima parte sui nominis fecerunt; siquidem cum abundantia iuuentutis laborarent, nec exigua illorum patria omnes caperet, aleretque, in Asiam se effudere. *Nam & Iones, duce Ione* Velleius lib. 1. *profecti Athenis, nobilissimam partem regionis maritimæ occupauere, quæ hodieque appellatur Ionia, vrbesque constituere Ephesum, Miletum, Colophona, Prienum, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocæam, multasque in Aegeo, atque Icario, occupauere insulas, Samum, Chium, Andrum, Tenum, Parum, Delum, aliasque ignobiles. Et mox Aeolij eadem profecti Græcia, longissimisque acti erroribus, non minus illustres obtinuerunt locos, clarasque vrbes condiderunt, Smyrnam, Cymen, Antissam, Myrinam, Mytilenemque; & alias vrbes, quæ sunt in Lesbo insula. Sed labitur hoc in loco Velleius, qui Ionem colonos in Asiam duxisse credit; siquidem Strabo, & Pausanias, ferunt Nileum, & reliquos Codri posteros, in coloniam ex Attica missos fuisse; nam Ion, Xurhi filius, ducentis pene annis prior hac deductione fuit. Alij postea Græciæ populi, diuersa Asiæ loca habitarunt; quin etiam in Africanam*
E *Egregias colonias deduxerunt. Sed nulla ciuitas frequentiores colonias Mileto, Ionica vrbe, à Nileo condita, emisit. Plinius: Miletus, Ionie caput, Lib. v. supra LXX vrbum per cuncta maria genitrix. Seneca Consolatione ad Heluiam. Miletus LXXV vrbum populum in diuersa effudit. Strabo vero*

totum Euxinum Pontum à Milesijs habitatum fuisse. Ouidius lib.III. A
Tristium, elegia IX.

Hic quoque sunt vrbes Graia (quis credere posset)

Inter inhumanae nomina barbariae,

Huc quoque Mileto missi venere coloni,

Inque Getis Graias constituere domos.

Quod ne cui mirum videatur, sciat Milesios præpotentes olim mari fuisse, vt ab Eusebio obseruatum. quorum colonijs commercijsque factum, vt cum Pontus olim *Ἀξενος*, seu inhospitalis, ob incolarum effera ingenia, postea *Εὐξενος*, seu Euxinus, mitigatis per commercia il- B
lorum moribus, dictus fuit. Ouidius lib.IIII. Tristium:

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti,

Dictus ab antiquis Axenos ille fuit.

Sed mitto nunc dicere de cæteris Asiæ regionibus, vrbibusque: quas frequentes olim Græci coluerunt. nunc tantum pene de Pontica regione mihi agendum erit; siquidem soli Goltziani nummi, qui ex reliqua Asia, tanquam tabula quædam ex magnæ nauis naufragio, superstites relictæ sunt, ad Ponticas regiones spectant.

Sub Ponti nomine vastæ regiones, & multa regna olim comprehensa, quæ Mithridatis imperio paruerunt; inter quæ, præcipuæ olim C
gentes Marya ndini, Paphlagones, Cappadoces, Colchi, Mosynæci, Caucones, Chalybes, Tybareni, Bithyni, Macrones. Liber Notitiarum imperij Orientalis, Ponticæ diœceseos prouincias enumerat, Bithyniam, Galatiam, Paphlagoniam. Honoriadem, Galatiam salutarem, Cappadociam primam, Cappadociam secundam, Hellenopontum; Pontum Polemoniacum, Armeniam primam, Armeniam secundam. Sed non semel monui, aliter atque aliter prouinciarum formas mutatas fuisse. quare institutum vrgere pergo, ac Nomismatum seriem persequor.

In qua primi occurrunt Colchi; quorum regio, secundum Ptole- D
mæum, à septentrione Sarmatiæ parte, ab occasu Ponto Euxino, à meridie Cappadociæ & Armeniæ parte, ab Oriente Iberia terminatur: Alij vero illam à septentrione Corace monte (qui est pars Tauri) ab ortu, Iberia, à meridie amne Phaside, ab occidente Ponto Euxino, claudi tradunt; Incolas fama est ab Aegyptijs genus trahere, refert enim Herodotus, quo tempore Sesostris Aegypti rex Asiam victricibus armis peragrauit, cum ad Phasidem substitisset, suorum plurimis ibi permisisse sedes figere. Quod & Valerius Flaccus v. Argonauticon tangit.

——— *Cunabula gentis*

Colchidos hic ortusque tuens, vt prima Sesostris

Intulerit rex bella Getis; vt, clade suorum

Territus, hos Thebas patriumque educat ad amnem:

Phasidos hos imponat agris, Colchosque vocari

Imperet. ———

E
Ideo

A Ideo etiam Dionysius Alexandrinus vocat illos *μετήλυδας Αιγύπτιοι*, colonos Aegyptiorum: Dicti autem fuerunt *ἀπὸ Κόλχης ἢ Φάσιδος*, à Colcho Phasidis filio, teste Eustathio ad Dionysium. postea vero & Lazij nominati, vt testantur Agathias & Isacius Tzetzes. Gens olim barbara, & sæua inhospitalitate infamis. siquidem solenne illis erat, hospitem cædibus Dianæ Tauricæ litare. præcipua eius rei caussa fuit oraculum regi Aëtæ datum, mortem illi instare, quando peregrini naue aduecti, aureum vellus, (quod Phryxus in æde Martis consecrarat) abstulissent. ille vt supra ingenitam crudelitatem, oraculo territus, peregrinos omnes statuit immolare, vt auctor est Diodorus lib. iv. posterioribus vero sæculis, Græcorum commercio feritas hæc immane quantum mitigata. nam auctor est Agathias, qui sub Iustiniano Imp. floruit, nullam se earum gentium, quæ sub alieno imperio viuunt, Colchis clariorem, aut feliciorem, subditorumque multitudine celebriorem nouisse, quæ & optimis moribus, & ingenij dexteritate egregie valebat, nec navigationis rudes, vt prisca Colchi, sed commercijs egregie deditos fuisse.

B Clarissimam aurem fuisse Colchidem olim, ostendunt Phryxi in illam infelix expeditio; & Iasonis felicior, & omnibus decantata nauigatio. qui primus cum Argonautis longa naue eo profectus, aureum vellus inde adspertauit. Abundabat enim Colchis auro, cuius desiderio Græci bellum regioni intulerunt. Strabo luculente lib. xi.

Παρὰ τέστις δὲ λέγεται, καὶ χρυσὸν κατὰφέρειν ὄντι χειμάρρῃς, ὑποδέχεσθαι δ' αὐτὸν τὰς βαρβάρους Φάτινας κατὰ περὶ μύθους, ἢ μαλλωτῆς δωρῆς, ἀφ' ἧ δὴ μεμυθεύεται, ἢ τὸ χρυσομαλλὸν ἄρας. Apud eos torrentes dicuntur aurum deferre, quod barbari perforatis tabulis, ac lanosis pellibus excipiunt, vnde aurati velleris fabula conficta est. Sed de Colchorum opulentia audiamus Plinium lib. xxxiii. cap. iiii. *Iam regnauerat in Colchis Salauces & Esubopes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti auri que eruisse dicitur in Samiorum gente (non Samnorum vt vulgati codices) & alioquin velleribus aureis inclyto regno. Sed & illius auræe camere, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, atque parastatæ, videto Sesoistre Aegypti rege tam superbo, vt prodatur annis quibusque sorte reges singulos è subiectis ad currum iungere solitus, sicque triumphare.*

D Inter Colchos vrbs fuit olim nobilissima Dioscurias dicta, in qua tantus concursus vicinarum nationum fuit, vt referat Plinius ex Timosthene, in eam ccc nationes, quæ dissimilibus linguis vterentur, descendere consueuisse, & postea à Romanis negotia ibi gesta cxxx interpretibus. Strabo vero hanc famam valde extenuat. Dicunt itaque nonnulli, qui res parum animaduertunt, septuaginta, nonnulli trecentas gentes Dioscuriada conuenire, atque omnes diuersarum linguarum, propterea quod sparsim, & impermixtè, ob asperitatem & intractabilitatem habitent. quorum plerique Sarmatæ sunt, atque omnes Caucasij.

I. Minerva est, casside armata, quam ramus oleæ coronat; colebatur enim in Colchide Minerva Asia, teste Pausania in Laconicis, in cuius memoriam refert à Castore & Polluce, post reditum suum ab expeditione Colchica, etiam templum Mineruæ Asiæ conditum fuisse in Laconica. Quis vero sit ille ΔΩΡΟΘΕΟΣ incertum est.

II. Apollo capite coronato laurea. nam Solem, qui & Apollo, peculiariter colebant Colchi, tanquam regij generis auctorem; refert enim Diodorus, Solem duos procreasse filios, Aëten scilicet & Persen, quorum ille Colchidos, hic Tauricæ regnum tenuit. Valerius Flaccus hac de causa dicit, Aëtem in templo Apollinis consueuisse ius dicere, lib. v. B

—— Phæbi genitoris ad aras

Ventum ait, huc adytis iam se de more parentis

Rex feret; hic proceres audit, populosque precantes

Alloquijs facilis præsens pater admonet æquis.

Nam quod vir doctus Lud. Carrio putat hoc loco auctorem respicere, ad Aram Apollinis Genitoris, quæ in Delo erat, de qua supra diximus, mihi nunquam persuadebit; quid enim Delus cum Colchide? sed inuit poeta Phæbum esse Aetæ patrem & genitorem. Sic & eodem libro:

Contra flammigeri proles Perseïa solis.

M A K P O K E Φ A Λ Ω N.

M A C R O C E P H A L I.

Hippocratis opinio de Macrocephalis.

INter Ponticas gentes annumerantur μακροκέφαλοι, quos Plinius Themiscyram regionem incolere refert. Philostratus lib. III. nusquam eos gentium exstitisse credit, & tanquam fabulosum nomen irridet. Sed gentem fuisse Schyticam, quæ à longis capitibus Macrocephali vocata fuit, vel ex Hippocrate liquet, vt cæteros scriptores præteream. ille enim libro de aere, aquis & locis, de his ita clare & distincte loquitur, vt nefas sit de illa re dubitare. Ac primum, inquit, omnium de Macrocephalis, quum nulla omnino alia gens sit, quæ similia capita habeat; ac principio quidem consuetudo in causa fuit, vt tam longis capitibus essent, nunc autem natura ipsa cum consuetudine conspirauit. Siquidem generosissimum apud eos putatur, caput habere quam maximè longum. Consuetudinis hoc fuit initium, quum recens infans natus est, caput eius, adhuc tenerum ac molle existens, quam celerrimè constringunt manibus, coguntque in longitudinem augeri, quin & vinculis connectunt, ac aptis instrumentis colligant, quo rotunditas capitis prohibeatur, ac longitudo augeatur, & consuetudo tantum effecit,

A effecit, vt eiusmodi capitum natura existeret. Temporis vero progressu, natura quoque tales produxit, vt non esset necesse priore consuetudine illa cogere. Haecenus Hipp. qui solus quod sciam, aliquid de hac natione rettulit.

I. Iupiter, & auersa parte taurinum caput oleæ corona circumdatur.

II. Neptunus cum simili taurino capite, in sacrificij forte memoriam.

B Κ Α Π Π Α Δ Ο Κ Ω Ν .

C A P P A D O C E S .

Cappadoces Λευκοσύροι Herodoto. Varie olim diuisi. Libertatem oblatam spernunt. Pessimis moribus praediti.

INter maximas Ponti prouincias Cappadocia olim numerata fuit, quæ ab oriente Armenia & Colchidi, ab occasu Galatiæ & Paphlagoniæ finitima erat, à meridie vero Ciliciam, à septentrione Pontum Euxinum vsque ad Halijs ostia respicit. Incolæ olim dicti ab Herodoto *Λευκοσύροι*, seu Albi Syri, ad discrimen eorum, qui ultra Taurum habitant, qui *Μελαισσύροι*, quod adusto colore essent. Cappadociæ autem nomen indidit amnis Cappadox, qui illam à Galatia determinat, Plinio teste. Sed Constantinus Porphyrogenneta, à Persis hoc nomen ex Polybij auctoritate inditum scribit, hac occasione. Cum Artaxerxi, aut Regum alteri cuidam, inter venandum leo occurrisset, eiusque is equum inuasisset, oblatus fortuito Persa quidam, stricto acinace regem de vita periclitantem liberauit, & leonem confecit. Hic itaque Persa quum altissimum totius regionis montem conscendisset, & circum iacentem regionem, quo vsque humana acies pertingere posset, circumspexisset, vniuersam eam à rege dono accepit. Varie olim diuisa fuit: primo enim in maiorem, & minorem: Maiorem quidem vocabant eam, quam à Casarea & Tauro ad Ponticum vsque mare terminat. Halijs fluuius ab occasu, & Melitene ab Oriente: Minor autem Cappadocia, finitima est Lycaoniæ, & Casaream vsque pertingit, extenditurque ad initium Buccellariorum, vltiora vero sunt Ciliciæ. Iustiniani vero tempore in tres partes diuisa fuit, pars mediterranea Charisianum vocabatur, à Charisio quodam illustri Præside, qui res egregias aduersus Persas gesserat: Inferior vero pars ad mare vergens, Armeniaca dicta, quod Armenijs regio sit vicina; superior Lycaoniæ & Tauro contermina; Minor

Cappa-

*Lib. I.
de Thematis.*

Cappadocia. Sed quo tempore sub regibus erat, Strabone teste in decem Præturas erat diuisa, quarum quinque Taurum versus censebantur, Melitina, Cataonia, Cilicia, Tyanensis, & Isauriensis: alia quinque Lauinasena, Sargasena, Sarauna, Chamauena, Rhimnena; postea addita à Romanis vndecima, regio scilicet Castablis, & Cydistræ vicina, Derbam vsque, ex Cilicia. Liber Notitiæ imperij orientalis, in primam, & secundam, Cappadociam distinguit.

Primum autem sub regibus fuit, qui se regio Persarum sanguine oriundos dicerent, vt videre est in Eclogis Diodori Siculi, apud Photium, quorum genus ad Alexandri magni ætatem durauit, quo defuncto, Ariarathem Cappadociæ regulum magno prælio Perdiccas superauit, & captum cum propinquis aliquot in crucem egit; atque Eumenem Cardianum regno illi præfecit. sed distinctis Macedonibus, per domesticas seditiones, filius Ariarathes, collectis hinc inde copijs, inopinato Macedones Cappadocia, interiectis aliquot annis, expulit, & auitum regnum posterius eius obtinuerunt, donec Romani superato Antiocho in Asiam traiecerunt, ac cum illis societatem iniuerunt. Extincta mox regia stirpe, cum P. R. permisisset Cappadocibus, vt liberi suis legibus degerent, libertatem aspernati sunt, quod illam ferre non possent, regem sibi dari petierunt. Romani admirati, aliquos esse ad seruitutem ita natos, vt libertatem recusarent, permiserunt, vt ex suis quem vellent sibi in regem eligerent; Ariobarzanem nominarunt, qui à Michridate sæpe pulsus, Romanorum iterum opera in regnum restitutus fuit; cuius stirps tertia ætate defecit, vt narrat Strabo, cui successit Archelaus, nulla affinitate illi coniunctus, sed Antonij opera, quod eius partibus fauisset, regnum consequutus; hic mox à Tiberio Romam blandis verbis euocatus, ibidem obiit, de quo Tacitus. *Rex Archelaus quinquagesimum annum Cappadocia potiebatur, inuisus Tiberio, quod cum Rhodi agentem nullo officio coluisset, nec id Archelaus per superbiam omiserat, sed ab intimis Augusti monitus, quia florente C. Cesare, missoque ad res Orientis, intuta Tiberij amicitia credebatur. vt versa Cesarum sobole, imperium adeptus est, elicit Archelaum matris litteris, quæ, non dissimulatis filij offensionibus, clementiam offerebant, si ad precandum veniret; ille ignarus doli, vel, si intelligere crederetur, vim metuens, in urbem properat, exceptusque ab immiti principe, & mox accusatus in senatu, non ob crimina, quæ fingebantur, sed angore, simul fessus senio, & quia regibus, equa, nedum infima, insolita sunt, finem vite sponte, an fato impleuit. Regnum in prouinciam redactum.* Missus postea in Orientem Germanicus, Q. Veranium legatum illis præposuit. Fallitur autem Appianus in Mithridatico, quod dicat Augustum, in prouinciæ formam Cappadociam redegisse, vt bene monuit Belgij nostri decus Iustus Lipsius.

Fuere autem Cappadoces olim ob morum improbitatem famosi adeo, vt prouerbio locum dederint. *τῆρα κάππα κάκιστα.* Cappadoces scilicet,

A scilicet, Cilices, & Cretenses. Alludit ad hoc etiam verus epigramma à Constantino Porphyrogenneta adductum:

Καππαδοκίω ποτ' ἔχιδνα κακὴ δάκεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
κάθηκε γδοσιμῆ ἄματ' ἰοβόλῃ.

*Vipera Cappodocis gustato sanguine, vicit
Me miseram, dixit, virus, & interijt.*

Eadem etiam regio ante alias altrix equorum nobilium, vnde Claudianus lib. II. in Rufinum:

—— *Iam pascua fumant*

B *Cappodocum, volucrumq; parens Argæus equorum.*

Viros etiam doctrina & pietate illustres orbi dedit, nam præter Strabonem geographum doctissimum, dedit etiam D. Gregorium Thaumaturgum Neocæsariensis episcopum: Basilium item Magnum, & Gregorium Nazianzenum, orientalis ecclesiæ lumina.

I. Θ Ε Α Ρ Ω Μ Η, *Dea Roma*, mulier est turrato capite, quamvis ab imperita manu non bene expressa turris, vt in II nummo, in Romanæ vrbis honorem. siquidem passim erat apud socios, vel amicos, in maximo honore, *Terrarum dea gentiumque Roma*. Aversa parte mulier cum inscriptione Ι Ε Ρ Α Σ Υ Ν Κ Λ Η Τ Ο Σ deprauate scriptum. Cum

C legendum sit σύγκλητ', *Sacer senatus*, in honorem senatus Romani, qui beneficio forte non vulgari Cappadoces affecerat. vnde suspicari licet, nummum hunc fuisse signatum, priusquam Cæsares summa rerum potirentur. nam illis florentibus senatus nomen speciosum quidem, sed re inualidum. Inuenio tamen ab Asiæ ciuitatibus senatui templum positum sub Tiberio. Tacitus lib. IV. Annalium. *Ob quam vltionem, & quia priore anno in C. Silanum vindicatum erat, decreuere Asiæ vrbes, templum Tiberio, matrique eius, ac senatui. Et permissum statuere.*

D X Υ Λ Ι Ν Α Ι Ω Ν.

C H Y L I N Æ I.

NVsqum hætenus Chylinæorum nomen mihi occurrit, sed vicinam illi, nempe Celænas. Appianus enim Alexandrinus Antiochum Magnum, prælio victum à Romanis, primo Sardeis venisse, mox Celænas, quam Apameam vocant. Plutarchus vero in Eumene recenset Celænos, quos iuxta Phrygiam collocat. Plinius vero in ipsa Phrygia, quæ ab Oriente Cappadociam attingit. Xenophon lib. I. περὶ ἀναβάσεως, dicit Xerxem fugientem ex Græcia, in hac vrbe regiam & arcem exstruxisse. In ipsa regia ingens erat hortus, in quo multæ feræ inclusæ erant; medium vero hortum Mæander, scriptoribus celebratus amnis, perlabitur; & Marfyæ amnis fontes sub arce erant, vbi Apollo dicitur Marfyam victum corio exuisse.

Nummus hic vel urbem ipsam designat, vel Phasianam deam, A quæ circa Phasim amnem eodem cultu spectabatur, ac Cybele aut Rhea. Arrianus in Periplo Ponti Euxini, *Intrantibus Phasim à sinistris, Phasiana dea apparet, quam ex eius specie atque forma Rheam esse conijcere licet.*

T P A Π E Z Ω N T I Ω N.

T R A P E Z V S.

Creuit capta à Latinis Constantinopoli. A Turcis opprimitur. Mellis natura miranda.

Circa Pontum Euxinum sita erat Trapezus, illustris olim vrbs, & Sinopensium colonia, quam Ptolemæus Cappadociæ attribuit: olim etiam teste Stephano οἰζωῖς, *Oesenis* dicta. Quonam tempore hæc fundata fuit incertum: nam Xenophontis tempore vrbs egregia, Plinius liberam, & vasto monte clausam memorat; sed sub Constantinopolitanis Imperatoribus, ad maximum claritatis incrementum peruenit, præsertim posterioribus; capta enim à Latinis vrbe, C eius ruinis mirum in modum creuit; adeo vt Trapezuntino imperio sedem nomenque dederit. Nonnulli enim ex prima nobilitate profugi, Trapezuntem, tanquam ad asylum, & tutissimum receptum, deuenerunt; inter quos Alexius quidam Comnenus, propinquus Andronici Palæologi senioris, primus Imperatoris nomen assumpsit; cuius ex filio nepos Ioannes, cognomento Lazu, teste Nicephoro Gregora, iureiurando ab imperatore Constantinopolitano Michaele Palæologo accepto, Constantinopolim profectus, Eudociam eius filiam in vxorem duxit, vt Asiaticum regnum rursus cum Europæo per affinitates coniungeret. Huic duo ex Eudocia liberi, D maior natu Alexius patri successit, mater Eudocia cum iuniore, spe regni Europæi, Constantinopolim redijt. Alexio defuncto successit Basilius, qui non sine veneni suspitione extinctus est. huic successit tertius Alexius Comnenus; qui, vt auctor est Laconicus Chalcondylas, Ioanni Constantinopolitano imperatori filiam suam collocauit. Gemini illi liberi, Ioannes & Dauid; ille regnandi libidine impulsus, patri bellum infert; & per sceleris sui conscios illum eximproviso adortus, noctu interfecit, & regnum occupauit: quo imperante maximis cladibus Trapezuntij afflicti fuerunt, vt cuius palam fieret, displicuisse summo numini parricidam hunc regnare. nam & à Tur- E cis repentina expeditione oppressi, annum tributum coacti fuerunt Mahometi soluere. Mortuo vero Ioanne parricida, & relicto puero teneræ admodum ætatis, frater eius Dauid Despota, regno per

A per omne nefas potitus, interfecto prius nepote quadrimulo. Sed breue eius, & infaustum, fuit imperium. nam paulo post Mahumetes, Turcarum imperator, grauissima obsidione Trapezuntem affixit. Daud à Pio II. Pont. Max. per legatos auxilium contra communes Christiani nominis hostes petijt, sed frustra. quare omni ope destitutus, Mahometi urbem permisit, ipse cum coniuge & filijs Constantinopolim perductus, in carcere contra datam fidem occiditur, atque ita Trapezuntini imperij finis fuit, circa annum Domini MCCCXLIX. Hac vrbe oriundus fuit nobilis ille philosophus, Gregorius Trapezuntinus, **B** omni doctrinarum genere excultus, cui hoc mirum in extrema senectute accidit, vt omnium litterarum obliuione laborauerit. Hinc etiam ortus Bessarion, qui ex monacho ordinis diui Basilij, ob insignem ingenij præstantiam, & doctrinæ varietatem, ab Eugenio III. in Cardinalium collegium adoptatus fuit.

Mirandum est, quod ab Aristotele, libello De Mirandis Auditionibus, narratur, circa hanc urbem mel quoddam odore graui ex buxo defluere; cuius ea vis & natura esset, vt eos, qui sana sunt mente, insanos reddat, contra vero mente motos sanitati restituat.

C Nummus vterque Apollinem referunt, radiato capite. is enim præcipuè tota Cappadocia colebatur. Ab auersa parte anchora, & in altero nummo prora nauis, quæ indicant, urbem rei naualis studiosam fuisse.

K Y T O P I Ω N.

C Y T O R V M.

D Cytorum nonnulli Colchidi, alij Paphlagoniæ adscribunt. Vrbs fuit olim non spernenda, siquidem Sinopensium non incelebre fuit emporium. Dicta ita à Cytoro, Phryxi filio, vt Pomponio Melæ, & Ephoro apud Strabonem placet; ex cuius postea ruinis Pharnacia, nobilis vrbs, excitata fuit. Circa hanc urbem plurima & optima buxus nascebatur. Virgilius II Georgicorum:

Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum.

Mons erat etiam, Cytorus nomine; de quo Catullus,

—— nam Cytorio in iugo

Loquente sæpe sibilum edidit coma

Amastri Pontica & Cytore buxifer.

Apollinis etiam hæc sunt insignia Gryphus & Tripus.

E

Μ Ε Γ Α Λ Ο Υ Σ Ο Υ .

M E G A L V S V S .

Obscuri nominis oppidum hoc fuisse suspicor, cum nusquam eius memoria apud scriptorem aliquem classicum exstet. Spectatur in nomismate Apollo sedens cum lyra.

Β Α Γ Η Δ Α Ο Ν Ι Ω Ν .

B A G E D A O N I A .

Bagedaonia, siue vt Stephano placet βαγαδαονία, siue vt Suidæ βαγαδωνία, vel vt Straboni βαγαδονία, Cappadociae pars austro obuersa, inter Argæum campum & Taurum montem. Sterilis plerumque, & raro frugiferarum arborum patiens tellus.

I. Mulier pube tenens nuda, sinistra clypeum gestat, turrito capite. Auersa parte muliebris species cum inscriptione ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ legendum vt supra, r loco N, *sacer senatus*.

II. Mulier turrito capite. & spicis ornato. Miror annonæ abundantiam hic denotari, cum Strabo sterilem regionem esse dicat. Lyra vero Apollinem hic etiam cultum ostendit.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥΣ ΕΥΣΕΠΙΟΥ.

R E X A R I A R A T H E S V N E R A B I L I S .

Series Regum Cappadociae. Ariarathes varij.

Complures Ariarathes Cappadocum reges passim nominantur, ita vt difficillimum sit velle inquirere, ad quem nomisma hoc spectat. Genus autem ducere à regio Persarum stemmate supra diximus. sed seriem illorū licet, valde implexam, conabor ex Diodori Eclogis breuiter explicare. Interfecto à Perdicca Ariarathe, Cappadocum rege, & in locum eius substituto Eumene Cardiano, filius Ariarathes, omissa in præsens spe regni, paucis comitatus in Armeniã secedit: nec multo post distractos in mutuam perniciem Macedonum duces, acceptis copijs ab Ardoato Armeniorum rege, inuadit, & auitum regnum recuperat. is affinitatem cum Antiocho, quem θεὸν nominabant, contracta, filiam huius Stratonice Ariarathæ ex filijs natu maiori vxorem dedit, & quia liberorū erat amantiſſimus, diadema nato imposuit. Patre autem defuncto solus regnavit; qui postea relicto vnico filio, admodum puero, etiam

Ariara-

A Ariarathæ obiit: filius matura iam ætate, Antiochi magni filiam Antiochidem, astutia excellentem, in matrimonium accepit: hæc, cum liberis diu caruisset, marito inscio, duos sibi pueros supposuit, Ariarethem & Holophernem. Sed aliquanto post præter spem duas filias & vnicum filium Mithridatem cum peperisset, de supposititijs virum certiore fecit. Maiorem natu Romam misit, iuniorem vero in Ioniam relegauit, ne legitimo hæredi controuersias de regno, aut turbas mouerent. Filium vero postea etiam Ariarethem nominauit, & disciplinis Græcis imbuit: qui cum genitorem miro amore prosequeretur;

B pater, vt amoris vices compensaret, imperium illi cedere statuit, quod filius non est passus. Sed æquissimo animo parentis fatum exspectauit, cui in regnum succedens, cum philosophiæ studijs animum applicaret, breui tempore Cappadociam viris eruditis, qui ad regis famam eo confluebant repleuit. Hic etiam amicitia & societatis fœdus cum P. R. egregie seruauit. Bello vero, quod contra Aristonicum Romani gessere, vt auctor est Iustinus, in acie cecidit. cuius filijs in paternæ virtutis memoriam Lycaoniam & Ciliciam dederunt; huic sex filij, quorum quinque à matre Laodice per summum scelus interfecti. Sextus Ariarathes nomine ab amicis seruatus, regno mox potitus; sed à Mithridate Pontico per Gordium quendam sublatus, cuius etiam filios tollere curauit, vt tandem Cappadocia solus potiretur, sed præuentus à Nicomede Bithyniæ rege, qui illam occupauerat, animum ad dolos conuertit, pietatis enim simulatione, auxilia sorori ad pellendum Nicomedem mittit, sed illa iam se Nicomedi in matrimonium tradiderat. quod ægre ferens, præsidia Nicomedis Cappadocia expellit, regnumque sororis filio legitimo hæredi restituit. Egregium prorsus factum, nisi subsequuta fuisset fraus. Siquidem interiectis diebus simulat se Gordium (quo ministro vsus fuerat in Ariarathe interficiendo) restituere in patriam velle, sperans, si obsisteret adolescens, causas belli

D futuras; aut, si permitteret, per eundem tolli posse filium, per quem interfecerat patrem. quod vbi Ariarathes iunior moliri cognouit, indigne ferens interfectorem patris, per auunculum potissimum ab exilio reuocari, ingentem exercitum contrahit: Igitur cum in aciem eduxisset Mithridates peditum octoginta millia, equitum decem millia, currus falcatos d. c. nec Ariarathi, auxiliantibus finitimis regibus, minores copiarum essent, incerta belli metuens, consilia ad insidias transfert, sollicitatoque iuvene ad colloquium, cum ferrum occultatum inter fascias gereret, scrutatori ab Ariarathe regio more misso, curiosius imum ventrem pertractanti, ait, caueret ne aliud telum inueniret, quam quæreret;

E atque ita risu cælatis insidijs, euocatum ab amicis, velut in secretum sermonem, inspectante utroque exercitu interfecit: regnumque Cappadociæ octo annorum filio, imposito Ariarathis nomine, additoque ei rectore Gordio, tradidit. sed Cappadoces, crudelitate & li-

bidine rectorum vexati, à Mithridate deficiunt, fratremque regis, & A ipsum Ariarathem, ex Asia, vbi educabatur, reuocant. cum quo Mithridates in aciem descendit, victumque regno Cappadociæ expulit. nec multo post adolescens, ex mœrore contracto morbo, decedit. Post cuius mortem Nicomedes timens, ne Mithridates accessione Cappadociæ etiam Bithyniam finitimam inuaderet, subornat puerum eximiae pulchritudinis, quasi Ariarathes tres, non duos filios genuisset, qui à senatu Romano regnum peteret. vxorem quoque Laodicen Romam mittit, qui senatui affereret; puerum, cui Cappadociæ regnum tradiderat, ex eo Ariarathe genitum, qui bello Aristonici auxilia Romanis ferens cecidisset. sed senatus, studia Regum intelligens, aliena regna falsis nominibus dare noluit; sed Cappadoces libertati donauit. quam cum illi nescirent amplecti, Ariobarzanem regem elegerunt, vt supra dictum.

Caput regis Ariarathis cum diademate ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥΣ ΕΥΣΕΒΟΥΣ. Regis Ariarathis Pij. Ita enim legendum, nam sculptoris incuria, vltima syllaba corrupta est. Videtur fuisse hic frater Ariobarzanis φιλορωμαίς, vt ex epist. lib. xv. Ciceronis ad senatum patere potest. *In his amantissimum sui, & summa pietate præditum fratrem, dicere ea, quæ is audiente me quoque dicebat, sollicitatum se, vt regnare vellet.* C Hunc supra Ariarathem vocauit.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ
ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ.

REX ARIOBARZANES PHILO-
ROMANVS.

EXtineta regia Ariarathum stirpe, cum oblatam à P. R. libertatem Cappadoces respuissent, quod sine rege nollent viuere. Rex illis à senatu Ariobarzanes constituitur. qui à Tigraue, Armeniæ rege, impulsu Mithridatis, regno pellitur: qui, cum tam potenti hosti resistere se posse desperaret, sublatis rebus suis, Romam tendit; quo tempore etiam Nicomedis filius ab eodem Mithridate pulsus, Romam venerat supplex, vt in auitum regnum restitueretur. Senatus vtrumque in regnum reducendum censuit. itaque legati in Phrygiam missi, quorum princeps M. Aquilius, vir consularis, ope L. Cassij, Asiæ Prætoris, in Cappadociæ regnum Ariobarzanem restituit. Mox suafu M. Aquilij cum populando Mithridatis fines deuastasset, iterum à Mithridate regno est exutus. Sed, firmata pace inter Syllam & Mithridatem, in regnum redijt. Huius stirps tertia generatione, Strabone teste, extineta fuit.

Nummus

A Nummis adscriptum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΗΣ ΦΙΛΟΡΩ-
ΜΑΙΟΥ, *regis Ariobarzani Romanorum amici*. Nomen sibi hoc indi-
dit, vt publicè testaretur, Romani nominis insignem se cultorem esse.
perpetuo enim illos coluit, & iure; nam ab illis regio titulo est orna-
tus, & sæpius in regnum reductus. De hoc videtur Cicero loqui, Pro
lege Manilia. *Regno expulsus est Ariobarzanes, socius populi Romani, &*
amicus.

Prioris nummi auersa pars, Palladem armatam habet cum victorio-
la, in secundo vero videtur esse Roma sedens, vt in aliquibus Neronis
B nummis videre est, etiamsi galea non bene expressa sit.

Γ Α Λ Λ Α Τ Ι Α Σ.

G A L L A T I A.

*Tres eius præcipuè gentes. Mox Gallogræcia dicta. Quo
tempore in Asiam traiecerunt. Illis stipendiaria
Asia. Attalus illos primus superauit.
Buccellarij cur Gala-
ta dicti.*

Gallatia, quæ & Gallogræcia dicta, à Gallis quondam occupata
nomen traxit. Prouincia est in Asia, quæ ab ortu Cappadociam
respicit, ab occasu Sangarim fluuium, & Bithyniam: à meridie Pam-
phyliam, à septentrione Pontum habet. Incolebant autem tres præ-
cipuè gentes, Trocmi, Tolistobogi, à ducibus, Strabone teste, ita no-
Dminatæ; tertia, à gente, quæ in Celtica est, Tectosages; Liuius vero
non à ducibus, sed à gentibus tribus, nomina illis indita dicit. Sed
maiori cura Gallatia à Plinio describitur. *Dicendum nunc de Galla-*
ta, quæ agros maiori ex parte Phrygiæ tenet, caputque quondam eius Gor-
diam. Qui partem eam insedere Gallorum, Tolistobogi, & Voturi, & Ambi-
tui vocantur; qui Mæoniæ, & Paphlagoniæ regionem, Trocmi. Præteditur
Cappadocia à septentrione, & solis ortu, cuius uberrimam partem occupaue-
re Tectosages, ac Teutobodiaci. Et gentes quidem hæc vero ac Tetrarchiæ om-
nes numero cxcv. Dicta autem Gallogræcia, quod Græcis mixti
Galli regionem occuparunt. Iustinus. Itaque in auxilium à Bithyniæ
E*rege euocati, regnum cum eo parta victoria diuiserunt, eamque regionem*
Gallogræciam cognominarunt. Quo tempore vero in Asiam venerunt, &
quas ibi prouincias occuparunt, lubet ex Liuiio audire. Galli magna homi-
num vis, seu inopia agri, seu prædæ spe, nullam gentem, per quas ituri essent,

parem armis rati Brenno duce in Dardanos peruenerunt. ibi seditio orta, & ad A
 xx millia hominum, cum Lomnorio, ac Lutario regulis secessione facta, à Bren-
 no in Thraciam iter auerterunt, ubi cum resistentibus pugnando, pacem peten-
 tibus stipendium imponendo, Byzantium cum peruenissent; aliquamdiu oram
 Propontidis uectigalem habendo, regionis eius vrbes obtinuerunt. Cupido inde
 eos in Asiam transeundi, audientes ex propinquo quanta uertitas terræ eius esset,
 cepit, & Lysimachia fraude capta, Chersonesoque omni armis possessa, ad Hel-
 lespontum descenderunt. Ibi vero exiguo diuisis freto, cernentibus Asiam, multo
 magis animi ad transeundum accensi, nunciosque ad Antipatrum, præfectum eius
 oræ, de transitu mittebant. quæ res cum lentius spe ipsorum traheretur, alia rur- B
 sus noua inter Regulos orta seditio est. Lomnorius retro, unde uenerat, cum
 maiore hominum parte repetit Byzantium. Lutarius Macedonibus, per spe-
 ciem legationis ab Antipatro ad speculandum missis, duas tectas naues, & tres
 lembos, adimit; his alios atque alios dies noctesque transuehendos, intra paucos
 dies omnes copias traiecit. Haud ita multo post Lomnorius, adiuuante Nico-
 mede Bithyniæ rege, à Byzantio transmisit. Coeunt deinde in unum Galli, &
 auxilia Nicomedi dant, aduersus Zybæam, partem tenentem Bithyniæ, geren-
 tem bellum, atque eorum maxime opera deuictus Zybæa est, Bithyniaque omnis
 in ditionem Nicomedis concessit. Profecti ex Bithynia in Asiam processerunt, non
 plus ex xx millibus hominum, quam decem armata erant: tamen tantum terro- C
 ris omnibus quæ cis Taurum incolunt gentibus iniecerunt, ut quas adissent,
 quasque non adissent, pariter ultimæ propinquis, imperio parerent. Postremo cum
 tres essent gentes Tolistobogi, Trocmi, Teetosagi: in tres partes qua cuique popu-
 lorum suorum uectigalis Asia esset, diuiserunt. Trocmis Helleponti ora data;
 Tolistobogi Aeolida, atque Ioniam: Teetosagi mediterranea Asiæ sortiti sunt.
 Et stipendia tota cis Taurum Asia exigebant; sedem autem ipsi sibi circa Ha-
 lym flumen ceperunt. tantæque terror eorum nominis erat, multitudine etiam
 magna sobole aucta, ut Syriæ quoque ad postremum reges stipendium dare non
 abnuerent. Primus Asiam incolentium abnuuit Attalus, pater regis Eumenis;
 audacique incepto præter omnium opinionem adsuit fortuna; & signis collatis D
 superior fuit. non tamen ita infregit animos eorum, ut absterent imperio.

Deuicto Antiocho, quod inter eius auxilia fuissent Galatæ, à Cn.
 Manlio deuicti fuerunt. Nam, licet Olympum montem altissimum, in-
 uiasque rupes, occupassent, fundis sagittisque deturbati fuere, & in fi-
 dem accepti. Sextus Rufus. Gallogræciam, id est, Gallatiam, quod An-
 tiocho contra Romanos auxilium præbuissent, inuasimus. Cn. Manlius Procon-
 sul Gallatas prosequutus est, & confugientes partim in Ancyræ, de arduis eos
 in plana detrusit, & victos in perpetuam fidem redegit. Postea Gallatiam Deio-
 tarus Tetrarches, nobis permittentibus tenuit, ad extremum sub Octauiano
 Cesare Gallatia in formam prouinciæ redacta est. eam primus M. Lollius Pau- E
 linus administravit.

Diuisa autem fuit primo Gallatia, in quatuor partes, quas Tetrar-
 chias vocabant, ut auctor est Strabo, postea ad tres duces tota reipub.
 admini-

A administratio delata; mox ad duos, postremo tota gentis potentia ad vnum Deiotarum delata, cui successit Amyntas; Tiberij vero tempore in formam prouinciæ redacta est; Theodosius vero Imperator duas fecit Gallatias, primam scilicet, & secundam salutarem. Vocati etiam sunt Gallatæ Buccellarij. Suidas Βυκελλάρμοι οἱ Ἐλληνογαλάται ἰνομαζόνται, καὶ ἡ τῶν Βυκελλάρμων χώρα Γαλογραυκία. Buccellarij qui Græcogallatæ dicuntur, & Buccellariorum regio Gallogræcia dicta. Constantinus vero Porphyrogenneta etiam asserit, Gallatas dictos Buccellarios; nomen vero hoc illis inditum, non à loco, aut gente aliqua, sed quod militum affectu essent, & commeatum eis veherent: Βυκελλάρμος γὰρ κατὰ Ῥωμαίων Διέλειον, ὁ Φύλαξ ἔ' ἄρτε καλεῖται. Βύκελλος γὰρ τὸ κρηκελοειδὲς ψωμίον καλεῖται. κελλάρμος δὲ ὁ φύλαξ ἔ' ἄρτε, Buccellarius enim vocatur cibarium circumlarem figuram præ se ferens, cellarius autem custos panis.

I. Alexander Magnus, aut Cassander videtur esse. Aversa vero parte Herculis arma, in honorem Macedonum Regum, qui genus ab Hercule ducebant, quod nemini dubium. spicæ vero regionis vbertatem denotant.

A M I Σ Ο Σ.

C

A M I S V S.

Milesiorum & Atheniensium colonia. A Lucullo libertate donata. A Mithridate exornata. Aegides ab Afris mutuati Græci. Bassares.

Inter Ponticas vrbes nulli celebritate post ponenda est Amisus, quæ Pomponio Melæ inter Chalybes, à Ptolemæo inter Paphlagonas, ab alijs inter Cappadoces collocatur. Hanc primo à Milesijs habitam tradit Theopompus apud Strabonem; postea incoluerunt & Cappadoces: demum ab Athenocle & Atheniensibus etiam, colonis eo missis, habitata fuit, à quibus & Piræa nominata. Appianus in Mithridatico refert, hic imperium penes populum fuisse, etiam cum Persarum regibus pareret. Mandato etiam Alexandri Magni pristinae libertati restitutam fuisse, Ponticis vero regibus coactam seruire. quare L. Lucullus, cum post molestantem obsidionem ciuitatem occupasset, Alexandri erga Atticos fauorem æmulatus, liberam esse iussit. vnde Plinius vocat Amisum liberam urbem, quod & Hadriani numerus testatur, ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ.

Plutarchus in vita Luculli refert, Amisum per Luculli præfectos diu obsessam fuisse, eludente Callimacho præfecto omnes illorum conatus: tandem, aduentante Lucullo, cum repente muri partem Romanus occupasset,

occupasset, Callimachus pluribus in locis urbem incendit, ut tutius A
 posset fugere. Lucullus, nobilissimæ urbis excidium miseratus, omnem
 operam impendit, ut ignem posset extinguere. sed, cum lente id fieret,
 diuina forte superueniens effusissimus imber, incendium extinxit. Et
 Lucullus præsens plurima igne deformata restituit; profugos vero Ami-
 senos patriæ restituit, & regionem centum viginti stadiorum urbi ad-
 iecit, eos vero qui incendio superfuerant, non modo pulchra veste,
 sed etiam ducentis drachmis donauit. Mithridates illam tanquam al-
 teram regiam templis ædificijsque egregie exornauit, & muros firma-
 uit. Flagrante vero ciuili bello inter Cæsarem & Pompeium, à Phar- B
 nace, Mithridatis filio, post diurnam obsidionem expugnata, & cru-
 delem in modum direpta fuit. sed debellato Pharnace, Cæsar misera-
 tus Amisenorum calamitatis, libertatem illis iterum restituit. Postea à
 Stratone tyranno grauius vexata, sed post Actiacam victoriam, ab
 Augusto Cæsare liberata, & Strabonis æuo optimis legibus constituta
 fuit. Clari hinc etiam viri prodierunt, in Mathematicis quidem disci-
 plinis Demetrius Rhatheni, & Dionysiodorus eodem nomine quo Hi-
 cenes geometra. Fuit etiam Tyrannion Grammaticus celebris, quem
 Strabo se audiuisse memorat, qui in patriæ expugnatione à Lucullo
 captus, & Murenæ dono datus fuit. Murena vero illum protinus li- C
 bertate donauit.

I. II. Viri caput, inusitata galeæ specie ornatum. & ab altera, Pe-
 gasus.

III. Nescio quod muliebri caput, diademate quasi cinctum, & A-
 pollinis tripus ab altera parte.

IV. Minerua est, galea recta. ab auersa parte, pharetræ videtur spe-
 cies cum loris, ut ab humeris dependeat.

V. VI. Ægis Mineruæ, in qua Gorgonis caput, serpentibus cin-
 ctum. De qua Seruius ad VII Aeneidos. *Ægis proprie est munimentum*
pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput. quod munimentum, si in pecto- D
re numinis fuerit, Ægis; si in pectore hominis, sicut in antiquis Imperatorum
statuis videmus, Lorica dicitur. Ab Afris autem inuentas Aegidas, & ad
Græcos translatas fuisse, docet Herodotus in Melpomene. Ab Afris
Græci vestem & ægidas simulachrorum Mineruæ mutuati sunt; præterquam
quod apud Afros pellicea vestis est, & pendentes ex eius ægidibus fimbriæ
non sunt serpentes, sed ex loris factæ. Cætera vero omnia ad idem exemplar ef-
fecta sunt, nomine quoque ipso testificante, Venisse ex Africa Palladiorum sto-
lam, quippe Afræ mulieres super vestem amictuntur nudis pellibus caprimis, fim-
bricatis, ac rubrica delibatis, à quibus ægeis, id est, caprimis pellibus, ægidas
denominauerunt Græci. Ab auersa nomismatis parte, victoria est alata, cum E
 palmæ ramo.

VII. Bacchus est cum hederacea corona, intercurrentibus vuæ bo-
 tris. & auersa parte, cistula cum pelle nebridis. De cistis in Bacchi sacris
 supra dictum.

VIII. Mu-

A VIII. Mulier est nebridis aut tygridis pelle induta, quod ex antiquo bacchantium ritu factum. Tacitus Annalium XI. *Fæminæ pellibus accinctæ assultabant, ut sacrificantes, vel insanientes Bacchæ.* Ritum hunc exacte depingit Nonnus Panopolita Dionysiacoꝝ XIV.

Ἄλλη περιλόντων ὀπί σέρνοιο καλύπτρων
 Παρδαλίω, ἐτέρη δὲ κατὰ χροὸς οἷα χιτῶνά.
 Σικκὰ Φιλοσκοπέλων ἐνεδύσατο δέρματα νεβρῶν.

*Alia Varium humerum in pectore habens tegumentum
 Pantherarum, alia vero supra corpus tanquam tunicam
 Varias scopulos amantium induit pelles hinnulorum.*

B Nonnunquam etiam vulpium pelles induebant, quas Thraces Bassares dicunt, unde & bacchantes Bassarides, ut auctor est Scholiastes vetus Persij Satyra I. Hesychius βασσαρῆς, ἀλώπηξ. *Bassaris vulpes.*

Σ Ι Ν Ο Π Ε Ω Ν.

S I N O P E.

C *Sinope Asopi filia. Antolycus heros. Regia Mithridatis.
 A Lucullo capta, & servata. Colonia Romanorum.
 Sinopites Iupiter. Idem cum
 Serapi.*

PONTICARUM VRBIUM longe clarissima Sinope, quæ ab Amiso non-gentis stadijs, Strabone teste, distabat. Dicta ita à Sinope, Asopi filia, quam Thermodoon amnis errabundam suis in ripis excepit. Dionysius Alexand.

Ὅς ποτ' ἀλωομένην Ἀσωπίδα δέκτο Σινώπιον,
 Καί μιν ἀκηχεμένην σφετέρη παρενάσαστο χάρη.
 Ζηνὸς ἐφημοσυνήσιν. ὁ γὰρ Φιλότιτος ἑρανήης
 Ἰχθυῶν, πάτερης ἀπενόσφισεν ὄνι ἐθέλχων,
 Ἐκ τῆς ἕξ πολίεθρον ἐπώνυμον ἄνδρες ἔχασιν.

*Hic (Thermodoon) profugam excepit miserans Asopida quondam,
 Atque sua mæstam passus considerare ripa,
 Imperio Iouis, insano qui captus amore
 Virginis, inuitam patrijs abduxit ab oris.
 Cuius & vrbs istic colitur de nomine dicta.*

Idem etiam etymon prodit Apollonius Rhodius in Argonauticis, à quo non multum abludit Valerius Flaccus:

E *Affyrios complexa sinus stat opima Sinope,
 Nympha prius, blandosque Jouis quæ luserat ignes,
 Cælicolis immota procis, deceptus amatæ
 Fraude deæ, nec solus Halys, nec solus Apollo:*

Eusebius

Eusebius refert, conditam fuisse Sinopem circa Olympiadem xxxvii. A
 siue circa tempora Anci Martij. Eustathius ad Dionysium Alexandri-
 num, dicit *κτίσμα κτ' τινὰς Κελετίς, ἀνδρῶς Κώος, coloniam secundum quosdam Critij,*
virii Cui. Stephanus vero ex Phlegonte *Μακεδόνιον* hunc Coum vocat.
 ita ut alterubi mendum in nomine conditoris sit.

Incolæ vero credebant vrbs conditorem Antolycum fuisse, quem
 vt Deum venerabantur; quem Strabo vnum ex Iasonis socijs fuisse
 narrat; Plutarchus vero in vita Luculli, dicit hunc Antolycum Deu-
 machi filium fuisse, qui in expeditione contra Amazones, cum Her-
 cule commilitauerat, & cum Demoleonte, & Phlogio inde profectus, B
 & circa Cherronesum amissa naue, cum socijs Sinopem occupasse, ex-
 pulsus Syris, qui originem ducebant à Syro, Apollinis & Sinopes Afo-
 pidis filia. Appianus addit, Antolyco defuncto relligiosum ibi fuisse
 oraculum. Sita autem erat Sinope in peninsulæ faucibus, & ex vtra-
 que Isthmi parte portum habet, cuius loci opportunitate inuitati Mi-
 lesij, cum in hæc loca delati essent, accolas eiecerunt, & coloniam suo-
 rum deduxerunt. Mari vero adeo potens fuit, vt vniuerso pelago, quod
 inter Cyaneas insulas est, imperauit. Coloniae etiam illustres ab hac
 vrbe deductæ, Trapezus, Cotyorum, & Cerasus, quæ postea Phar-
 nacia dicta. C

Suis primum legibus vsa, mox à Pharnace occupata, sub Ponticis
 regibus fuit, qui regiam in illa fixerunt, in qua etiam natus Mithrida-
 tes Eupator, qui varijs illam ornamentis, tanquam regni metropolim,
 illustrauit. nam & gymnasium, & forum, & porticus egregios habe-
 bat. Hæc postea à Lucullo obsessa, quum Cilices præsidarij, despera-
 ta illius defensione, multis ciuium crudeliter necatis, intempesta nocte
 incensa vrbe profugerunt. Lucullus urbem ingressus, incendium ex-
 stinxit, residuos vero Cilices interfecit, ciues vero suis penatibus resti-
 tuit. Postea vero & Romani coloniam eo miserunt, vnde à Plinio
 colonia Sinopæ nuncupatur. quæ cum salubris aquæ penuria labora- D
 ret, Traianus Imp. permisit illam à sexto decimo milliario in urbem
 duci, vt videre est apud Plinium nepotem lib. x. Epist. Sub finem vero
 imperij Constant. proprios reges habuit, quorum vltimus fuit Ismael,
 qui Mahumeti Turcorum Imp. certis quibusdam pactis urbem tradi-
 dit, licet omni apparatu bellico egregie instructa esset, vel ad trahen-
 dam diuturnam obsidionem, vt auctor est Laonicus Chalcondylas.

Viros autem celebres etiam edidit Sinope, inter quos nobilis phi-
 losophus Diogenes Cynicus, quem magnus ille Alexander adeo mi-
 raturus fuit, vt Diogenes optaret esse, nisi Alexander fuisset. Edidit etiam
 Diphilum comicum, & Timotheum Patrionem. E

Nomisma Iouem refert ab vna parte, & aquilam cum fulmine ab
 altera; fuit enim olim Sinopites Iupiter cultus, vel in ipsa Aegypto.
 Docet hoc Dionysius Alexandrinus, vbi de Alexandria agit:

A Ἐνθα Σινωπίτιο Διὸς μεγάλοιο μέλαθρον
 Χρυσῶ πηρήεντι κεκασμένον, ὅσα ἂν ἐκείνης
 Νηὸν εἴη ἀνθρώποισι θεώτερον ἄλλον ἴδοιο.
*Hic vero ornatu fulgens aurique superba
 Luce Sinopitæ templum Jouis, haud equidem illo
 Delubrum aspicias terris angustius ullum.*

Eustathius in commentario dicit Sinopitem Iouem eundem esse cum Serapi, ab vrbe enim Pontica Sinope ita dictum. Serapim vero hinc aduectum fuisse Alexandriam elegantissimè narrat Cornelius Tacitus
B Hist. lib. I V. Ptolemæo regi qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit, cum Alexandria recens conditæ mœnia, templaque & religiones adderet, oblatum per quietem decore eximio, & maiore quam humana specie iuuenem, qui moneret, vt fidiſſimis amicorum in Pontum missis effigiem suam acciret; letum id regno, magnamque & inclytam sedem fore, quæ excepisset. simul visum eundem iuuenem in cælum plurimo igne attolli. Ptolemæus, omine & miraculo excitus, sacerdotibus Aegyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos visus aperit; atque illis Ponti & externorum parum gnaris, Timotheum Atheniensem è genere Eumolpidarum, quem vt antistitem caeremoniarum Eleusi exciuerat, quenam illa superstitione, quæ religio, interrogat. Timotheus quæsitus, qui
C in Pontum meassent, cognoscit Sinopem illic urbem, nec procul templum veterè inter accolæ fama, Jouis Ditis, namque & muliebrem effigiem assistere, quam plerique Proserpinam vocent. Sed Ptolemæus, vt sunt ingenia Regum, pronus ad formidinem, vbi securitas redijt, voluptatum quam religionum appetens, negligere paulatim, aliasque ad curas animum vertere; donec eadem species, terribilior iam, & instantior, exitium ipsi regnoque denunciaret, ni iussu patrarentur, tum & legatos, & dona Scydrothemidi regi (is tunc Sinopensibus imperabat) expediri iubet, præcepitque nauigaturus, vt Pythium Apollinson adceant: illis mare secundum, sors oraculi haud ambigua, irent, simulachrumque patris sui reueherent, sororis relinquerent. Vt Sinopen venere, munera, preces, manda-
D taque regis sui, Scydrothemidi allegant, qui diuersus animi, modo numen pauescere, modo minis aduersantis populi terreri, sepe donis promissisque legatorum flebatur. Interim triennio exacto, Ptolemæus non studium, non preces omittere, dignitatem legatorum, numerum nauium, auri pondus augebat, tum minax facies Scydrothemidi offertur, ne destinata Deo vltra moraretur. Contantem varia perniciës morbiq; & manifesta caelestium ira, grauiorque indies fatigabat. Aduocata concione iussa numinis, suos Ptolemæique visus, ingruentia mala exponit. Vulgus aduersari regem, inuidere Aegypto, sibi metuere, templumque circumſistere. Maior hinc fama tradidit, Deum ipsum appulsas littori naues sponte conscendisse, mirum inde dictu, tertio die tantum maris emensi Ale-
E xandriam appelluntur. Templum pro magnitudine vrbs exstructum loco, cui nomen Rhacotis fuerat. Illic Sacellum Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum.

Z E Φ Υ Ρ Ι Ω Τ Ω Ν.

Z E P H Y R I V M.

ARrianus in Periplo Ponti Euxini, & Ptolemæus, post Carambim promontorium Zephyrium collocant, quod LX stadijs ab illo distat, ita dictum, quod forte in Zephyrum sit expositum, huius enim nominis & promontoria, & oppida plurima olim fuere. In Ægypto enim promontorium Zephyrium, à quo Venus & Arsinoë Zephyri-
tæ dictæ. & in Italia circa Locros, vnde & Locri Epizephyrij dicti.

Vterque nummus Iouis est, ab auersa parte idem deus videtur flumini adfedere cum palma in sinistra, cui adest aquila cum fulmine.

Π Ο Μ Π Η Ι Ο Π Ο Λ Ι Τ Ω Ν.

P O M P E I P O L I S.

INter Paphlagonum vrbs erat, in Pompeij Magni honorem exstructa, quam Pompeiopolim vocabant. Iuxta mons erat, Strabone teste, concavus pene totus, propter continuas metallorum effossiones, quem Sandaracurgium vocabant. Erant etiam in Ponto aliæ Pompeiopolis, quæ prius Amisus & Eupatoria dictæ fuerant. Plinius lib. VI. cap. II. *Amiso iunctum fuit oppidum Eupatoria, à Mithridate conditum, victo eo Pompeiopolis vtrumque appellatum.*

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ.

R E X M I T H R A D A T E S E V P A T O R.

*Res eius geste. Corporis custodiam tauro, equo, & ceruo
committebat. Cur ab Asiaticis vocatus
Dionysius.*

Mithradates Eupator paternum genus à Persarum regibus, matrem vero à Seleuco Nicanore ducit. proxime vero, vt regni ita & stirpis auctor, Mithridates erat; quem Lucianus *κτιστω*, seu conditorem vocat. Is cum, defuncto Alexandro Magno, Antigoni partes sequeretur: somnio quodam illi suspectus redditur. videbatur enim sibi aurum in aruo feminare, & id demessum Mithridatem secum in Pontum auferre; qua de causa perniciem illi clam moliebatur. sed monitus à Demetrio Poliocrete, Antigoni filio, sex tantum fugæ socijs assumptis aufugit, communitoq; vico quodam
Cappa-

A Cappadociæ, Cinalæ nomine, latuit, donec distractis in partes Macedonum præcipuis; paulatim vicinas sibi nationes subiecit, & imperij Pontici fundamenta iecit; inter eius posteros memoratur Eupatoris Proauus, etiam Mithridates nomine, (cæteri, scriptorum penuria, in obscuro sunt.) qui bellum Sinopensibus mouit; vt auctor est Polybius. Huic Seleucus Callinicus filiam collocauit, dotisque nomine Phrygia data, ex qua Pharnaces natus, qui Sinopen expugnauit; cui successit Mithridates Fuergetes. qui primus Romanorum amicitiam coluit, quos etiam copijs iuuuit contra Carthaginienses, tertio bello Punico; bello vero contra Aristonicum, auxilia Romanis tulit, à quibus ob egregiam nauatam operam, Phrygia maior, vel, vt alij, Syria minor illi concessa; qui tandem à familiaribus suis per summum scelus Sinope interficitur; relicto filio Mithridate Eupatore, admodum puero; qui tutorum varias insidias passus. nam & fero equo impositum cogebant equitare, iacularique. qui conatus cum eos fefellisset, supra ætatem regente equum Mithridate, veneno eum aggressi sunt, quod metuens, *Iustinus L.* antidota frequentius bibendo, ita se muniuit, vt ne volens quidem senex veneno potuit mori. timens inde ne ferro peragerent, quod venenis non poterant, venandi studium finxit, quapropter per quatuor

C annos nullius vrbs recto vsus fuit; sed per siluas hac illac vagabatur. quibus rebus & insidias effugit, & corpus ad omnem virtutis patientiam egregie indurauit; ad regni deinde administrationem accedens, statim de proferendis imperij limitibus cogitauit: Itaque Schyrtas aggressus inuictos antea, ingenti felicitate deuicit; auctus hinc viribus & nomine, Pontum, ac deinde Cappadociam, occupauit. inita inde cum Nicomede societate, Paphlagoniam inuadit, victamque cum socio diuidit. quod cum P. R. nunciatum esset, iusserunt illum prouincia aliena discedere. sed ingentis spiritus virum, & qui Asiæ imperium iam meditabatur, non mouit P. R. auctoritas. Sed

D Gallatiam quoque occupat. Cæso inde Ariarathe Cappadocum rege per summum scelus, regnum eius inuasit. qua de causa bellum cum Romanis conflatum, quod varia fortuna per quadraginta annos gestum, donec tribus ingentibus bellis subactus, felicitate Syllæ, virtute Luculli, Cnei Pompei magnitudine consummaretur. Initium belli cum Aquilio, Manio, & Q. Oppio fuit, quos omnes fudit fugauitque; & viuos cæpit: quibus rebus ex animo gestis, multæ passim vrbes ad illum desciuere, non in Asia solum, sed etiam in Græcia. missis enim Archelao & Neoptolemo præfectis, excepta Rhodo, insulæ pene omnes, & ipsum Græciæ decus Athenæ, Mithridati se permiserunt. Vno deinde edicto omnes Romani nominis ciues interfici iussit, qui in Asia erant. supra centum & quinquaginta millia cæsa feruntur. passim domus, aræ, & templa, Romano sanguine mdebant. sed missus contra Mithridatem L. Sylla, ferocissimi regis conatus

tus repressit. Archelaum enim, praefectum eius, ingenti praelio apud A Charoneam superavit, ut ex cxx millibus hominum vix decem superessent: mox ad Orchomenum non sine periculo suo hostes egregie vicit, quibus cladibus rex territus, pacem petit; quam à Sylla obtinuit. Sed postquam civili bello districtum in Italia Syllam rescivit, inescatus Asiae opibus, reparato bello, maiore quam antea mole iterum illam inuadit. sed Lucullus superueniens, haerentem regem in Cyzicena urbis obsidione, cum innumeris copijs, interclusis com meatibus, pene eum consumpsit. & multis postea praelijs attriuit, impositurus finem bello, nisi fortuna hanc gloriam Pompeio seruas- B set. Contumacia enim militum destitutus Lucullus, non potuit persequi in Pontum recedentem regem. Ille, tot cladibus fractus, terribior tamen malis suis resurgebat; & ut Antaeus aliquis, validiores vires resumebat: totum enim Orientem in Romanos commouit. Sed Pompeius breui magnum hunc Asiae motum compescuit: hostem enim in Armenia maiore nactus, nocturno praelio vicit, castraque eius diripuit. Mithridates sinistra hac pugna perculsus, per Scythicas gentes fugiens, qua ferro, qua benevolentia iter aperiens; nominis sui magnitudine barbaros reges in belli societatem attraxit, & memorabilem expeditionem animo suo voluens, statuerat per Thra- C ciam & Macedoniam transire, postremo per Pannoniam superatis Alpibus, Italiae nec opinanti bellum inferre; sed inter ingentes hosce conatus, Pharnacis filij scelere, seditione excitata, veritus ne Romanis dederetur, ferro se interemit, cum vixisset annos LXXII. regnasset autem XL. Corpus Pompeio missum à Pharnace, ut sciret infestissimum Romani nominis regem defunctum esse. Pompeius magnifica funerie exequiarumque pompa monumentis Regum Sino- pe illum inferri iussit.

Nummi ab vna parte Mithradatis effigiem, ab altera ceruum referunt, quem ambit corona ex hedera. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΠΙΠΑΤΟΡΟΣ D cū passim *μιθραδάτης* scribitur, hic secunda syllaba per *α* legitur. Sic etiam apud Tacitum passim Mithradates scriptum. Quid sibi ceruus hic designet; non facile dixerim, nisi Aelianus moneret, lib. IV. cap. XL. Mithradatem assuetum fuisse, corporis sui custodiam non modo armis & satellitibus committere, sed tauro, equo, & ceruo, quos mansuefactos hac de causa alebat. Ii enim ad custodiã eius aduigulantes, si quis proprius accederet, ille mugitu, alter hinnitu, ceruus vero propria sua voce excitabant. Corona vero ex hedera Libero patri est consecrata, nam Mithridates ab Asiaticis non solū *Εὐπάτωρ*, sed & *Διόνυσος*, seu Liber fuit nuncupatus. Cicero pro L. Flacco. *Mithridatem Dominum, illum patrem, illū con- E seruatorem Asiae, illum Bromium, Euium, Nysium, Bacchum nominabāt.* Cur vero Dionysius vocatus fuit, exponit Plutarch. lib. I. Symp, Q. VI. Mithridatem autem eum, qui cum Romanis bellū gessit, in his certaminibus, quae

A quæ celebrabat etiam edacitatis, & bibacitatis præmia proposuisse ferunt, in vtraque autem re, palmam tulisse, quapropter & Dionysius cognomento vocatus, vel quodcum bis fulmine tactus fuerit, integer & incolumis, non secus ac Dionysius euaserit. nam iacente illo in cunis, fulmen illas incendit, corpore illæso, vestigio dumtaxat ignis in fronte relicto, quod facile coma occultaret. rursus cum iam vir esset, adeo propinquum ei dormienti cecidit, ut tela & pharetra, quæ prope lectum dependebant, deflagrarent illo illæso.

B H P A K Λ H T Ω N.

H E R A C L E A.

Boætij oraculo moniti Heracleam condunt. Generosum facinus in Athenienses. Clearchus Tyrannus.

AD Lycum amnem apposita erat Heraclea, clara & vetusta imprimis vrbs, inter Mariandynos. Ab Argiuo Hercule hanc conditam **C** refert Pomponius Mela, Strabo à Mileijs, Arrianus & Xenophon à Megarensibus: Apollonij Scholiastes ex Ephori sententia, à Megarensibus & Bœotijs. Iustinus tantum à Bœotijs coloniam hanc deductam scribit; quippe illis pestilentia laborantibus oraculum responderat, mali leuamen fore, si coloniam sacram Herculi conderent in Ponto. cumque illi nauigationis periculosa metu, oraculi iussa negligerent, bellum graue illis à Phocensibus illatum. in quo cum aduersam fortunam aliquoties experti essent, iterum ad oraculum decurrunt, responsum, idem belli, quod pestilentia, remedium fore. Conscriptis itaque colonis in Pontum delati, Heracleam condiderunt; quæ, annuentibus **D** fati, breui tempore magnis opibus aucta fuit; adeo ut etiam egregias colonias emiserit, Cherronesum nempe & Calapim. Multa huius vrbs cum finitimis externisque bella, multa etiam ciuilibus dissensionis mala fuerunt. Inter eius secunda, generosum hoc, & imprimis memorabile factum, à Iustino recensetur. Cum rerum potirentur Athenienses, victis Persis, Græciæ & Asiæ tributum in tutelam classis descripsissent; omnibus cupide ad præsidium salutis suæ conferentibus, soli Heraclienses, ob amicitiam regum Persicorum, collationem abnuerant. Missus itaque ab Atheniensibus Lamachus cum exercitu ad extorquendum quod negabatur; dum, relicto in litore nauibus, agros **E** Heracliensium populatur, classem cum maiore parte exercitus, naufragio repentina tempestatu amisit; Itaque cum neque mari posset, amissis nauibus; neque terra auderet, cum parua manu inter tot ferocissimas gentes, reuerti: Heracleenses honestiorem beneficii, quam

ultionis occasionem rati, instructos com meatibus, auxilijsque demittunt. bene agrorum suorum populationes æstimantes, si, quos hostes habuerunt, amicos reddidissent. Libera vrbs olim fuit, postea sub tyrannis male habita. Gliscente enim seditione inter plebem & potentiores, ob agrorum diuisionem, nec rei exitus inueniretur, senatus aduersus plebem longo otio luxuriantem, cum frustra auxilium à Timotheo, & Epaminonda petiissent; ad Clearchum, quem ipsi in exilium egerant, decurrunt. ille popularem hanc seditionem sibi aditum ad tyrannidem esse ratus, non reiecit fortunam, toto sinu se vocantem, sed occulta consilia cum Mithridate patriæ suæ hoste communicat; & in- B
ta societate, paciscitur, vt reuocatus in patriam, prodita ei vrbe, præfectus eius constituatur. Postea in ipsum Mithridatem dolum vertit; nam, cum tanquam arbiter discordiarum inter ciues esset, statuto tempore, quo urbem ipsi traderet, Mithridatem cum amicis cepit, captumque ingenti pecunia dimisit. mox, deserta Senatorum causa, ad plebeios transit. quod improuidis adeo gratum fuit, vt summum illi imperium deferrent; &, dum senatus potentiam non ferunt, impotenti se tyranno subiiciunt. Ille Senatorum alios necat, alios in exilium, publicatis bonis, pellit; totaque vrbs tyranni sæuitia occupata erat. qui successu continua felicitatis eo dementia progressus, vt se Iouis filium diceret, C
suum vero filium Ceraunon vocat. duo tandem nobilissimi iuuenes, Chion & Leonides, Platonis philosophi discipuli, ciuium suorum miserti, tyrannum inuadunt: sed, dum socij tardè illis opem ferunt, à satellitibus multis vulneribus obruuntur; quo factò, tyrannus quidem concidit, sed patria à seruitute non liberatur. Nam Clearchi frater Satyrus eadem via tyrannidem inuasit, multisque annis per gradus successionis Heracleenses tyrannos passi sunt. Sed tandem libertatem iterum vindicauit. Postea, Strabone teste, cum sub Romanis esset, regem habuit, & Romanorum coloniam in partem vrbs & agrorum admisit. Adia-
torix, Meclij Tetrarchæ Galatarum filius, hanc partem vrbs à M. An- D
tonio accepit, quam Heracleenses tenebant. paulo ante Actiaca bella, Romanos noctu adortus, ad vnum omnes iugulauit, iussu Antonij: post vero Actiacam victoriam ab Augusto in triumphum ductus, & cum filio iugulatus est. Circa vero hanc urbem multa passim monumenta erant, quæ Herculis memoriam testarentur; inter quæ duæ ex-
stant quercus, ab illo sata. Plinius. *In Ponto circa Heracleam aræ sunt*

Lib. XVI.

cap. XLIV.

*Iouis Stratij cognomine, ibiq; quercus duæ ab Hercule sata. Non procul etiam ab hac vrbe specus erat Archerusia, quo loco descendisse Herculem, ad Cerberum extrahendum, fama est, vt testantur Xenophon, & Pomponius Mela: ex cuius spumis ferunt aconita genita. Plinius. Fabula E
narrare è spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur is ad inferos aditus, aconita gigni.*

Lib. XXVII

cap. II.

A I. Caput alicuius principis Heracleensium, leoninis exuuijs tectum, in Herculis memoriam. Vel Alexandri Magni potius, vt in superioribus nummis conspicitur.

II. Herculeæ species turrato capite, quæ Amalthææ cornu manu gerit, omni frugum genere refertum. Ab aduersa parte Mercurius, cum caduceo & crumena. Indicio urbem hanc annonæ copia abundantem fuisse, commercijsque floruisse, quorum præses Mercurius.

X A Λ K E Δ O N I Ω N.

B

C H A L C E D O N.

Bithyni, qui & Thyyni, ex Thracia oriundi. Chalcedon à Megarensibus condita. Cæcorum oppidum. A Valente dirutum, & mox restauratum. Dies XXI. cuiusque mensis illis nefastus.

Concilium Chalcedonense. Apollinis oraculum.

Iouis Vrij templum.

C **Q**uæ ab Heraclea Pontios vsque vergit regio, Bithynia dicitur, prius Bebrycia & Mygdonia nuncupata. Strabo Myfos primo Bithyniam habitasse refert, qui & Thyyni etiam vocati; vnde Claudianus: *Thyyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.*

Ex Thracia enim primi incolæ venerant, vnde & Thucydides, Bithyynos Thraces vocat. Herodotus etiam, antiquissimus auctor, ait; Thraces in Asiam transuectos, Bithyynos esse appellatos. In hac regione, vtpote fertilissima, nobiles erant vrbes complures; inter quas prima Chalcedon, in Bosphori Thracij faucibus sita. Claudianus breuiter hoc & vere tangit.

D *Bosphorus aduersam patitur Chalcedona cerni.*

A Megarensibus conditam ferunt, duce Archia illorum principe, Olymp. xxvi. circa tempora Tulli Hostilij. Varijs olim nominibus vocata, Ceraftis, & Colpoëssa. Ceraftis quidem, quod multa promontoria veluti cornua haberet. Colpoëssa, quod multi illi sinus essent, quos necessario promontoria efficiunt. Postea etiam cæcorum oppidum dictum, quod locum eligere nescissent, septem stadijs distante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis sede. Chalcedonis demum nomen obtinuit, à fluuio Chalcedone, illi propinquo. Cur vero cæcorum oppidum dictum, Herodotus lib. iv. refert, à Megabyzo Persa hoc dictum emanasse. is enim cum ageret Byzantij, audissetque, Chalcedones decem & septem annis ante Byzantios urbem condidisse, dixit illos eo tempore fuisse cæcos, cum pulchrior adesset locus ad urbem condendam, nequaquã peiorem elegerent, nisi cæci fuissent. Alij tamen Pythio oraculo

E

Lib. IX.
cap. XV.

Athenæus
lib. XII.

hoc adscribunt. Tacitus Annalium XII. *Querentibus Byzantijs, ubi A*
conderent urbem, redditum oraculum est, quærentes sedem cæcorum terris ad-
uersam, ea ambage Chalcedonij monstrabantur, quod priores illuc aduecti, pro-
uisa locorum utilitate, peiora elegissent. Quippe Byzantium fertili solo, sæcun-
doque mari, quia vis piscium in Pontum erumpens, & obliquis subter undas
saxis exterrita, omisso alterius littoris flexu, hos ad portus defertur. Plinius
clarius hoc explicat, Est in Euripo Thracij Bospori, in ipsis Europam Asiam-
que separantis freti angustijs, saxum miri candoris, à vado ad summa pellu-
cens, iuxta Chalcedonem in latere Asia. huius aspectu repente territi Thynni,
semper aduersum Byzantijs promontorium, ex ea causa appellatum Chrysoceras, B
præcipiti petunt agmine; itaque omnis captura Byzantijs est, magna Chalcedonis
penuria. Itaque iure Chalcedonenses cæci, qui commoditate & opu-
lencia illa piscaturæ carent, qua Byzantijs abundant. Urbs olim fuit
egregia, & optimis instituta legibus, donec optimatum imperio paruit.
postquam vero populare regimen gustauit, ut Byzantijs in voluptates
præcipites ruerunt, atque ex moderatissimis, temperantissimisque,
libaces & sumptuosi facti sunt. Varijs etiam casibus olim obnoxia
urbs; nam & à Valente Imperatore muri eius diruti, quod Procopij,
Iuliani consobrini, partes sequuta fuisset. Quo tempore vero urbis
muri diruti fuerunt, in ipsis fundamentis reperta fuit tabula, in qua C
vaticinium insculptum, de aduentu Gotthorum, & illorum excidio,
versus hos refert Zonarus:

Ἀλλ' ὅτε δὴ νόμφαι ἱερὸν κτ' ἄστυ χορεύω
 Τερπόμεραι σήσονται εὐσεφείας κατ' ἀγυῶς,
 καὶ τὰ χθ' λειψοῖσι πολύστονον ἕσεται ἄλκαρ.
 Δὴ τότε μυρία Φύλα πολυπαρέων ἀνθρώπων,
 Ἄνελα, μαργαίνοντα, κακῶ δ' Ἰππειδῶν ἀλκῶν,
 Ἰσρα Κίμμερῶν προῖον διαβάντα σὺν αἰχμῇ,
 καὶ Σκυθικῶν ὀλέση χώραν καὶ μυσίδα γαίαν,
 Ἐρημίας δ' Ἰππειῶντα σὺν ἐλπίσι μαινομένησιν,
 αὐτὰ κεν βιότιο τέλθ', καὶ πότμον Ἰππίσποιο.

Nymphis in sacra choreas agitantibus vrbe
Vndique per vicos, festa exultante corona,
Balnea cum murus gemitu custodiet ægro,
Tum vero gens dira, potens, numerosa, feroci
Robore prædita, Cimmericj freta vecta per Istri
Et Scythiam sæuis & Mysida deprimet armis,
Threciumque ingressa solum spe freta furente
In sua fata ruent, tristem mittentur ad orcum.

Valens enim, victo Procopio, aquæductum Constantinopoli exstruxit,
 ex ruinis Chalcedonensium murorum, quo tempore Gotthi in Thra- E
 ciam se effuderunt, ibique mox consumpti fuere. Refert Nicephorus
 Callistus, Nicomedenses, Bithynios, aliosque populos Valentem
 orasse, ne pateretur firmissima Chalcedonensium mœnia dirui. sed ille
 iuramen-

A iuramento suo satisfecit diruendo, sed postmodum illa instaurauit, minoribus saxis, quam antea fuerant, exstructa.

Confueuerant etiam Chalcedonij, teste Eustathio ad Dionysium Alexand. cuiusque mensis diem XXI nefastum habere, quod illo die Pharnabazus, Darij præfectus, occupata vrbe, pueros illorum exfectis virilibus in Persidem misisset, vt regi essent eunuchi. Hac etiam in vrbe celebratum fuit Chalcedonense consilium sub Martiano Imperatore orthodoxo, & Leone Pont. Max. eius nominis primo, contra Eutychem & Dioscorum: conuenerunt autem DCXXXVI Patres, & **B** vtrumque hæreseos condemnarunt.

Nomismata Chalcedonensium ab vtraque parte Apollinem lauro redimitum, & lyram ab altera parte habent. Refert enim doctissimus Petrus Gyllius lib. de Bosphoro Thracio, antiquissimum hic fuisse Apollinis templum peculiari in honore, nullis veterum oraculis cedens, de quo tamen apud cæteros scriptores silentium; cum illi tantum de Iouis Vrij templo loquuntur, de quo & Pomponius Mela. *Ipsis in faucibus oppidum, in ore templum est, oppidi nomen Chalcedon, auctor Archias Megarensis princeps, templi numen Iupiter, conditor Jason.* Ferunt enim Argonautas cum Etesiarum flatu apud Phineum retinerentur, vatis **C** monitu, duodecim dijs aram posuisse, tum maxime Ioui οὐρανῶν sacrificasse, vt ventos secundos daret, vnde postea phanum Iouis Vrij dictum, vt obseruat Apollonij Scholiastes.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣ,

REX NICOMEDES EPIPHANES.

*Regum Bithynia series. Auctor generis Zypætes
Thrax.*

D

INter Bithyniæ reges vatiij fuerunt Nicomedes, non secus atque apud Ægyptos Ptolemæi, Parthos Arsaces, Cappadoces Ariarathes. Vt vero constet quis ille Nicomedes Epiphanes fuit, originem Bithyniæ Regum breuibus inquiram. Consentientibus scriptores, Zipæten quendam Thracem occupasse Bithyniam, dissentientibus ciuili bello Alexandri Magni ducibus, qui cum Chalcedonenses obsideret, à Ptolemæo Antigoni duce depellitur; & datis obsidibus pacem redemit; mox Lysimachi armis petitur, à quo victus, Astatum amisit, quam victor solo æquauit. hic duos reliquit filios, Nicomedem primum & Zipæten: cumq; inter fratres similtates ortæ essent, Nicomedes Gallos sibi coniunxit, qui cum Lutario Asiam inuaserant, & mox Lomnorum alterum ducem, qui Byzantij substiterat, in traijciendo Bosphoro ad-
iuuit,

iuuit, his fretus auxilijs, fratrem regno pellit, & vniuersam Bithyniam **A** in potestatem redegit. vt auctor est Liuius, qui Zybcæam illam vocat. Huic vxor fuit Ditizeles ex Phrygia, quæ, cum maritum complecteretur, à cane regio, cui illa parum nota erat, circa humerum adeo lacerata fuit, vt ex vulnere illo obierit. cuius cadauer veste aurea textili inuolutum fuit, & cum posterioribus seculis monumentum eius apertum fuisset, conflata fuit illa tunica, inuentumque auri pondus librarum, cxiii. vt narrat Ioannes Tzetzes. Huic successit Prusias, cognomine κωνηδός, venator, Appiano dictus. Hic vna cum Rhodijs graui bello Byzantios afflixit, mox illi cum Attalo & Eumene bellum, quos **B** Hannibalis astu superauit. Illum enim debellato Antiocho profugum hospitio susceperat; mox tamen violato iurehospitij, instante Q. Flaminio, Romanis voluit tradere, nisi Hannibal sumpto veneno se à vinculis P. vero Romanum diuturna cura liberasset. Idem postea Romam venit gratulatum, quod Persea Gentiumque vicissent, Macedonibus Illyrijsque in ditionem redactis, auxissent imperium. Polybius eum indignum regio nomine tradit, pileatum enim, capite raso, obuiam ire legis solitum, libertumque se P. R. esse, & ideo insignia eius ordinis gerere, Romæ quoque, cum in curiam veniret, submisisse se, & osculo limen contigisse, deosque senatores senatum appellasse. Aliamque **C** orationem non tam honorificam audientibus; quam sibi deformem habuisse. Nicomedem filium conatus de medio tollere, vt ex alio thoro susceptos liberos, regno præficeret, sed à filio præuentus regno pariter, & vita priuatur. Prusiæ successit Nicomedes Εὐμφανής, qui à patre Romam adductus, senatui commendatur re ipsa, quia filium Bithynijs acceptum norat, ob morum suauitatem. & ille ob nimiam fauoriam exosus populo, cumque illum etiam Romæ gratiosum comperisset, misit eo Menam, vt remissionem imperatæ pecuniæ peteret, qua illum Romani ob damna illata Attalo multarant, simulque occulto imperant, vt Nicomedem interficiat. quod cum timeret exsequi, **D** illi paternas insidias detegit, & cum iuvene in patrem conspirat, assumptoque in societatem Andronico Attali legato, in paternum regnum iuuenem parant deducere. Nicomedes itaque patris odio rex salutatur. Prusias re comperta, nemini fidens in arcem se Niceæ inclusit, exspectans Romanorum auxilium. sed cum illorum animi in Nicomedem versi essent, inanem tantum legationem mittunt, vt ab armis discederent. Nicomede simulante obsequium, Bithyni subornati, negabant se posthac Prusiæ immanitatem ferre posse. sic legati re infecta discesserunt. Prusias, desperata Romanorum ope, cuius fiducia non militem legerat, non arma parauerat, Nicomediam venit, vt vrbe hac **E** munita hostem inde arceret. Sed oppidani, rege prodito, Nicomedi portas aperiunt. Pater, religione phani Iouis se defendens, missis militibus, interfectus est, atque ita Nicomedes Epiphanes paterno regno
per sum-

A per summum scelus potitus est, vt auctor est Appianus. Huius frater fuit Prusias *μονόδους* dictus, quod dentium loco, continuum illi os esset, vt auctor est Plinius. Post Nicomedem Epiphanem, regnum ad Nicomedem Philopatorem deuolutum est. qui cum à Mithridate Bithynia spoliatus esset, iterum Romanorum ope in regnum restitutus fuit; cuius etiam filius Nicomedes, qui, teste Appiano, P. R. regni sui hæredem reliquit.

B Nulla interpretatione nummus opus habet, Iupiter enim est hastæ puræ innixus cum corona in manu, & aquilam habet adstantem. Cur vero dictus sit Epiphanes, seu Illustris, hæctenus mihi parum liquet.

N I K O M H Δ E Ω N.

N I C O M E D I A.

*Diuersa ab Astaco Nicomedia. Ioannis Tzetzis lapsus
super Prusia Monodonte. Terræmotibus
frequenter diruta.*

C N icomedia inelyta Bithyniæ vrbs, quam Ammianus Marcellinus Bithynicarum urbium matrem vocat. Hanc olim Trebellius Pollio Astacum nuncupatam dicit: quod & Pausanias in Eliacis asserit. Sed Strabo docet, Astacum à Lyfimacho dirutam; incolas vero à Nicomede quodam Bithyniæ rege traductos Nicomediam, quam ille condidit, & de suo nomine indigitauit. Stephanus hunc Nicomedem vocat *Ἐ Ζήλα παῖδα, Ἰπσημοτάτην βασιλέα, Zeilæ filium clarissimum regem, Ioannes Tzetzes Zipæti filium dicit:*

D Ὁ Ἐ Ζιπίτης μὲν υἱὸς ἑκείνου Νικομήδης
Ὁ κλισίης Νικομήδειαν, πατὴρ δὲ Ἐ Προυσίς,
Πρυσίης ἔχοντες ὅσῃ ἐν ὄδῳ ὀδόντας πάντας.

*Zipæti quidem filius ille Nicomedes,
Qui condidit Nicomediam, pater Prusiæ,
Prusiæ habentis os vnum omnium dentium.*

E Sed, vt hoc obiter tangam, fallitur in eo Tzetzes, quod Prusiam *μονόδοντα*, huius Nicomedis filium facit. Cum pater eius sit Prusias *κωμηγός*, seu Venator, qui Nicomedem Epiphanem & Prusiam *μονόδοντα* filios reliquit. Stephanus etiam hanc urbem quondam *ὀλβίαν* dictam refert. Fuit autem quondam tum publicis, tum priuatis ædificijs egregie ornata. Ammianus Marcellinus. *Iulianus inde Nicomediam* ve-Lib. xxii,
urbem antehac inelytam, ita magnis retro principum amplificatam impensis, vt ædium multitudine publicarum & priuatarum recte noscentibus regio quædam urbis æstimaretur æternæ. Sed varijs postea calami-

calamitatibus oppressa, nam Valeriani tempore à Scythis capta, & A
 incensa fuit. Terræmotibus autem valde obnoxia, iisque frequenter
 vastata fuit. Traiani enim tempore, multum damni à terræmotu cœ-
 perat, quare Hadrianus urbem quassatam refecit. & firmissimis muris
 circumdedit. Constantini vero ævo horrendo terræmotu adeo de-
 formata fuit, vt vniuersa ciuitas commune ciuium sepulchrum vide-
 retur esse. Sed Iulianus collapsam urbem restaurauit, quam cladem
 disertè admodum Ammianus Marcellinus, lib. xvii profequitur.

Vterque nummus Nicomedis Epiphaniis est ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
 ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣ, auersa parte Iupiter, cuius ibi præcipuus cultus, quod B
 ex Appiano colligere possumus; qui refert, Prusiam Nicomediam in
 phanum Iouis confugisse, vt loci religione aduersus filium Nicome-
 dem se tueretur.

N I K A E Ω N.

N I C A E A.

*Nicæa in sinu lacus Ascanij condita. Synodus Nicæna, oc-
 cupata à Latinis Constantinopoli. Imperij sedes
 huc translata.* G

INter præcipuas Bithyniæ vrbes erat Nicæa, Bottiæorum quondam
 colonia, quæ primum teste Stephano Ἄγκωρη, seu Angora dicta, de-
 inceps vero in honorem Antigoni, Antigonía, postremo à Lyfimacho
 in honorem vxoris suæ Nicææ, Antipatri filia, Nicæa vocata. Plinius
 etiam Olbiam olim nuncupatam dicit. Sita autem erat in vltimo Asca-
 nij lacus sinu, cuius ambitus, Strabone teste, erat stadiorum sedecim,
 figura autem erat quadrata, & portæ quatuor ita ad rectos angulos po-
 sitæ, vt ab vno lapide, qui circa medium Gymnasij positus erat, omnes D
 despici possent. Augerius Bus bequius, in itinere suo Amasiano, refert,
 suo tempore adhuc habuisse urbem quatuor portas, quæ ex medio fori
 conspici poterant.

Arcem etiam olim habuit, in quam refert Appianus Prusiam con-
 fugisse, dum à filio Nicomede, & Attalo Pergami rege, bello peteretur.

Ager eius suburbanus egregie est fertilis, & omnium rerum fera-
 cissimus; sed æstiuo tempore, ob nimios calores, non admodum sa-
 lubris; Catullus:

*Linquantur Phrygiæ Catulle campi,
 Nicæaque ager vber æstuosæ.* E

Celebritatem magnam loco dedit Synodus Oecuménica, sub Con-
 stantino Magno ibi habita, à cccxviii patribus, contra impios Arrij
 errores, qui magno omnium consensu ibidem damnati fuerunt. Pri-
 mum

A mum hoc fuit concilium œcumenicum in orbe Chriftiano habitum. Patrumque ibi sancta memoria postea culta, & miraculis editis clara. Siquidem tempore Leonis Ifaurici, cum Mabias & Omer Arabum duces, teste Cedreno, maximis instructi copijs Nicæam obsedissent, & magna murorum pars illorum machinis diruta esset, apparitione S. S. P. P. deterriti, re infecta discessere. Quanta vero in æstimatione apud Græcos Nicæa fuit, ex eo liquere putem, quòd, cum Latini Balduino Flandro duce Constantinopolim occupassent, Græci sedem imperij
 B Nicæam transfulerunt, donec, Latinis profligatis, Constantinopolim iterum redierunt. vt apud Nicephorum Gregoram, & Laconicum Calchondylum videre est. Varijs autem terræmotibus afflicta fuit, sub Gratiano verò, Olympiade CCLXXXVI. tota corruit. Eusebius in Chronico. *Nicæa, quæ sæpè corruerat terræmotu, funditus euersa est.* Quid sibi velit nummus hic, incertus sum. poculum enim est oblongum. An de hoc Athenæus audiendus lib. II. *Prusiam, erectum poculum esse antea diximus, appellationem eam sortitum, à Prusia Bithyniæ Rege, luxu & vitæ genere dissoluto, vt narrat Colophonius Nicander lib. IV. de ijs quæ Prusiæ contigerunt.*
 C Ab auersa parte est caduceus.

Π Ρ Ο Υ Σ Ι Ε Ω Ν .

P R U S A .

*Duplex Prusa. De eius conditore varia auctorum sententiæ.
 Prusa ad mare. Eadem cum illa quæ ad Olympum.*

D Vplex erat in Bithynia Prusa, vna ad Olympum montem sita, altera ad Hippium amnem, secundum Ptolemæum. Stephanus verò vnâ Prusiadem, aliam verò Prusam vocat. Ceteri tamen scriptores vtramque Prusam vocant. Prusa itaque, quæ sub Olympo, Cios prius appellata. Strabo. *Astaceno sinui alius continuatur, magis ad orientem Solem recedens, in quo Prusa est, prius Cios appellata. Cuius Demetrius euertit, deditque Prusiæ Zeilæ, qui hanc euertit, & Myrleam Prusiæ vicinam. is à ruinis eas excitans, Cium à se Prusam, Myrleam verò ab vxore Apameam nominauit.* Stephanus. *Ἡ μὲν γὰρ Προυσίας Βιθυνίας, ἀπὸ Προυσίας τῆς Ζηλαίου Βιθυνίας βασιλέως, ἢ Κεῖ τῆς ἀεὶ τε ἐπὶ ὄνομα δεῖσα.* Prusias vrbs Bithyniæ, à Prusia Zeilati Bithyniæ rege, quæ Cios primum vocata. Sed quis iste Prusias Zeilæ
 E filius? ambiguus sum. nam, si verum est quod Strabo addit, illum esse Prusiam, qui Annibalem deuicto Antiocho suscepit, quomodo dicetur Zeilæ filius, qui fuit Nicomedis primi filius, & Zeilæ seu Zi-pætes nepos? Ioannes verò Tzetzes non à Prusia, sed Nicomede, credit conditam.

Οὗτ' ὁ ἴδιος μονόδοντος τῆς πατὴρ Περούσις,
 Τῆς κτίσεως δὲ πόλεως Περούσις δὲ παρ' Ὀλύμπου,
 Ὁ Νικομήδης ὁ ῥηθεὶς.

*Iste videntis huius pater Drusiae,
 Qui condidit urbem Drusam, apud Olympum
 Nicomedes dictus.*

Fuit enim Prusias κωννηγὸς conditor huius urbis, Zeilæ nepos, pater Nico-
 medis Epiphanis. sed ab his tantum dissentit Plinius,

Quantum Hispanis Veneto distat ab Eridano.

Ille enim Annibalem conditorem asserit. *A Cio, inquit, intus in Bithynia, B
 Prusa ab Annibale sub Olympo condita.* Vel enim expungenda illa vox, *ab
 Annibale*, aut legendum cum Strabone à *Prusia*, ad quem Annibal con-
 fugit, aut simile quid; certum enim est, à Prusia illi nomen inditum.
 Altera vero Prusa ad Hippium amnem sita, à Prusia illo prisco con-
 dita, qui cum Cræso bellum gessit, Strabone teste, quam & parvam
 urbem fuisse dicit. Stephanus hanc κτίσμα Περούσις ἢ Κῆρον πολεμήσαντι, *C,
 opus Prusiae, qui cum Cyro bellum gessit*; Aliter utrum hic labi certum est.
 Vnde in nummo L. Veri, Περούσιων πρὸς Ὑπίω. teste Goltzio in The-
 sauro.

Prusa autem, quæ sub Olympo est, secundum Plinium, Ptolemæum, C
 & Tzetzem, Straboni est ad Arganthonium montem. vbi Hylam,
 Herculis comitem (vnum etiam ex Argonautis) quum aquatum exi-
 uisset, raptum à Nymphis ferunt Poëtæ. Dionysius Alexandrinus circa
 Cium flumen raptum Hylam, seu circa Prusiam, refert:

Ἡ γὰρ παρ' ἡμετέραν Κίον ὡς ἴσμεν ῥέουσα
 τῆς ποτ' ἐπὶ ἀποχρήσιν Ὑλῶν ἠρπάξατο Νύμφη.

*Qua Cius irriguis voluit gratissimus undis,
 Cuius Hylam rapuit quondam prope flumina Nympha.*

Ab hoc autem flumine, vrbi Cio nomen inditum refert Apollonij
 Rhodij Scholiastes, siquidem Polyphemus in Mysia ab Argonautis re- D
 lictus, urbem condidit, quam à vicino flumine Cio indigitauit. Strabo
 vero dicit Herculis comitem Cium, quum è Colchis rediret, ibi fixisse
 sedes, & urbem de suo nomine condidisse. Hæc autem Prusa posteriori-
 bus seculis Bursa dicta, & Turcarum quondam sedes, quam occupaue-
 rat Orchanes, dissidentibus inter se Palæologis, auo & nepote.

I. Hercules est ab vna parte, & ab altera arcus & claua, cum hac in-
 scriptione, ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ, *Prusienfium qui ad mare.*
 quod conuenit Prusæ, quæ ad Olympum est. nam illa in intimo sinu
 lacus Ascanij erat sita, vbi raptus Hylas; vnde non mirum, si Herculis
 ibi facta memoria; refert enim Strabo, suo æuo adhuc festâ quædam E
 apud Prusienfes celebrari, in quibus vagi ac saltantes Hylam inclamant,
 atque in syluam exeunt, vt Hylam quærant.

Com-

Commiffa Operarum vel omiffa
fic corrigenda.

Pagina 3. D. Lege, Nemæorum, ibidem. infixit. Pag. 4. D. fpectat. ibidem. alicuius
E. Arcam 6. C. Cornucopiæ, ibidem. Dullidenses. 7. A. profluebat 8. B. infpirâ-
taque. 10. A. nec, lege, ac. ibidem. in animis. lege, mammis. 11. C. varie. 15. miror, D.
percufla. 18. D. expugnarunt: 19. C. potiffimum, 20. B. nummos. 21. B. Luctam. 24.
B. potiffimum, 26. C. Expugnatum. 28. B. Ægitium, 30. D. Cyllabaro, 36. B. Iouem.
ibidem: armigeros. 44. D. Ceruos. ibidem: alligatam, 46. B. Æmonis F. 50. A. Paufania.
E. Heraclida. 54. D. Significatur, 55. C. Iouis &, 60. Elæi, 62. A. mercatoribus, ibidem:
Lycæi, 64. D. irtigua. 66. A. Temeno, ibidem: fufpicabatur, 67. D. Profclyftio. 68, A.
Luco, ibidem: D. Iouis, 70. A. Cæleftia. 72. A. Cenchræ. B. occupandas, D. Bacchium.
77. E. muris: 78. B. adest. 80. A. Brauron. 83. C. bellica, ibidem: vicinas. D. à Solone.
E. Cecropis 84. B. recondendi & feruandi. 86. D. certatim. 41. D. opesque. 92. E. pō-
titus. 97. C. Bœotia. D. interpretis, 102. C. cum. 103. C. habent D. quarum. 106. di-
rutis. 107. D. Excepto. 112. C. Philopæmene. ibidem. D. Antigono. 115. C. Tricca. 116.
B. Pagefea. 119. D. Solinus. 122. A. arctus. 125. C. fep. 127. D. Epitome, 140. A. dubi-
tarem. ibidem. fubftituere, E. Conditam. 141. A. peremptam. 143. B. Diofcuris. 145. A.
Bijugum. B. Thetidis. C. tinnitus. 146, A. Numini. C. Cherronefi. D. Cypfeli. 147.
D. Melane finu. 149. E. manus. 150. numeri. B. Iuftini. 154. D. Theatro. 155. D. radia-
to, 156. A. Choul. B. Nobilitate. D. auxiffe, E. talentis. 159. A. Delphinum. 160. Dio-
nyfopolitanorum. 163. B. Maximum. ibidem. Æmalius. C. in Lucem. 164. E. reducturus.
173. E. vorticofi. 184. fui. 189. condonat. 195. D. Caffandriæ. 200. E. nobilem. 202. A.
Tripus, ibidem. cornucopiæ. 203. D. & diruta. 210. A. fpopondit B. coloniæ. 213. E. fon-
tem. 217. D. appellatam. 226. D. Laudatam. 228. B. ab. 240. A. illè. 243. C. tibicen. 268. B.
candidiffimus. 279. c. interfecti. 281. A. vulgato. B. carbasos. 286. C. Damafcenum, 242.
A. Turcæ repulfi fuere. 295. c tranfeundum. 297. C. Samiorum. 300. D. diftrictif. 302.
D. vicinum. 304. E. affinitate. 309. B. ΕΝΣΕΠΤΟΝ. 311. B. animantium. 313. C. nauiga-
turis. 317. B. Bœotij. 319. A. Heracleæ. 322. illum. C. imperat. 329. κτήτορ.

I N D E X,

Rerum ac Verborum.

A.		
A Bdera urbs Thraciæ. 140. d. unde dicta		
ibid. à quo condita 141. a. Teionum colonia ibid. ejus situs.	ibid. d.	
Abderitanorum stupiditas 141. d. Xerxi prandium dant.	142. a.	
Academia Athenis.	148. c.	
Acarnanes virtutis studiosi. 22. b. bellum gerunt cum Ætolis.	22. d.	
Acarnaniæ urbes præcipuæ.	22. d.	
Acarnania Epiri regio. 21. d. unde dicta. ibid. olim Curetis appellata.	ibid.	
Accipitrum venatio in Thracia.	139. a.	
Achaia Ionia dicta. 39. c. eius præcipuæ urbes.		
40. a. proconful.	41. c.	
Achaia olim duplex. 39. b. AEgiala dicta & Sicyonia.	ibid.	
Achæa Ceres unde dicta.	42. d.	
Achaicum bellum.	41. a. 73. d.	
Achæi Phthioles dicti.	117. c.	
Achelous ab Hercule superatus. 21. b. 29. b. Epiri limes ibid. d. fabulis celebris.	29. a.	
Achæorum concordia Romanis invisa. 40. d. conventus ubi.	42. c.	
Achæorum Respublica democratica.	40. a.	
Acheron fluvius Epiri.	14. d.	
Acherusia palus Epiri.	14. d.	
Achilles in Epiri o ut Deus cultus 10. b. Αχιλλεύς vocatus.	ibid.	
Achilles in Scyro latuit.	234. e.	
Aconita unde nata.	318. e.	
Acrææ Veneris templum.	286. e.	
Acrisius Lariffæ occifus.	114. b.	
Acroathos urbs. eius incolæ Macrobij.	135. d.	
Acroceraunia qui montes.	7. b.	
Acrocorinthus ab Antigono Gonata occupata.		
200. c.		
Acrocorinthus ἡλιζ' πολίς dicta. 71. d. qualis arx.	72. b.	
Actiaci ludi, quando cæperint. 23. e. πέντε-εξή.	24. d.	
Actium Acarnaniæ urbs. 23. d. eius situs. ibid.		
Apollinis templum. ibid. colonia Rom. facta.	24. d.	
Adrastus Argivorum rex. 65. d. Nemæos ludos instituit.	66. b.	
Ædipus Eubœæ urbs 230. c. eius aquæ calidæ. ibid.		
Ægea cur Macedonia dicta.	172. b.	
Ægeſtei populi.	14. c.	
Ægialia infulæ situs.	216. b.	
Ægida & Euryphontidæ duæ regum Spartanorum familiæ.	57. b.	
Ægis Minervæ.	310. c.	
Ægium urbs Achaia.	42. a.	
Ægos-potamos Cherſoneſi.	147. a.	
Ægroti in Æſculapij templo decubebant. 70. d.		
Ænariis lucus Iovi dicatus.	41. c. 42. c.	
Æneæ facellum Ambraciæ	18. a.	
Æoliæ infulæ ſeptem. 293. d. Liparææ dictæ. ibi.		
Æolus ventorum rex.	293. b.	
Æris Corinthij tria genera.	74. a.	
Æropus ſeptimus Macedonia rex. 164. b. eius infantis victoria. ibid. exercitia.	ibid.	
Æs Dodonæum.	16. a.	
Æſculapij templum Epidauri extra urbem. 69. c. ſimulacrum. ibid. Romæ in infula Tiberina	70. b.	
Æſculapij templum in Co infula.	270. e.	
Æſculapij templum Naupaſti. 26. c. à quo conditum.	ibid.	
Æſculapius Epidauri cultus. 68. e. eius parentes ibid.		
Ætolia ſitus. 27. b. Hyantis prius & Curetis dicta. ibid. bifariam diviſa.	ibid. d.	
eius urbes celebriores. ibid. defolata. 29. a.		
Ætoli bellicofii. 28. a. b. μίξοβαρβαροι cur ab Euripide appellati ibid. optimi funditores. ibid. libertatis ſtudioſi. ibid. & venationis.	29. c.	
Ætolorum lex Barbara.	28. e.	
Ætolus quis.	27. b.	
Agathonis ſtatua Actij.	25. a.	
Agathyrſus Herculis filius. 161. d. à quo Agathyrſi populus Thraciæ. ibid. Apollinis cultores.	162. b.	
Ageſilaus Lacedæmoniorum rex.	59. b.	
Ageſſus Thraciæ urbs.	158. c.	
Agriculturæ inventor.	44. a.	
Alceras octavus Macedonia rex.	164. c.	
Alcinoi horri.	210. a.	
Alcathoe Megaræ arx.	76. d.	
Alexander Caſſandri filius à Demetrio occifus	186. a.	
Alexander decimus Macedonia rex 165. dives cognominatus. ibid. fidibus delectatus. ibid.		
Alexander Epiri rex.	12. d.	
Alexander 11 vigefimus Macedonia rex. 167. b. à Pausania oppugnatur.	ibid.	
Alexander M. Thebas veſtat.	95. c.	
Alexandri M. res geſtæ & mors. 172. e. Iovis Ammonis filium ſe iactitat. 177. e. Minervam peculiariter coluit.	178. e.	
Alexandri Pheræi crudelitas.	118. c.	
Alpheus amnis 47. e. eius effigies. 48. b. eius aqua in Sacris.	ibid.	
Amathus Cypri urbs. 285. b. Veneri Sacra. ibid. Metallorum ferax. ibid. Perſis fidiffima. 286. a.		
Ambraces quiſ.	17. c.	
Ambracia Epiri urbs. 17. b. eius nomen unde. ibi. prius Eponia & Paratia dicta. ibid. Corinthiorum colonia. ibid. eius ſitus.	ibid.	
Ambracia quando condita. 17. e. à Romanis oppugnata. 18. e. in cuius Dei tutela.	19. d.	
Ambracius ſinus.	17. d.	
Ambraciorum bellum contra Ampiloſchios 18. b. eorum clades.	ibid.	
Ambraciotæ Pop. Ro. ſocij.	19. b.	
Amiſus Pontica urbs. 309. d. Mileſiorum & Athenienſium colonia. ib. à Lucullo libertate donata. 309. d. à Mithridate exornata. 310. b. clari ex ea viii. ibid.	Amphiare	

INDEX

Amphiarai historia.	99. c.	Apollo Megaræ cultus.	77. e.
Amphilochij Acarnaniæ pars.	21. b.	Apollo Pagasæus.	116. d.
Amphion & Zethus Thebarum conditores.	92. c.	Apollo Pythius. 158. d. Delphinus.	ibid.
Amphipolis Macedoniae urbs. 137. e. antea ἐννέα ὀδοὶ dicta. 138. a. Atheniensium colonia		Apollo servator Ambraciæ cultus.	19. c.
ibid. eius situs ad Strijmonem fl. ibid. varia nomina. ibid. à Philippo occupata. ibid. d.		Apollonia ad pontum Euxinum, 156. b. Milesiorum colonia. ibid. Apollinis Colossus. ibi.	
Amorgus una Cycladum. 272. d. e. eius varia nomina. ibid. eius tres urbes.	ibid.	templum in insula.	ibid. d.
Amyclas quis.	56. e.	Apollo Colchis colebatur.	298. b.
Amyclæ à quo conditæ.	56. e.	Apollonia Corinthiorum colonia. 4. d. Gylacia dicta. ibid. eius Arx.	5. a.
Amymnæi populi.	14. c.	Apollonia quæ postea Træzen.	53. a.
Amyntas I v. decimus nonus Macedoniae rex. 166. e.		Apollodorus emendatus.	80. d.
Amyntas II nonus Macedoniae rex. 164. d. fœdus eius cum Persis.	165. a.	Apollodori error.	236. e.
Ἀναπαριάζειν quid.	268. d.	Aquila fortitudinis Symbolum.	62. b.
Ἀναπαυόμενον ☉ fons.	16. a.	Aquila in nummis Alexandri M.	179. d.
Anaphlytus Atticæ urbs. 87. ib. unde dicta. ibid.		Aradus Phœniciae insula saxosa. 288. d. incolarum frequentia. ibid. fons marinus.	289. c.
Andreas Apostolus Pattis interfectus.	45. b.	Azania Arcadiae pars.	66. c.
Andriscus Pseudophilippus.	122. d.	Aratus Sicyonius Achæorum dux.	42. e.
Andrus insula. 257. c. eius varia nomina. ibid. unde dicta. ibid. eius sterilitas. 258. a. fons mirabilis.	ibid.	Arcades Græcorum vetustissimi. 60. d. προσεληνοὶ dicti. & αὐτόχθονες	ibid.
Ænæa donaria in templo Dodonæo.	15. d.	Arcadia Peloponnesi pars. 60. b. eius situs. ibid. Drymodos & Pelasgia antea dicta. ibid. varia eius nomina.	ibid.
Angeli Politiani lapsus.	194. d.	Arcadiae urbes.	61. c.
Angues in Cretensium nummis.	220. d.	Arcadum reges à Iove Oriundi.	62. a.
Anguis in nummis quid.	6. e.	Arcas Iovis filius & Callistus. 60. c. Agriculturae inventor.	ibid.
Anthane quæ postea Træzen.	53. a.	Archelaus Cappadociae rex.	300. c.
Anthedon Bœotiae urbs.	99. e.	Archelaus duodecimus Macedoniae rex. 165. e. eius scelera. 166. a. Euripidem publice luxit.	ibid.
Anthiæ piscis captura.	279. e.	Archilochus Parus poeta. 268. e. lambo primum usus.	ibid.
Anticyra Phocidis urbs. 33. d. helleboro clara. ibid.		Archelaus II. decimus quartus Macedoniae rex. 166. d.	
Antigonea Mygdoniae urbs. 131. d. eius situs. ibid. ab Antigono Gonata condita. ibid.		Ἄρχοντες Atheniensium Medontidae dicti. 81. b. perpetui ibid. decennates.	ibid.
Antigonia 7. b. diversa eius nominis oppida. jbi.		Areopagus Athenis 83. d. de eius auctore dissentiunt authores.	ibid.
Antigonus Gonatas eiusque varia fortuna. 198. d. res gestæ. ibid. cur Gonatas dictus. 200. e.		Aretas Scytharum rex à Phillippo Macedone devictus.	170. c.
Antigonus tutor Doson & ἐνεργέτης dictus 202. d. Cleomenem Lacedæmoniorum regem vincit. 203. c. eius mors.	ibid.	Arethion amnis.	17. d.
Antipater matrem Thessalonicen occidit 185. c. à Lyfimacho occisus.	ibid.	Arethusa fons siciliæ.	47. e.
Antolycus Sinopen condidit.	312. b.	Arga ubi condita.	116. b.
Antonij Augustini error.	120. c.	Argeus quintus Macedoniae rex 163. d. à quo Ἀργεάδαι ibid. eius stratagema.	ibid. e.
Antonij Augustini opinio improbata.	145. a.	Argivi universi Græci appellati.	64. c.
Aonia Bœotia dicta.	89. d.	Argivorum regum series.	68. a.
Aous amnis, Æoas & Anas dictus.	4. e.	Argonautarum iter.	297. c.
Ἄπειρος ☉ Epirus Dorice dicta.	ibid.	Argo cur fatidica.	15. e.
Apelles pictor nobilis.	270. d.	Argos Achaicum.	55. c.
Aper Calydonius. 30. b. eius dentes.	ibid.	Argos Amphilocheicum 20. d. de eius conditore dissensus.	ibid.
Aphrodisias Træzen olim dicta.	53. a.	Argos Peloponnesi urbs. 64. c. eius varia nomina. ibid. situs. ibid. δῆμιον & ἀνύδρον.	ibid.
Apollinis Colossus Capitolinus Lúculo transfatus.	156. d.	Argyrippa à Diomede condita.	30. e.
Apollinis Genitoris templum in Delo.	260. c.	Ariadna in Naxa à Theseo relicta.	263. d.
Apollinis Marmarini templum.	231. c.	Ariarathes varij Cappadocum reges.	304. d.
Apollinis Malæntis templum Mytolenis. 248. b.		Ariobarzanes Cappadociae rex. 300. c. Φιλοσοφία ☉.	306. d.
Apollinis Sminthij templum in Tenedo. 244. b.		Arion Citharædus.	73. a.
Apollinis Ismenij cultus apud Bæotes 91. e. eius templum Thebis.	92. a.	Aristomenis Aessenij fortitudo. 51. c. eius mors.	ibid. sacrificium.
Apollinis Lathraei templum prope Calydonem. 31. c.		Aristoteles emendatus.	5. d.
Appiani error de Cappadocia.	300. e.		
Apollo apud Hyperboreos cultus.	162. b.		
Apollo Lynceus. 66. d. & 67. a. Argis cultus. ibi.			

INDEX

- Aristotelis libri de rep. Acarnanum. 22.d. Bellum Sacrum Phocense. 34. c
 De Aristotelis morte falsa opinio. 229.b. Bessariensis Cardinalis Trapezuntius. 303. b
 Arnobius explicatus. 125. d. Biceps vultus in Tenediorum nummis. 243. d
 Arva Patræ dictæ fuerunt. 43. e. Bidæus Magistratus Spartæ. 58. b
 Artes Minervæ & Vulcano acceptæ referuntur. 241. d. Bimaris Corinthus. 71. e
 Arvisium vinum. 251. e. Bisaltarum rex sex filios excæcavit. 37. c
 Asia. 35. b. Bisaltæ Macedoniæ gens fortissima. 126. e. equi-
 ΑΨΠΕΤΩ Achilles Epirotis dictus. 10. b. num sanguinem cum lacte bibebant. 137. b
 Asra Hesiodi patria in Thespiensium agro. 91. b. Bithynia. 319. c. eius varia nomina. ibid. eius
 reges. 321. d
 Asyla peculiari alicui numini consecrata. 125. a. Bos cum vitulo quid in nummis. 211. b
 Asylum apud Coos. 271. d. Bos in nummis quid designet. 4. b. 10. d.
 Asylum quid. 124. c. ab Hercule primum aper-
 tum ibid. Athenis. ibid. Bos in nummis Corcyrenium. 211. c
 ΑΨ Athenæ dictæ & ακρόπολις 82. e. Bovæ Nelei. 50. b
 Atabyrius mons altissimus Rhodi. 274. e. Boum armentis prisca heroes studebant. 50. b
 Athenæ à Lacedæmonijs occupatæ. 82. c. sub
 Macedonum & Romanorum potestate. ibid. ΒΨ Atheniensium moneta. 85. a
 eius situs. ibid. e. Brennus Gallorum dux. 38. c
 Athenæ ex duodecim oppidis constabant. 80. a. Βερίμαρτις Diana à Cretensibus culta. 224. b
 à Theseo conditæ. ibid. cur sic à Pallade di-
 ctæ. ibid. πλειδώνια quoque appellatæ. ibi.
 claris viris celebres. ibid. eius reges
 ibid. c. Bucephalus Alexandri M. equus. 181. d. ob quem
 Bucephaleam condidit. 182. a. unde sic dictus.
 ibid.
 Athos mons Thraciæ altissimus 134. d. ab Atho
 gygante sic dictus. ibid. eius umbra in Lem-
 num insulam pertingit 135. a. à Xerxe perfos-
 sus. ibid. c. hominis formam refert. 136. b. cur
 ἄγιον ὄρος. ibid.
 Athos urbs in Atho monte. 134. d. Bullis colonia Romanor. 6. c
 Atticorum moneta varia. 85. a. Buthrotus Thesprotiorum urbs. 16. c. unde
 dicta. ibid. eius situs. ibid.
 Atticæ CLXXIV populi & x tribus. 87. b. Byzæ Naxij inventum. 46. a
 Atticæ situs 77 d. Ionia olim dicta ibid. & A-
 ctæa. ibid. duodecim eius oppida. 80. a. Byzas quando vixerit. 150. d. 155. b.
 Aulis Bœotia urbs eiusque portus. 90. d. Byzantij muri & turres. 154. a. b. à Turcis occu-
 Aurea poma Veneris in Cypro. 286. c. pata. ibid. e.
 Aurei velleris fabula. 297. c. Byzantium quando condita. 150. c. a
 Auris Bœotia. 90. c. Byfa sic dicta. ibid. Negarensium colonia 151. a.
 Aufonius explicatus. 213. b. Byfa sic dicta. ibid. & Antonia ibid. eius si-
 tus. ibid. d. eius piscatura. 152. a. eius varia
 A'υτόχθονες Arcades dicti. 60. d. fortuna. ibid. P. Rom. fidelis 153. a. à Gallie-
 no instaurata 153. c. Constantinopolis dicta.
 B. ibid. d. & Noua Roma. ibid.
 Βαβύνα pons ubi. 62. d. Byzantium sub perinthijs. 149. c.
 Bacchæ pellibus indutæ. 311. a. Bassarides cur di-
 ctæ. ibid. C.
 Bacchiadarum regnum Corinthi. 72. d. Cadmæa arx. 57. d.
 Bacchi effigies qualis. 6. b. Cadmæa arx Thebarum à Cadmo extructa. 92. c
 Bacchi fallacis templum. 164. a. Cadmus primus Thebarum rex. 92. d.
 Bacchus à Gytheatibus cultus. 56. c. Caduceus Mercurij. 61. e.
 Bacchus Barbatus. 264. c. Cælij Rhodigini lapsus. 194. d.
 Bacchus Lyfius & Lyæus dictus. 157. b. Q. Cæcilius Metellus Macedonicus dictus. 122. d
 Bacchus Thebis oriundus. 95. d. barbatus 96. e. Calydon Ætoliæ urbs. 24. d. unde dicta. ibid.
 διμορφωτός, ibid. Caloieri monachi in Atho monte. 136. c.
 Bœotia situs 89 b. unde dicta. ibid. eius varia
 nomina. ibid. Callisthenes Olynthius. 133. e. eius mors.
 Τριθάλαττι dicta. ibid. e. urbes. 90. d. 134. a.
 Bœotij agrestes 90. c. unde dicti. ibid. Camara urbs Cretæ. 221. d.
 Bagedaonia pars Cappadociæ 304. b. eius ste-
 rilitas. ibid. Cancer in nummis. 20. b.
 Bassarides cur bacchantes dictæ. 311. b. Canis cur Æsculapio addatur. 69. c.
 Bartus Melitæ rex. 290. c. diversus ab illo qui
 Cyrenas condidit. ibid. Cantharus Baccho sacer. 95. e. 97. b
 Bellerophontis historia. 74. d. Caphareus mons. 229. c.
 Bellum Sacrum. 169. e. Cappadocia Ponti provincia. 299. c. eius situs.
 ibid. unde dicta. ibid. varie olim divisa. ibid.
 regibus semper subiecta. 300. b.
 Cappadoces λωκασίροι dicti. 290. c. improbi.
 300. e. celebres Ecclesiæ doctores. 301. b.
 Caranus primus Macedonum rex. 162. d. eius o-
 raculum. ibid. eius statutum. 163. a.
 Caralia insula quæ. 292. c.
 Cares Lemnum habitarunt. 239. b.
 Carpathia Cypri urbs. 286. d.
 Carpathium mare. 273. e. Proteo habitatum.
 ibid.
 Carpathus

I N D E X.

Carpathus una Cycladum. 273. e. eius situs. 174.	Clearchus Heracleæ tyrannus.	318. a.
a. unde dicta. ibid. Τετραπόλις dicta. ibid.	Clementiæ ara Athenis.	86. c.
Carystiæ aves. 232. b.	Cleombrotus Ambraciota.	19. a.
Carystius lapis ἡξαινομάρι 231. c. mantilia ex eo parata. ibid.	Coæ vestes, & Coum vinum.	270. a.
Carystus Eubœæ 231 b. unde dicta. ibid.	Cocytus Fluvius Thesprotiæ.	14. d.
Cassander Antipatri filius eiusque res gestæ: 183. a. à Polyperchonte deficit ibid. regnum Macedonicum affectat ibid. d. Cassandriam condidit 184 a. Alexandri M. liberos tollit. 184. b.	Codrus Atheniensium rex ultimus.	81. a.
Cassander Thebas instauravit. 95. c.	Cœnus secundus Macedonum rex.	163. b.
Cassandra in pallinensi Isthmo 129 d. potidæo olim dicta ibid. Corinthionum colonia ibid. eius situs 130. b. potentia. ibid.	Coi ex Heraclidarum stirpe.	272. b.
Cassiopeia Corcyra dicta 209. c.	Colchorum situs 296. d. à quo conditi. ibid. inhospitalitas. 297. a.	
Castorium carmen 58. d.	Colossus Solis in Rhodo. 277. c. eius magnitudo. ibid. quando corruit. ibid.	
Cecrops Atticam condidit. 79.	Columbâ Dodonæ responsa dabat. 15. a.	
Cecrops cur Διφύης appellatus. 80. c.	Columnæ in Dodonæo templo vocales. 15. d.	
Celæni Phrygiæ urbs 301 e. in ea horti regij. ibid.	Concilium Chalcedonenfe 321. b. Nicænum. 324. c.	
Cenchreæ portus Corinthiorum. 72. a.	Constantinopolis Orientalis imperij caput à Turcis capta. 154. c.	
Centauri cur Thessali dicti. 107. b.	Constantinus Imp. Byzantium instauravit, & Imperium eo transtulit. 153. c.	
Ceraunij montes 7. a. nautis formidabiles ibid. cur Acroceraunia dicta. ibid.	Coræbus Eliensis Olympionices. 46. c.	
Cerberus ubi in lucem protractus ab Hercule. 313. e.	Corcyra duplex 209. c. eius situs & varia nomina. ibid. Corinthiorum colonia. 210 b.	
Ceres Achæa unde dicta. 42. d.	Corinna Tanagræa. 98. d.	
Ceres cur bovi infideat 125 c. à Iovè sub tauri forma vitiata. ibid.	Corinthiacum bellum. 2. d. 210. e.	
Ceres tædifera 78 b. μαλόφορ 200. c. ibid. c.	Corinthiorum Resp. varia. 72. c.	
Cereris Panachææ templum. 42. d.	Corinthus, Chalcis, Demetriæ tres Græciæ compedes. 112. d.	
Cerinthus Eubœæ urbs. 232. c. eius conditor. ibid.	Corinthus everfa. 41. a.	
Ceronia Cypri urbs. 287. b.	Corinthus Ephyra dicta 71. c. unde nomen acceperit. ibid. eius situs. ibid. d. bimarit. ibid. à Mummio everfa. 73. d.	
Charonea ad Heliconem sita. 91. b. Plutarchi patria. ibid.	Cornucopiæ in nummis quid. 6. d.	
χαλανίτις Minerva. 75. d.	Corona Olympica qualis. 46. d.	
Chalcedon Bythyniæ urbs. 19. d. à Megarensibus condita. ibid. eius varia nomina. ibid. cæcorum oppidum dictum. ibid. eius oraculum de Gothis. 320. c.	Cortina Delphica. 38. c.	
Chalcedonijs XXI mensis dies nefastus. 321. a.	Corycus promontorium Cretæ & urbs. 221. c.	
Chalcis duplex. 27. e.	Cos insula 269. c. eius varia nomina. ibid. ab Hercule vastata. ibid. Æsculapio dicata. 270. c. eius viri celebres. ibid. d.	
Chalcis unde dicta 227. e. Asopis & Hellopia. 228 a. eius coloniæ. ibid. c.	Cosa eadem cum Proserpina. 143. a.	
Chaon Heleni frater. 7. e.	Cranaë insula in Laconica. 226. e.	
Chaonia Epiri provincia 7. d. à Chaone dicta. ibid. eius celebria loca. 8. a.	Cranai Athenienses dicti. 89. a.	
Chelidoniæ insulæ ubi & quot. 279. c. naufragijs celebres. ibid.	Cretæ insulæ situs, magnitudo 217 b unde dicta ibid. εκατόμυλλις vocata ibid. e. eius urbes præcipuæ. 218. a. mari imperat ibid. c. à Romanis devicta 220. c. Venenis caret. ibid.	
Cherronesus quid. 146. b. quatuor nobiliores. ibid. Thracica à Miltiade muro circumdata. ibid. Atheniensium colonia. ibid. e.	Creugas pugil nobilis. 3. d.	
Chilo athleta patrensis. 45. a.	Cupido marmoreus Praxitelis Thespijs. 91. a.	
Chilonis dictum de Cythera insula. 214. e.	Curium Cypri urbs. 28. d.	
Chimæra monstrum. 74. d. 75. b.	Cydæ oppidum. 222. a.	
Chiron Æsculapij magister. 69. a.	Cydonia Cretæ urbs. 223. b. unde dicta. ibid. Apollonia appellata. ibid. à Metello occupata. ibid.	
Chius insula potens 249. c. varia eius nomina. ibid. eius incolæ ibid. celebriores viri. 250 e. vinum nobilissimum. 251. e.	Cydonitæ egregij sagittarij. 224. a. Dianam in primis coluere. ibid.	
Cicada musicæ symbolum. 62. b.	Cyllenius cur dictus Mercurius. 61. d.	
Cicadæ in Atheniensiu nummis & ceteris. 86. b.	Cyprus insula 280. b. eius situs & magnitudo. ibid. varia eius nomina. ibid. Ceraftes unde dicta. ibid. olim Syriæ continens. ibid. eius potentia. ibid. Veneri sacra. 281. a. varij eius incolæ. ibid. à Saracenis occupata. 282. b. postea à Turcis. ibid.	
Cincinnati capillorum cornua. 178. e.	Cyrrhæus ager Apollini consecratus. 34. c.	
Cista in orgijs Bacch. 220. c.	Cytheræ insulæ situs. 214. e. Porphytis appellata.	

I N D E X

lata. ibid. Veneri Sacra.	215. c.	Diana Tauropolos eiusque templum in Icaro insula.	156. c.
Cythus insula. Ophiusa & Dryopis dicta.	265. b.	Dietyнна Diana a Cydonijs culta.	224. b.
Cytorum urbs ad Pontum buxi optimæ ferax. 303. d. mons eiusdem nominis.	ibid.	Diodorus Siculus explicatus.	172. c.
D.		Diogenetus nobilis architectus Rhodius	273. a.
Danaus ὑδροφόρος	64. e.	Diogenes Cynicus sinopites.	312. d.
Darij bellum contra Athenienses.	81. e.	Diomedis historia.	30. d.
Darius ab Alexandro M. victus.	174. a.	Δίουσος ἑσώτηρ.	144. d.
Daulis Phocidis urbs.	33. d.	Dionysipolis Crunos olim vocata.	159. c.
Dejanira ubi mortua.	109. c.	Dioscurias Colchorum urbs.	297. a.
Δεκάβοιον quæ pecunia summa Athenis.	85. a.	Dinocrates Architectus.	135. c.
Dejotarus Galatiæ rex.	309. a.	Diphilus Siphnius medicus Illustris.	267. c.
Delos Cycladum clarissima. 259. b. eius varia nomina ibid. eius varia Etymologia. ibid. olim vaga inter undas. ibid. commune Græciæ ærarium. 251. a. terræ motibus nunquam concussa.	ibid.	Dodona a Dodone.	9. c.
Delphi Phocidis urbs præcipua. 35. d unde dicta. ibid. Apollinis oraculo clara. ibid. 38. d. cur Pytho vocata ab Homero. ibid. in Parnassosita. ibid. c. umbilicus terræ.	36. a.	Dodonæum æs.	16. c.
Delphicum bellum.	28. b.	Dodonæum oraculum ex Scotussa urbe translatum.	118. b.
Demaratus Corinthius.	73. b.	Donaria templi Dephici. 37. e. sæpius spoliata.	38. a.
Demetrium diversa urbs a Demetriade. 111. e. eius situs. ibid. unde dicta. 112. a. Pyrrafus appellata.	ibid.	Dorus Deucalionis filius.	39. d.
Demetriacus finus.	112. d.	Draco minervæ Sacer.	85. d.
Demetrias nobilissima Thessaliæ urbs. 112. b. in pelagico sinu. ibid. a quo condita. ibid. an eadem cum Pagasa.	ibid.	Δρέπαιον cur Corcyra dicta.	209. d.
Demetrius Poliorettes.	112. b. 113. b.	Drymodes olim Arcadia dicta.	60. b.
Demetrius μονόφθαλμος 187. b. a Ptolemæo vincitur. ibid. Athenas occupat 188. a. eius res gestæ. ibid. &c. regium nomen suscipit. 189. Poliorcetes dictus.	190. c.	Dyrrachij trajectus in Italiam brevissimus. 1. b. ibid.	
Demetrius Antigoni filius Macedoniam & Epirum occupat. 201. c. Aratum Sicyonium superat.	ibid.	Dyrrachini Venerem colebant. 3. c. Herculem	4. c.
Democritus Abdetitanus.	142. d.	Dyrrachium & Epidamnus diuersæ urbes. 1. d.	
Demosthenis orationes contra Philippum	170. d.	Dyrrachium olim Epidamnus. 1. c. Epiri metropolis. ibid. unde dictum.	ibid.
Delphus Neptuni filius.	35. d.	Dyrrachius Neptuni filius.	1. d.
Deorum certamen de tutela Ambraciæ.	19. d.	E.	
Diana ab Epirotis culta.	13. d.	Edyssa urbs cur Ægea appellata.	162. c.
Diana a Macedonibus culta propter venationes.	124. c.	Ἐκατέμεια quale Sacrum.	55. b.
Diana Βελιμαρτίς	224. b.	Ἐκατέμυλλος Thebæ Agyptiæ.	63. b.
Dianæ Ephesiæ signum 159. d. πόλεμος	ibid.	Ἐκατέμφοια quod sacrificium.	52. c.
Dianæ Oritiosæ templum.	155. b.	Elatia phocidis urbs.	33. d.
Dianæ Stymphaliæ templum.	63. c.	Elatus quis.	33. d.
Dianæ Σωτείρας templum.	53. d.	Elei Dis extertis libabant.	50. a.
Dianæ Ætolæ templum Nappaeti.	26. d.	Ἐλευθέριος Σελῶς.	54. b.
Diana Laphria a Calydonijs culta.	31. b.	Elis Achaïæ contermina. 45. d. ab Epeis habitata. ibid. eius urbes celeberrime.	ibid.
Diana Laphria a Patrensibus culta.	44. c.	Elis urbs.	45. d.
Dianam Macedones imprimis colebant.	168. b.	Ἐμβατήριον carmen.	58. d.
Diana Tauropolos a Thracibus culta. unde sic dicta.	139. b. ibid.	Ἐνώλια saltatio Curetum.	218. d.
		Ἐνώλιον carmen.	58. e.
		Evenus amnis. 29. d. Lycormas antea dictus	ibid.
		Epaminendæ res gestæ.	52. a. b.
		Epaminendæ victoria & mors.	61. c.
		Epaminendas Thebanus.	95. a.
		Epei Elidem incoluerunt.	45. d.
		Epicnemidij Locri.	31. d.
		Epidamnij agriculturæ studiosi.	4. b.
		Epidamnus quando condita. 2. b. Corcyraeorum colonia ibid. eius situs ibid. postea Dyrrachium.	1. c.
		Epidamnus in Argolica terra Ἐπίκαρ olim appellata. 58. c. eius varia nomina.	ibid.
		Epidaurus Dalmatiæ nunc Ragusia.	58. b.
		Epidaurus Laconia Λιμνηρὰν dicta	58. b.
		Μονεμκάσια nunc appellatur.	ibid.
		Epidaur-	

I N D E X

- Icarus insula à qua Icarium mare. 255. e. unde dicta. 256. a. eius urbes. ibid.
- Iasonis & Medæ nuptiæ in Corcyra. 210. a.
- Iasonis navigatio ad aureum vellus. 297. c.
- Idarrium Cypri oppidum Veneri sacrum. 288. c.
- Iliithya Dea eadem quæ Lucina. 43. a. Iunonis filia. ibid. unde dicta, & cur cum face pingatur. ibid.
- Inachus fluvius unde dictus. 65. b.
- Inachus primus Argivorum rex. 65. b.
- Ioannis Austriaci insignis victoria. 26. d.
- Ioannis Meursij laus. 88. c.
- Ioannis Tzetzis lapsus. 323. d.
- Ioniæ urbes. 295. d.
- Iovis Ammonis oraculum. 15. a.
- Iovis Ἀρείας templum. 10. a.
- Iovis Atabyrij delubrum in Rhodo. 274. e.
- Iovis Dodonæi oraculum. 10. a. 14. d. vetustissimum. 5. à. eius origo. ibid. quando cæperit. 15. c.
- Iovis & Europæ concubitus. 225. d.
- Iovis hospitis ara in Cypro. 285. c.
- Iovis Ithomata effigies. 52. c. quomodo à Messenijs cultus. ibid.
- Iovis Lycæi vultus. 62. a.
- Iovis Olympij simulacrum Phidiæ opus. 45. e.
- Iovis Olympij templum Athenis. 84. b.
- Iovis Olympij templum. 45. d. quis dedicavit. ibid. eius structura. 46. a. magnitudo ibid.
- Iovis Olympij vultus. 47. d.
- Iovis Orcij simulacrum. 46. e.
- Jovi præter Iunonem nulla Dea conjungitur. 10. d.
- Jovis Vry templum. 321. b.
- Jphis in marem versa. 225. b.
- Jphitus Olympicorum instaurator. 46. b.
- Jsidori lectio corrupta. 268. a.
- Jsmarus postea Maronca. 143. d.
- Jsimene Bœotia vicus. 97. a.
- Jsthus Neptuno Sacer. 76. a.
- Jstia Eubœæ urbs. 233. b. ab Atheniensibus condita. ibid. Oreum postea appellata. ibid. sub Romanis. ibid.
- Jstros vel Istropolis Milesiorum colonia. 161. b.
- Jul. Cæsar Corinthum restituit. 74. b.
- Julius Pollux emendatus. 88. b.
- Junonis Ammonia effigies. 49. e. Sospitæ. 50. a.
- Junonium certamen inter virgines. 47. c.
- Juno Sceptrifera. 20. b.
- Junonis templum in Melita. 291. b.
- Junonis Pharygæ templum Locris. 103. e. ea Scharphea & Tarphea appellata. 104. a.
- Juno Stymphali educata. 63. b. & 64. b.
- Juno in Samo nata. 255. a.
- Junonistria delubra & tria nomina. 63. b.
- Jupiter Ammon arietinis cornubus, non Arcinis. 178. a.
- Jupiter Ἀβῶ. 136. d.
- Jupiter capellæ lacte nutritus. 42. a.
- Jupiter horrida barba pictus. 4. a.
- Jupiter in creta natus. 221. b.
- Jupiter Larissæus. 66. d.
- Jupiter Liberator, ejusque templum. 54. b. ibid.
- Jupiter ὁμῶς. 40. b. Homagyrius. 42. c.
- Iuramentum ante certamen Olympicum. 46. e.
- Iustini error. 110. e. 151. b.

K.

- Κεράπιν. Βαμὸς in Delo. 260. b.
- Κωὸς κεφαλῶν quis locus Thessaliæ. 118. c.
- Κυθνώδεις τυμφοραί, proverbium. 265. b.
- Κωλιδίς Venus unde dicta. 88. d.

L.

- Labyrinthus Lemnius. 241. a.
- Lacedæmon cujus filius. 56. d.
- Lacedæmon unde dicta. 56. d. Sparta vocata. d. ejus reges 56. e. muris carebat. 57. d. ejus arx. ibid.
- Lamiacum bellum. 110. c.
- Lamiacum bellum Atheniensium contra Antipatrum. 182. e.
- Lamia Thessaliæ urbs. 110. b. ejus situs. ibid.
- Lappa Cretæ urbs. 222. d.
- Lapethus Cypri urbs. 287. c.
- Laphria Diana. 31. b.
- Larissa non una Thessaliæ urbs. 113. c. primaria ad Peneum fl. ibid. à quo condita. ibid. Thessalicum Argos dicta. ibid. non procul à Pharfalicis campis. 114. a.
- Larissa sub Ossa monte κρεμασῆς dicta. 114. c.
- Larissa arx. 65. a.
- Lathraus Apollo. 31. c.
- Laurea corona Æsculapij. 71. a.
- Laurus Apollini sacra. 159. a.
- Lechæus portus Corinthiorum. 72. a.
- Lelapa Canis. 7. b.
- Leleges Laconia populi. 55. c.
- Lemniarum mulierum sævitia in viros. 340. a.
- Lemnus insula Δυόπολις 238. e. Vulcano sacra 239. a. ejus incolæ. ibid. à Miltiade occupata. ibid. ejus terra mirabilis. 240. c.
- Leonidas Laconum rex. 59. a.
- Leosthenes Atheniensis. 110. c.
- Lepores in Carpatho insula. 274. b.
- Lesbium vinum. 245. d.
- Lesbus insula. 244. e. ejus varia nomina. 245. a.
- Leucadius Apollo. 212. c.
- Leucas Acarnania caput. 22. d.
- Leucas olim peninsula. 212. b.
- Leucata petra. 122. c. saltus ex ea. ibid.
- Leucata mons. 24. a.
- Leuctrica pugna. 52. a.
- Liberi patris fons in Andro. 258. c.
- Libethrius fons Magnesiæ. 119. d.
- Libon architectus. 46. a.
- Linum asbestinum. 231. e.
- Lipara insula. 292. d. Melogonis antea dicta. ibid. unde nomen acceperit. ibid. cur Dorica vocetur. 294. d. ignivoma. 294. c.
- Liparus

I N D E X

Liparus quis fuerit.	292.c	Mantilia ex Carystio lapide.	231.d
Livius emendatus.	208.c	Marcianus Heracleota emandatus.	26.a
Laconia situs. 55. b. <i>ἐκατόμπολις</i> dicta. ibid. e-		<i>μακρονήζου</i> Creta dicta.	217.d
jus incolæ primi ibid. urbes.	ibid.d	Marmanus vicus Eubææ ubi marmor nobilif-	
Locrenses Vrigines ad Trojam missæ. 10. d		simum.	231.c
quam ingredi eis nefas.	ibid.	Maroneum vinum.	144.a
Locri Epicnemidij unde dicti. 103. c. Leleges		Maronia Thraciæ urbs à quo condita & appel-	
olim vocati ibid. eorum urbes celebriores.		lata. 143. d. Ismarus dicta.	ibid.
ibid.		Maronitæ à Phillippo interfecti.	144.d
Locri Epizephyrii dicti.	314. b	Marsyæ amnis fons.	301.e
Locri in Africa.	31.e. 32.c	Marathonia pugna.	82.a
Locrorum quatuor genera.	31.a	Martialis explicatus.	260.b
Longi muri Athenis.	83.d	Martianus Cepella emendatus.	121.e
Lopadusa insula.	289.a	Massilia Phocensium colonia.	35.b
Lucinæ habitus apud Romanos.	43.e	Medicum bellum	54.a
Luctacij Grammatici error.	36.c	Megalopolis Arcadiæ urbs.	61.c
Lucumo postea lucius Tarquinius	73.d	Megalusus oppidum.	304.c
Lucis AEsculapij.	70.c	Megaræ situs. 76. c. unde dicta. ibid. olim Nisa	
Ludorum AÆtiacorum origo.	23.e	appellatu. ibid. ejus incolæ diversi. ibid. eius	
Ludorum Olympicorum auctor. 46. b. instau-		arx Alcarhoë. ibid. eius reges.	ibid.
rator.	ibid.	Megarensium oraculum. 77. a. bellum contra	
Ludovici Carrionis error.	298.b	Athenienses. ibid. b. clades. ibid. coloniæ.	
<i>Λυγάνδροποι</i> .	62.b	ibid. d.	
Lunæbigis varia animantia tribuuntur	262.b	Megarici Philosophi 77. Eristici dicti.	ibid.
Lycaonia Arcadia dicta.	60.c	Megiste Lyciæ insula.	279.a
Lycaonis fabula.	62.b	Mela explicatus.	288.e
Lyceum Athenis.	84.c	Meleager Macedoniæ rex.	179.a
Lycæus mons Arcadiæ.	62.a	Melita insula in Africo mari.	290.b
Lycormas quis fluvius.	29.e	eius situs. ibid. a Turcis obfessa.	292.a
Lychnus aureus <i>ἄσπερ</i> Athenis.	83.b	Melirenses vestes. 291. b. catuli ibid. d. milites	
Lycurgus ex Creta leges Spartam detulit. 219. d		ibid. e	
Lycurgus Lacædemoniorum legis lator. 56. d.		Mellis Trapezuntini natura.	303.b
57. e. ejus instituta.	58.a	Mercurius ab Arcadibus cultus.	61.d
Lynces Baccho Sacræ.	145.a	Mercurius <i>Χαριδότης</i> à Samiis cultus.	255.b
Lysimachus Callisthenis auditor. 192. a cum		Mercurius in nummis quid.	319.a
Leone depugnat. ibid. Thracibus præficitur.		Mercurius Perammon.	50.a
193. b. ejus mors. ibid. ejus cum Seleuco pu-		Messena peloponnesi quando condita.	52.b
gna.	194. b	Messene Siciliæ Zancle dicta.	52.a
Lysimachia Cherronesi urbs. 147. d ubi olim		Messenij ex Sicilia in Poloponnesum redierunt.	
Cardia fuerat. ibid. Cardia dicta 148. a. ab		52. b	
Antiocho restaurata.	ibid. d	Messeniacum bellum.	59.e
Lysimachia terræ motu eversa.	194. b	Messeniacum bellum.	50. e 51. a
Lysandri victoria.	58. c	Messenia regio Elidi contermina. 50. d. primi ejus	
Lyra Symbolum Apollinis.	25. b	cultores ibid. unde dicta.	ibid.
		Messenij à Lacædæmoniis victi. 51. b. in Sici-	
		liam trajiciunt. 52. a. Messenen condiderunt	
		ibid.	
		Metellus Creticus.	220. c
		Metropolis Thessaliæ urbs. 115. b. ejus situs ibid.	
		Cæsari se dedit.	ibid.
		Migonitidis Veneris templum.	227.a
		Milesiorum coloniæ & pōtentia.	296.a
		Mileti coloniæ plurimæ.	295.e
		Miletus à lupo educatus.	223.d
		Miltiadis victoria.	82.a
		<i>μυαλλόνες</i> puellæ.	164.a
		Minerva Alcida à Macedonibus culta.	172.c
		Minerva cum fulmine.	48.d
		Minerva Erysiptolis.	54.d
		Minerva Ithonia à Thessalis culta. 107. e. unde	
		dicta.	108. a. 115. d
		Minerva Panachais.	45.b
		Minerva Polias ubi culta. 54. c. Stenias.	ibid.
		Minerva Zosteria apud Locros culta.	104. b

M.

I N D E X.

- | | | | |
|---|----------|--|---------------|
| Minervæ Asiæ cultus & templum. | 298. a. | Nicæa Bithyniæ urbs. 324. e. eius varia nomina. | |
| Minervæ lucus in Lemno. | 241. d. | ibid. situs. ibid. eius ager fertilis. ibid. imperij aliquando sedes. | 225. a. |
| Minervæ Poliadis templum Athenis in arce. 83. b & statua. | ibid. | Nicæna Synodus. | 325. a. |
| Minervæ Poliuchæ seu Calchiæcos templum. | 57. e. | Nireus Græcorum pulcherrimus ad Troiam. | 273. b. |
| Minervæ ταυροβόλος templum in Andro. 258. c. | | Nicolai Gerbelij laus. 90. b. eius lapsus | |
| Minos legislator Cretensium 219. a. Iovis auditor. | ibid. | ibid. | |
| Minotaurus in nummis Græcorum. | 20. b. | Nicomedia Bithyniæ urbs. 323. c. diversa ab Astaco. ibid. terræ moribus crebris obnoxia. | |
| Minotaurus à Theseo interfectus. | 220. a. | 324. a. | |
| Minutius Fælix explicatus. | 159. e. | Nicomedes varij Bithyniæ reges. 321. d. à Zi-pæte Thrace oriundi. ibid. Nicomedes | |
| Mithridaticum bellum. | 316. a. | Ἰπποφάνης. | 322. b. c. |
| Mithridates Cappadociæ rex. 305. a. amicus Pop. Romano. ibid. eius res gestæ. | ibid. | Nicopolis Augusti. 24. e. diversa ab Actio. | |
| Mithridates Eupator & eius res gestæ. 314. d. eius bellum contra Romanos. 315. c. corporis custodiam quibus commiserit. 316. d. Dionysius dictus. | ibid. | ibid. | |
| Molossi ab Ambraciotis fusi. | 18. c. | Nisa postea Megara. | 76. e. |
| Molossi canes. | 7. b. | Nisæa à quo condita. 78. d. Minoa olim dicta. | |
| Moneta primum à Thessalis signata. | 107. c. | ibid. eius situs. ibid. Megarensium navale. | |
| Mummius Corinthum evertit. | 73. d. | ibid. | |
| Mures in Tenediorum nummis. | 244. b. | Noctua Atheniensium signum. | 48. d. |
| Musæus tumulus Athenis. | 83. c. | Noctua cur Minervæ sacra 84. d, 85. b. in Atheniensium nummis. | ibid. |
| Musicæ studium apud Arcades. | 61. b. | Noctuæ nullæ in Creta. | 224. a. |
| Musicæ studium uirtutem accendit. | 58. c. | Nova Roma. Byzantium dicta. | 153. d. |
| Myrina Lemni urbs. | 242. b. | Nymphæum Apollonatum locus. | 5. b. |
| Myrmidones populi. | 107. b. | | |
| Myrmidonum sedes. | 117. c. | O. | |
| Mytilenæorum defectio ab Atheniensibus. | | | |
| 247. c. | | | |
| Mytilenæ Lesbi urbs primaria. 24. b. celebres ex ea homines. | 248. a. | Ochas mons Eubœæ altissimus. | 231. b. |
| N. | | Oëtimestris fœtus in Naxo vitalis. | 264. c. |
| | | Odeum Patrensiurum ex manubijs hostium. | 44. b. |
| Narcissi fons ubi. | 91. a. | Oedipi fabula. | 93. c. |
| Navalia Actiaca ab Augusto extracta. | 24. b. | Oenotropæ Anij filia. | 257. d. |
| Naupactium alij Locris alij Ætolis adscribunt. | | Oenus rex Calydonis. | 30. a. |
| 25. d. Dorienſium colonia ibid. unde dicta. | | Olea in Delo antiquissima. | 261. d. |
| ibid. e. quinam tenuerint. 26. b. nunc, Lepanto. | ibid. c. | Olenia capella Iovis nutrix. | 42. b. |
| Naxus insula eiusque varia nomina. 262. e. unde dicta. 263. a. eius incolæ, | ibid. | Oleaster Megaris in foro. | 77. d. |
| Neleia urbs. | 49. c. | Olympia urbs. 45. d. Pisa olim dicta, & Arpina. | |
| Neleus Nestoris pater. | 49. c. | ibid. | |
| Nemæorum ludorum auctor, & origo. | 66. c. | Olympiæ cum dracone concubitus. 180. c. & c. | |
| Νεωκέρϙ in nummis quid. | 180. a. | Olympiæ nemus Iovi sacrum, Altis dictum 47. d. | |
| Νεωκέρϙ quid in nummis. | 145. e. | Olympi Thessaliæ altitudo. | 106. e. |
| Neptuni fanum in Tenò insula. | 257. a. | Olympias quid. & à quo instituta. | 46. c. |
| Neptunus à Træzenijs cultus. 53. d. Φυπάλμι dictus. | ibid. | Olympica certamina quænam fuerint. | 46. d. |
| Neptunus cur à Bœotis cultus. | 91. d. | Olympium templum Athenis. | 84. b. |
| Neptunus Προσκληϙ ab Argivis cultus. | 67. c. | Olympus Cypri mons. | 286. e. |
| Neptunus rex quibus dictus. | 54. d. | Olynthus à Philippo Macedone excisa. 170. b. | |
| Nero templum Delphicum spoliavit. | 38. c. | Olynthus in Thraciæ & Macedoniæ limitibus. | |
| Nessus Centaurus. | 29. e. | 132. e. eius incolæ. 133. a. bellum cum Amynta. | |
| Nestor Nolei filius. 49. c. quam Pylum habitavit. | ibid. | ibid. a. Philippo occupata. | ibid. e. |
| | | Ominosa nomina antiqui vitabant. | 1. c. |
| | | Ο'μολϙ Iupiter. | 40. b. |
| | | Omphalium Chaoniæ urbs. 7. d. item Cretæ. ibi. | |
| | | Iones Ægialia ab Achæis expulsi. | 40. a. 41. e. |
| | | Opuntij Locri. | 31. d. |
| | | Opuntij populi. 101. b. ab Opunte urbe. | ibid. |
| | | Opus urbs unde dicta. 101. b. Protogeniæ urbs cur appellata. | ibid. |
| | | Oraculum Apollonatum 6. a. Iovis Dodonæi. | |
| | | 10. a. 14. d. | |
| | | Oraculum Delphicum quando cæperit. | 36. e. |
| | | Oraculum | |

INDEX

Oraculum Iovis Olympij.	46.b.	Peloponnesiaci belli origo.	210.d
Orchomenos Bæotix urbs.	91.d.	Πένθηλον.	46.d
Orea regio quæ.	53.b	Peparethus una Cycladum. 235. d. à Cretensibus olim habitata. ib. olei & vini ferax. ibi.	
Orestes à Træzeniis lustratus.	54.a	Perdiccas Amyntæ Macedoniae rex. 167. e. à matre sublatus.	168.a
Orestes decimus tertius Macedoniae rex.	166.	Perdiccas II undecimus Macedoniae rex. 165.d	
Orpheus lyra in templo lesbio:	246.a	ejus bellum cum Atheniensibus.	ibid.
Orpheus illustratus.	96. e	Perdiccas I. quartus Macedonum rex. 163. c	
Ottomanni à Christianis ad Naupactum subperati.	26.d	ejus sepulchrum.	ibid.
Ovidij error.	266.a	Periander Corinthi tyrannus.	73.a
Ovidij exilium.	160.e	Perinthus cur Heraclea dicta.	149.a
Ovidius explicatus.	201. 280.c	Samiorum colonia. ibid. à Philippo obsessa. ejus situs.	ibid. d
Ozola Locri. 32. a Hesperij appellati ibid. eorum urbes præcipuæ ibid. unde dicti. ibid		Perseus rex. 206. c. ejus bellum cum Romanis. ibid. ejus mors.	208.b
P.			
Pagasa Thessaliae urbs. 116. b. Argo navis ibi condita. ibid. unde dicta.	ibid.	Petri Gyllij descriptio Constantinopoleos. 153. e	
Pagasiacus sinus 116. c. Pagæaticus & Pelagicus quoniam dam dictus.	ibid.	Phæacia Corcyra dicta.	209. d
Palladis & Neptuni certamen de Træzenica regione.	54. c	Phœnix amnis 42. b. Meganites fluvius.	42. b
Palladis littoralis templum in Scyro.	235. b	Phæstus Cretæ urbs à quo condita.	224. e
Panachæa Ceres.	42. d	Phalerus portus Athenarum.	83. a.
Panachais Minerva ubi culta	45. b	Phasiana Dea. 302. a. ejus cultus.	ibid.
Pania Arcadia dicta.	60. c	Phenia insula Delo vicina.	260. a
Panis templum apud Amphlystios.	88. c	Phila oppidum à Demetrio conditum.	201. d
Panthera cur Baccho tribuatur.	145. b	Philetas poeta & Criticus	270. d
Paphus Cypri urbs. 282. e. Augusta cognominata. ibid. ejus conditor. 283. a. Veneri Sacra. ibid.		Philippicus nummus aureus.	169. d
Paralia & Eponia, Ambracia prius fuit dicta. 17. c		Philippopolis Thraciæ urbs. 139. e. Poniropolis cur ante dicta. ibid. diversa ab Hadrianopoli. 140. a. Eumolpias Marcellino.	ibid.
Paria Serpentes.	69. e	Philippus Antigoni Fil. Macedoniae rex. 294. ejus gesta & bellum cum Romanis.	ibid.
Parnassus mons.	35. e	Philippus Macedo 168. d. ejus res gesta ibid. & c. Vniuersæ Græciæ dux.	171. a
Paros insula. 267. e. ejus varia nomina. ibid. maiore nobilis 268. b. à Miltiade frustra oppugnata.	ibid.	Philippus sextus Macedoniae rex.	164. a
Parrhasia Arcadia dicta.	60. c	Philopæmen Achæorum prætor.	56. a
Patrae Achaiae urbs. 43. e Α'ρόνη dicta. ibid. à Patreo nomen habet. 44. a. ejus situs. ib. colonia Romanorum.	ibid.	Philopæmenis patria.	61. c
Patraeus Heros.	45. b	Phlegyæ Delphos spoliarunt.	38. a
Patrenses soli ex Achæis liberi 44. c. optimi funditores.	45. a	Phorbas serpentes in Rhodo sustulit.	275. c
Patroclus Opuntius	102. c	Phocenses sacrilegi à Philippo Macedone vincti.	34. d
Pauli Apostoli naufragium.	291. d	Phocenses bellicosi.	34. a
Paulus AEmilius Macedonia occupavit. 122. a		Phocensium colonia in Asiam minorem missa. 35. b	
Paulus AEmilius Perseum vicit.	207. e	Phocidis situs. 33. c. unde dicta. ibid. ejus urbes ibid. fecunditas 34. a.	
Pavonis amor mirabilis.	214. a	Phocus quis.	33. d
Pausaniae error.	232. b	Phryxi in Colchidem infelix expeditio.	297. c
Pavo Iunoni Sacer.	255. a	Phthia Thessaliae urbs.	117. c
Pausaniae interpretis error.	255. a	Phthiotis Thessaliae regio. 117. b. ejus situs. ib. ejus urbes. ibid. Deucalioni olim subdita.	ibid.
Pegaeus sinus Demetriacus vocatus.	112. d	Φυτάλλις. Neptunius.	53. d
Pelia Macedoniae urbs 126. b. ejus situs ibid. regum Macedoniae sedes. ibid. Alexan. Magn. patria.	ibid. c	Picturae ars ubi iuventa.	74. c
Pelagia olim Arcadia dicta.	60. b	Pintiani Sententia probata.	159. d
Pelagi Epirum incoluere.	9. c	Piræus portus Athenarum.	83. a
Pelagicum Argos ubi.	104. d	Pisaphaltum quid.	5. d
Pelagus quis.	45. e	Pisa urbs.	45. d
Pegasus in Corinthiorum nummis.	75. a	Pisistrati tyrannis.	81. d
Pelopides Thebas liberat.	95. a	Pittacus Mytelenæus 247. d. ejus pugna cum Phrynone.	ibid.
		Pittheja Træzen cur dicatur.	53. c
		Plataea Bæotix urbs.	90. d
		Plinij error indicatus.	326. b
		Plinius correctus	120. a
		Plinius restitutus.	217. d

I N D E X.

<i>Ποικίλη</i> porticus ubi. 47. d. ἡχῶν dicta. ibid.	
Poletes Epidamniorum.	3. b
<i>Πολιάς</i> Minerva.	83. b. 85. d
Polias Minerva. 54. c. cur dicta.	ibid.
Pollene peninsula Macedonia. 130. b. Phlegra olim dicta.	ibid.
Polybij interpretis error.	102. b
Polycaon Lelegis filius.	50. d
Polycrates Sami tyrannus. 253. c. cruci affixus 254. a	
Polydamas nobilis athleta. 118. d. ejus inusitatum robur.	ibid.
Polydorus Lacedamoniorum rex.	59. d
Pompeopolis paphlagoniæ urbs.	314. c
Ponti regiones & populi.	296. e
Pontens ἄξεν Ⓞ cur postea ἔυξεν Ⓞ dictus. 296. b	
Portus Buthroti.	16. d
Porus rex ab Alexandro victus.	175. e
Posidonia Træzen cur dicta.	53. a. c
<i>Πῶλ</i> Ⓞ nummus Corinthiorum.	75. b
Pramnium vinum in Icaro insula.	256. b
Proconsul Achaia.	41. c
Prusa duplex in Bithynia. 325. d. Cius prius dicta ibid. a quo condita. ibid. ad mare sita. 326. d	
<i>Προσεληνοί</i> Arcades dicti.	60. d
Protagoras Sophista Abderitanus.	142. e
Proteus in Carpathio mari.	273. e
Proserpna Cora dicta.	143. a
Prusias κωήτ Ⓞ Bithyniæ rex.	312. b
Prusias μονέδο Ⓞ Bithyniæ rex.	323. a
Prytanæum Athenis. 84. a. πρυτανεῖς unde dicti.	ibid.
Ptolemæi Cerauni Scelera & mors. 195. b. cur κέρανι Ⓞ appellatus 196. e.	
Ptolomæus Alorites Macedoniae rex.	167. d.
Ptolomæus forsitan emendatus.	140. a
Puellæ nupturæ comam tondebant.	53. e
Pueri in Olympicis certabant.	47. a
Pylus arenaosa.	50. a
Pylus Elidis urbs. 49. b. a. à quo condita. ibid. c ab Hercule expugnata.	ibid.
Pylus triplex in Peloponneso.	49. b
Pythagoras Samius.	254. c
Pythia vates.	37. a
Python draco ubi interfectus. 32. e. Delphinus vocatus. 35. d.	
Pyrrhæ sepulchrum.	101. c
Pyrrhi Epiri regis varia fortuna. 11. c. bellum cum Romanis. ibid. victoria cruenta. 12. a disciplina militaris. ibid. effigies.	16. b
Pyrrhica fallatio.	218. d
Pyrrhyca oves Epiri.	10. a
Pyrrhus Achillis filius primus Epirotarum rex. 11. b	
Pyrrhus Demetrium vincit. 190. a. Macedoniae imperat. ibid. e. ejus res gestæ & mors. 191. a. & c. 199. c	
Q.	
Quercus Dodonæa oracula reddebat.	15. b
Quercus duæ ab Hercule satæ.	
Quercus Iovi sacra.	10. c
Quinquertium Olympicum: 46. d unde. 29. b	
R.	
Ragusa olim Epidaurus.	68. b
Ranæ in Seripho mutæ.	266. b
Regum Bithyniæ series.	321. d
Regum Cappadociæ series.	304. d
Regum Spartanorum duo familiæ.	57. b
Reyneri Renicij laus.	57. c
Rhesus Amphipoli sepultus.	138. c
Rhodiourum potentia mari. 276. e. varia fortuna 277. a. eloquentia.	278. c
Rhodus ejusque varia nomina. 274. d. a ros. ib. ejus incolæ. 275. a. fertilitas. 276. a. cur clara dicta. ibid. colossus solis. 277. c. ejus clari viri, c. 278. a. soli sacra.	ibid.
Roma. Dea.	301. 6.
S.	
Saltus ex Leucata petra ad sedandos amores 212. c.	
Salutis simulachrum Ægij.	42. d
Samothracia unde dicta.	253. c
Samus ejusque varia nomina. 252. d. Unde dicta. ibid. ejus conditores ibid. Iunoni chara.	254. e
Sappho Poëtria ex Leucata petra se præcipitavit. 212. d. 213. d.	
Sappho Tribas. 246. c. cur mascula dicta. ibid. e. ejus effigies in nummis Lebiorum.	ibid.
Saronia Træzen dicta. 53. a. unde.	ibid. b
Satyrus captus.	5. d
Satyrus in templo Tanagræorum.	98. d
Scaligeri emendatio Virgiliana confirmatur. 266. b.	
Scanderbegus. 13. b. ejus robur.	ibid.
Scandia navale Cytheræ.	215. a
Scarphea Inno.	104. a
Sceptrum in nummis quid.	43. a
Scotussa urbs Thessaliæ in pelagis. 118. b. ejus situs. ibid. inde Dodonæum oraculum transfatum. ibid.	
Scutæ cur in Thebanorum nummis.	96. a
Scyphus Herculi tributus.	7. c.
Scyphus Herculis.	95. e
Scyros insula 234. b. ejus situs, & habitatores ibid.	
Securis anceps in Tenediorum nummis.	243. d
Senatui Rom. templa petita.	301. c
Sepulchrum Iovis in Creta.	222. c
Serapis effigies qualis.	216. b
Serapis Sinope Alexandriam transvectus.	313. d
Seriphus insula. 265. c. tota saxosa.	ibid.
Serpens AEsculapio cur adjungatur. 69. d. 70. a	
Sestus & Abydus.	147. a
Serij error.	284. a
Servius emendatus.	268. b
ervij lepus.	23. d
Sicilia à Pyrrho occupata.	12. b
Sinope Nympha Afopi filia.	311. d
Sinope Pontica urbs. 311. d. unde dicta. ibid. quando condita. 312. a. ejus situs. ibid. regia ibid. Milesiorum postea Romanorum colonia. ibid. a Turcis occupata.	ibid.
	Sinopites


I N D E X.

- Sinopites Iuppiter. 312.e. eius templum. *ibid.*
 idem cum Serapi. 313.a
- Siphnus vna Cycladum Meropia & Acis dicta. 266.d. eius thesauri. *ibid.* eius oraculum. 267.a
- Solinus amnis. 42.b
- Solinus restitutus. 231.b
- Solis colossus in Rhodo. 277.c
- Solis & Neptuni certamen de Corintho. 71.d
- Solis Eleutherij ara. 54.e
- Solis quadrigæ Corinthi. 75.c
- Sosthenes Gallos vincit. 197.d
- Σωτῆρ Ἀπόλλων Ambraciæ cultus. 19.c
- Sparta eadem quæ Lacedæmon. 56. d. vnde dicta. *ibid.*
- Sphingis effigies. 251.c
- Stadius explicatus. 30.a
- Statuæ Olympionicis positæ. 46.d
- Stella vel Sydus Mineruæ. 102.e
- Stephanus Byzantinus emendatus. 100.a.
 105.c. 114.c. 130.d. 231.b. 233.b. 257.d.
 259.c
- Stentias Minerua. 54.c
- Sulpon Philosophus Megarensis. 77.c
- Strabonis interpretis lapsus. 98.a
- Strabonis vera lectio defensa. 90.b
- Stymphalus fluuius. 63.c. lacus. *ibid.* & 64.a
- Stymphalus Arcadiæ vrbs. 63. b. vnde dicta. *ibid.* duplex; eiusque situs. *ibid.* c
- Stymphalides aues ἀνδροπύραροι. 63. d. ab Hercule sublata. *ibid.*
- Suidas emendatus. 249.c
- Sylla Delphicum templum spoliavit. 38.c
- Syme insula Carpathij maris. 273.b. eius incolæ. *ibid.* frumentis abundat. *ibid.*
- T.
- Talus cur æreus dictus. 219.d
- Tamasus Cypri vrbs metallifera. 288.a
- Tanagra Bœoticiæ vrbs. 97.e. cur Pæmandria olim dicta, & Græa. 98.b
- Taphij Acarnaniam incoluerunt. 22.a
- Taulantij populi. 5.d
- Taurus in nammis armentorum copiam designat. 39.c
- Taygeti montis ruina. 55.d
- Tegæa Arcadiæ vrbs. 61.c
- Telchines malefici. 275.a
- Teleboi Acarnaniam coluerunt. 22.a
- Tempe quis aperuerit. 106.a. eorum amœnitas. *ibid.*
- Templum Apollinis Aëtiaci à quo conditum. 23.e. eius situs. 24.a. ab Augusto auctum. *ibid.* d.
- Templum Iouis Dodonæi. 14.e. à quo conditum. *ibid.*
- Templum Mineruæ Panachaidos Patris. 45.b
- Templi Delphici structura varia. 37. b. curptera dictum. *ibid.* eius situs. *ibid.* c
- Tenedius tibicen. 243.d. homo. 244.a. securis. *ibid.*
- Tenedos Λακκάρους olim dicta. 242.d. eius conditor. 243.b
- Temenus Pelasgi filius. 63.b
- Tennes Cygni filius. 243.b. Tenedi conditor. *ibidem.*
- Tenus insula. 156.e. cur Hydrussa dicta. *ibid.*
- Terra Lemniæ. 240.c
- Thasum vinū duplex mirandæ naturæ. 238.a
- Thasus insula. 236.c. eius situs. *ibid.* à quo condita. *ibid.* Pariorum colonia. *ibid.*
- Θάσος ἀγαθῶν, prouerbium. 238.b
- Theagenes athleta m. cccc. coronas accepit. 237.c
- Θία Πάριον. 301.b
- Thebanum bellum. 65.c
- Thebæ Bœoticiæ primaria vrbs. 92.b. eius arx Caducæa. *ibid.* à quo condita & vnde nominata. *ibid.* eius situs. *ibid.* ἐπιτάφυλλον. 93.b
- eius reges. 94.c. varia fortuna. *ibid.*
- Thebæ phthioticiæ. 117.c. Philippopolis dicta. *ibid.*
- Θῆσιον bos Sytis. 92.d
- Theodori Gazæ laus & patria. 128.c
- Theodosius Thessalonicæ baptizatus. 128.b. eius crudelitas erga vrbs. *ibid.*
- Theophrastus Erefius. 248.c. Aristotelis successor. *ibid.*
- Therna Thraciæ vrbs. 155.d
- Thefei corpus Athenas delatū à Simone. 234.d
- Thefeus Træzeni natus. 53.d
- Thespiciæ Bœoticiæ vrbs ad Heliconem sita. 90.e
- Thesprotia Epiri regio. 14.b. vnde dicta. *ibid.*
- Thesprotij olim celebres. 14.c
- Thessaliæ montes celebres. 107.a. incolæ varij. *ibid.* b
- Thessaliæ varia olim nomina. 104.d. Pelasgicum Argos dicta. *ibid.* vnde nomen traxerit. *ibid.* Hæmonia appellata. 105. b. eius situs. *ibid.* in quatuor partes diuisa. *ibid.* olim lacus fuit. *ibid.*
- Thessali cur Centauri dicti. 107.b
- Thessali ex equis primi pugnarunt. 107.b. 114.d. Venefici. 107.b
- Thessalonica Macedoniæ vrbs. 127. d. eius situs. *ibid.* ἄρνα & Therme olim dicta. *ibid.* vnde nomen sortita variant auctores. *ibid.* Secunda Macedoniæ Metropolis. 128.a. Venetis tradita ab Andronico. 128.d
- Thestius olim dictus Achelous fluuius. 29.b
- Thetidis sanum Thebis Θετίδων dictū. 117.d
- Thoas quis fluuius. 29.b
- Thracæ peculiariter Martem, Liberum & Dianam colunt. 150.a. 155.a. Ther-

I N D E X.

Thermithopolis Cypri vrbs. 287. d. vnde dicta.	ibid.	Veneris Coliadis templum Amphlysti.	88. c
Thynni ex Thracia oriundi Bythyniam coluete.	319. c	Veneris Hortensis simulacrum.	284. b
Thyrium Acarnaniæ oppidum.	23. b	Veneris Paphiæ templum. 283. a. eadem cum Vrania. ibidem. eius simulacrum.	284. b.
Tibiarum cantus in bello.	58. d	Acrææ templum.	286. c
Timienus quis.	26. a	Veneris templum Ambraciæ. 18. a. Actij. 25. b	
Timoleon Corinthius.	73. c	Veneris templum Corinthi celebre.	75. d
Tissaphernes ab Agesilao victus.	29. c	Venus ἀραδουμένη Apellis in Insulâ Co.	270. c
Titanes in Eubæa regnarunt.	229. b	Venus cur Cypris dicta. 281. a. Amathuntia.	285. d
Trachin vnde dicta. 108. d. Lacedæmoniorum colonia. 109. a. eius situs.	ibid.	Venus Dyrhachij culta.	3. c
Trapezuntinum imperium quando dici ceptum.	302. c	Veru pro hasta.	159. e
Trapezus ad Pontum vxinum.	302. b	Victoria cur alata.	13. c
quando creuerit. ibid. à Turcis capta. ibid.	ibid.	Victoria Mineræ ἀραδουμένη.	181. c
Τρία κάρπια κένισα.	300. e	Victoria naualis Augusti.	24. b
Tribus Atticæ.	87. b. c	Vinum Corcyræum.	211. d
Tridens in nummis.	20. b	Vinum Creticum.	221. b
Triphonis nomisina apud Villalpandum quale.	178. b	Vinum Naxium.	264. b
Triphylica Pylus.	49. b	Virgilius explicatus. 78. a. 85. e. 102. e. 268. c	
Tripus Delphica qualis fuerit.	36. d	Virilis saltus Leucadis quid.	213. b
Triremes à Corinthiis inuentæ.	74. c	Virtus in Romanorum nummis quomodo expressa.	181. b
Træzen Pelopis filius.	53. a	Vmbilicus terræ Delphi. 36. a. & quare. ibid.	
Træzen duplex.	ibid.	Vraniæ templum in Cythera.	215. b
Træzenis Argiuorum situs. 53. a. Varia nomina. ibid. vnde dicta. ibid. c. Neptuno sacra.	ibid.	Vrbium effigies turratæ.	7. b
Trophæa à Pyrrho excitata.	14. a	Vulcaniæ Insulæ septem.	292. d
Trophonij antrum.	91. c	Vulcanus Iouis faber.	241. b.
Turci Rhodum expugnant.	277. b	W.	
Turimas tertius Macedonum rex.	163. b	Wolfangi Lazij error.	59. d.
Tydeus Oenei filius.	30. c	X.	
Tygres Baccho sacri.	144. e. 145. d	Xenophilus statuarius.	67. c
Tympanum in Bacchi sacris.	145. c	Xenophon nobilis medicus.	271. d
Tyrannion Grammaticus Amisenus.	310. b	Xerxes victus.	82. b.
Tyrtæus Poëta.	51. c	Z.	
V.		Zeno Cittieus nobilis Philosophus.	200. e
Vaccæ proceræ in Epiro.	10. a	Zephyrium promontorium. 314. a. varia eius nomina.	ibid.
Valerius Flaccus explicatur.	298. b	Zethi & Calais sepulchrum.	257. 2
Vellei Paterculi lapsus.	72. c. 295. d	Zipætes Thrax Bithyniam occupat.	321. d
Veneris Corinthiæ templum.	72. a	Zosteria Minerua vnde dicta, & vbi culta.	104. b.

F I N I S.





sunt iusti quibus mala p.
 9.a.1 sunt iusti atque sapientes
 b.5 sciunt se esse mortuos
 10.a.5 est malum quod vidi sub
 11.d.10 adolef.en.&volu.vana sūt
 Cant. 7.b.4 quæ sunt in porta sūt m.
 Sapient. 2.a.2 post hoc erimus tāq̄ nō f.
 c.16 tanq̄ nūgaces æstim. sum⁹
 11.a.9 ostend. per sitimq. tūc fuit
 15.a.2 etc. si peccauerim⁹, t. sum⁹
 18.a.1 sanctis aut t. maxi. erat lux
 6 animæ quiores essent
 Eccli 4.c.25 est enim cōfusio adducēs
 5.d.20 super furem en. est cōfusio
 6.a.8 est enim amic⁹ secundū t.
 c.11 decor en. vitæ est in illo
 d.37 mādatis, &c. assiduus esto
 7.a.8 nec e. in vno eris immun.
 9.c.14 nouus en. non erit similis
 10.a.9 auaro a. nihil est scelestus
 11.b.11 est homo laborans, & fest.
 d.31 multæ enim sunt in sidia
 12.a.3 non est enim ei bene, qui
 20.a.5 est autem tacens, & nō ha.
 21.b.15 est autem insipientia quæ
 41.a.5 memen. quæ æte te fuerūt
 c.18 melior est homo qui abs. c.
 20 non enim est bonum
 d.29 eris verē sine confusione
 42.a.6 neque bonum est signum
 7 vbi manus multæ sunt
 b.8 viri eruditus in omnibus
 c.14 melior est enim iniquitas
 15 memor erigitur operū
 d.21 qui est ante seculum
 23 scintilla quæ est confide.
 43.d.29 sermo ipse est in omnib⁹
 33 maior est enim ōni laude
 44.b.9 sunt quorū non est mem.
 quasi qui non fuerunt
 10 viri misericordia sunt
 c.20 fuit in testamento cū illo
 45.a.1 memoria in benedicti. est
 b.1 ante ipsum non fuerit ta.
 c.22 qui erant cum Dathan
 d.27 pars non est illi in gente
 ipse est enim pars eius
 28 tertius in gloria est
 30 sit illi & femini eius
 46.b.8 pugnare non est facile
 c.14 vt sit memoria illorum
 47.c.19 est cognomen, Deus Isra.
 48.b.12 non erat tale nomen
 50.a.8 quæ sunt in transitu aquæ
 d.26 esse Dei misericordiam
 27 tertia autem non est gens
 30 sapiens erit semper
 31 vestigium eius est
 51.b.9 appropinquans erat in in.
 b.10 non erat qui adiualet
 11 coop. tua. quæ à secu. sunt
 d.34 est enim inuenire eam
 Esa. 1.b.6 non est in eo fanitas
 c.9 quasi Sodoma fuisse
 & quasi Go. simile esset
 11 dicit Dominus, P. lenu sū
 d.13 incens. abominatio est m.
 iniqui sunt cæterus vestri
 16 lauamini, mundi estote
 g.30 quom fuerit velut quer.
 31 succend. &c. & non erit q.
 4.a.3 & erit, omnis qui relictus
 6 tabernaculum erit vmbra.
 5.b.5 & erit in direptionem
 erit in conculcationem
 7 vinea, &c. domus Isra. est
 7.b.7 non stabit, non erit istud
 e.18.d.21 & erit in die illa, sibilabit
 8.b.8 erit extensio alarum eius
 c.14 erit vobis in sanctificatio.
 d.20 non erit eis matutina lux
 10.g.32 adhuc dies est, vt in Nobe
 11.c.11 erit in die illa, adiciet D.
 14.f.24 si non, vt putauit, ita erit
 16.a.2 & erit, sicut auis fugiens
 d.12 & erit, quum apparuerit
 19.b.7 arefctet, & non erit
 22.c.20 erit in die illa, vocabo
 24.c.18 & erit, qui fugerit à facie
 d.21 & erit, in die illa visitabit
 25.a.1 Dominus, Deus meus es tu
 27.d.12.13 & erit, in die illa percuti.
 28.b.5 erit Dominus exer. coro.
 c.18 eritis ei in conculcationē
 10.f.26 & erunt super om. mont.
 tu.

38.a.3 quod bonum est in oculis
 b.7 hoc autem tibi erit signū
 d.22 di. Ezechias, Quod erit si.
 39.b.2 non fuit verbum, quod nō
 c.4 quæ in domo m. sunt, vid.
 non fuit res, qu. non ostend.
 6 auf. o. quæ in domo t. sunt
 d.7 & erit eunuchus in palatio
 40.a.4 & erunt praua in directā
 c.13 quis consiliarius eius fuit
 d.17 om. gentes, quasi non sint
 sic sunt coram eo
 e.22 habi. eius sunt quasi locu.
 f.23 scrutatores quasi non sint
 g.29 his qui non sunt for. & ro.
 41.b.4 prius & nouiss. ego sum
 c.9 seruus me⁹ es tu, elegi te, &
 c.10 ne ti. quia ego tecum sum
 42.12 erunt quasi non sint
 f.23 sciemus quia dii estis vos
 24 abominatio est, qui elegit
 g.26 non est neque annuntias
 28 non erat neque ex istis q̄.
 42.a.4 non erit trinitas, neque tur.
 5 dās flatū po. qui est sup eā
 b.8 ego Do. hoc est nomē m.
 9 quæ prima fuerūt, ecce ve.
 43.a.1 vocauit te, &c. meus es tu
 b.10 intellig. quia ego ipse sum
 11 ego sum, ego sum Domi.
 & non est absq̄ me salu.
 13 non est qui de manu m. er.
 d.25 ego sum ipse, qui deleo in.
 44.a.5 iste dicit, Domi. ego sum
 6 absq̄ me non est Deus
 b.8 vos estis testes mei
 nōquid est Deus absq̄ me
 9 phidoli omnes nihil sunt
 ipsi sunt testes eorum
 11 fabri enim sūt ex homini.
 c.17 libera me, q. Deus mes es tu
 20 fortē mendaciū est in de.
 21 seruus meus es tu, Israel
 d.24 ego sum Do. facies omnia
 28 qui dico Cy. Pastor me⁹ es
 45.a.5.6 ego Dom. & non est alius
 a.5 extra me non est Deus
 6 quoniam absq̄ me nō est
 c.14 & non est absq̄ te Deus
 tui erunt, post te ambulā.
 15 verē tu es Deus abscondi.
 18 ego Dom. & non est alius
 d.21 De⁹, &c. nō est præter me
 non est vltra Deus absq̄ te
 22 ego Deus, & non est alius
 24 dicit, Mea sunt iustitiæ &
 quoniam ego sum Deus
 & non est vltra Deus
 nec est similis mei
 12 qui longē estis à iustitia
 47.b.8 ego sum, & non est præter
 c.10 non est qui videat me
 ego sum, & præ. me nō est
 non sunt prunæ, quib. cal.
 d.14 non est qui saluet te
 15 non est qui saluet te
 48.a.4 sciu enim quia durus es tu
 d.19 & fuisse quasi arena femē
 22 non est pax impiis, di. D.
 49.a.3 seruus meus es tu, Israel
 50.a.2 & erant reges nutriti tui
 50.a.2 voc. & non erat qui audiret
 aut non est in me virtus ad
 d.10 & non est lumen ei⁹
 51.c.8 sal⁹ a. mea in sempitern. erit
 c.15 ego autē sum Do. Deus t.
 f.18 non est qui apprehendat
 non est qui subentet eam
 51.b.5 quid mihi est hie, dicit D.
 53.a.2 vidimus eō, & nō erat asp.
 c.9 neq. dolor fuerit in ore e.
 54.d.9 sicut in die. N. istud m. est
 f.15 qui non erat mecum
 55.d.13 & erit Dominus nomina.
 56.b.6 diligant, &c. vt sint ei in f.
 d.12 & erit sicut hodie & cras
 57.a.1 non est qui recogitet in c.
 quia nō est qui intelligat
 b.6 hæc est fors tua
 58.c.10 tenebræ t. erunt sicut mei
 59.a.4 neque est qui iudicet verē
 b.11 expe. iudicium, & non est
 63.c.14 Spiritus Do. ductor e. fuit
 64.b.5 in ipsis fuimus semper, &
 c.8 Pater noster es tu, nos ve.
 65.a.5 isti fumus erunt in furore
 66.g.24 erunt vsque ad satietatem
 Ierc. 1.a.1 de sacer. qui fuerunt in A.
 b.6.7 nescio loqui, q. puer ego sū
 b.8 tecum ego sum, vt erua te
 d.19 ego tecum sum, ait Dom.
 2.c.15 non est qui habitat in eis
 f.28 erant dii tui Iuda
 g.35 abs. pec. & innocēs ego sū

3.a.3 ferotinus imber non fuit
 b.4 dux virginitatis m. tu es
 d.12 sanctus ego sum, dicit Do.
 g.22 tu enim es Do. Deus iust.
 23 verē mēdaces erant colles
 4.a.4 non sit qui extinguat, pp.
 c.9 erit in die illa, dicit Dom.
 10 dicens, Pax erit vobis
 11 in vis, quæ sunt in deser.
 e.22 sapientes sunt, vt faciant
 23 cæl. & non erat lux in eis
 ecce vacua erat, & nihili
 f.25 intuit⁹ sum, & nō erat ho.
 5.b.6 multa sunt prauaricatio.
 7 in. in his qui non sunt dii
 c.10 qui non sunt Domini
 12 & dixerunt, Non est ipse
 13 responsum non fuit in eis
 prophetæ fuerunt inventū
 6.a.3 qui sub manu sua sunt
 d.14 pax pax: & non erat pax
 16 quæ sit via bona, & ambu.
 7.a.4 templum Domini est
 b.11 ego ego sum, ego vidi, dic.
 c.23 ero vobis De⁹, & vos eritis
 vt bene sit vobis
 f.28 hæc est gens quæ non au.
 g.31 quæ est in valle filii Ennō
 32 eo quod non sit locus
 33 erit morticinium populū
 & non erit qui abigerit
 34 in desolatione en. erit ter.
 8.a.2 super faciem terræ erunt
 3 o. qui residui fuerint de c.
 c.8 sapientes nos fumus, &
 Lex Domini nobiscū est
 d.11 pax, quum non esset pax
 c.13 non est vna in vitibus
 non sunt ficus in ficulnea
 15 expe. pacē, & nō erat bonū
 f.17 quibus nō est incantatio
 g.19 nūquid Do. non est in Siō
 22 nūq. refina non est in Ga.
 9.c.10 eo q. non sit vir pertans.
 11 eo quod non sit habitator
 d.12 eo quod non sit qui p̄rās.
 f.22 & non est qui colligat
 10.a.6 non est similis tui, Domi.
 magnus es tu, & mag. no.
 b.8 doctrina va. eorū lignū est
 c.14 non est spiritus in eis
 16 non est his similis pars I.
 19 hæc in f. m. est, & portabo
 d.20 non est qui extendat vltra
 23 quia non est homi. vias ei⁹
 11.a.4 eritis m. in po. & ego erov.
 5 & melle, sicut est dies hæc
 b.13 secundū, &c. erant dii tui
 c.15 quid est q. dilectus m. in d.
 d.23 reliquæ non erunt ex eis
 12.a.1 iustus quidem tu es Dom.
 2 prop̄ es tu ori eorum, &
 b.5 quum a. in terra pa. fueris
 c.11 nullus est qui recogitet ea
 12 non est pax vniuersæ car.
 d.16 & erit, si eruditi didicerint
 13.a.4 q. possed. q. est circa lūbos
 b.10 erunt sicut lumbarē istud
 11 vt mihi essent in populum
 c.19 non est qui aperiat
 14.a.5.6 & reliquit, quia nō erat her.
 b.9 tu autem in nobis es, Do.
 13 fames non erit in vobis
 15 fames & gla. nō erit in ter.
 16 non erit qui sepeliat eos
 d.19 ita vt nulla sit fanitas
 expe. pacē, & nō est bonū
 22 sunt in sculpitilib⁹ Gētium
 nōne tu es Dominus De⁹
 15.a.1 non est anima mea ad pop.
 b.9 oc. ei sol. q. adhuc esset dies
 d.19 quasi os meum eris
 20 ego tecū sum, vt saluem te
 16.a.2 non erunt tibi filii, & filiz
 4 super faciem terræ erunt
 erit cadauer e. in escā vola.
 d.20 deos, & ipsi non sunt dii
 17.a.6 erit enim quasi myrica in
 7 erit Dominus fiducia eius
 b.8 erit quasi lignū quod trāsp.
 11 in nouissimo suo erit insip.
 14 quoniam laus mea tu es
 15 vbi est verbum Domini
 c.16 rectū in conspectu tuo fuit
 17 non sis tu mihi formidini
 d.24 & erit, si audieris me, dic.
 19.a.2 quæ est iuxta introitū po.
 c.11 quod nō sit alius locus ad
 d.13 erunt domus Ierusalē, & d.
 20.a.2 quod erat in porta Ben. ia.
 b.7 fortior me fuisti, & inualu.
 e.10 ab omnibus viris q. erāt paci.

d.16 sit homo ille, vt sit ciuita.
 21.a.4 quæ in manibus vestris sūt
 c.9 erit ei anima, quasi spoliū
 d.12 succedatur, & nō sit qui ex.
 22.b.5 in solitu dicit dom⁹ hæc
 d.15 quem benecrat ei⁹
 f.24 si fuerit Iechonias filius I.
 g.30 nec enim erit de femine e.
 23.a.5 regnabit rex, & sapiens erit
 b.6 hoc est nomē quod vocab.
 c.12 via eorū erit, quasi lubricū
 d.17 pax erit vobis & omni qui
 c.23 è vicino ego sū, dicit Do.
 26 vsquequo istud est in corde
 f.29 nūq. nō verba mea sūt quasi
 33 quod est onus Domini dicit.
 g.36 quia onus erit vniuique f.
 24.a.2 vt solēt ficus esse primi tē.
 sic⁹, &c. eo quod esset malæ
 b.3.c.8 comedi nō p. eo q. sint ma.
 c.7 vt sciat me, quia ego sū D.
 & ego ero eis in Deum
 25.a.1 ipse est annus primus Na.
 b.9 quæ in circuiu illius sunt
 c.11 erit vniuersa terra hæc in f.
 14 quod essent gentes multæ
 c.22 insularū, qui sūt trās mare
 f.25 ad o. populū qui est in Ieru.
 c.16 quæ super faciem eius sunt
 f.29 quasi inn. & immun. eritis
 26.c.9 sicut Silo erit domus hæc
 eo quod non sit habitator
 d.14 ecce in manibus vestris sū
 c.16 nō est viro huic iudiciū m.
 18 fuit Propheta in diebus Es.
 Ierusalē in aceru lapidū erit
 f.20 fuit quoque vir prophetans
 g.24 manus Abicā vi. Sap. fuit cū
 27.a.5 quæ sunt super faciem terræ
 d.18 prophetæ sūt, & est verbum
 22 ibi erunt vsque ad diē visi.
 28.b.8 Prophetæ qui fuerunt ante
 29.a.1 hæc sit verba libri, quæ m.
 b.6 nolite esse pauci numero
 7 in pace illius erit pax vobis
 8 proph. vest. qui sūt in med.
 d.17 nō poss. eo q. pessimi sūt
 c.22 quæ est in Babylone, dicit.
 f.23 ego sū iudex & testis, dicit
 26 vt sis dux in domo Domi.
 g.12 non erit ei vir se dēs in in.
 30.a.5 formido, & non est pax
 7 tēpūq. tribulationis est Ia.
 b.8 erit in die illa, ait Domin⁹
 10 non erit quem formidet
 11 tecū ego sum, ait Domin⁹
 13 non est qui iudicet iudiciū
 vtilitas non est tibi
 c.17 Sion hæc est, quæ nō habe.
 d.20 erunt filii eius sicut, vt prin.
 21 quis enim iste est, qui appl.
 erit dux eius ex eo, & prin.
 22 ego ero vobis in Deum
 eritis mihi in populum
 31.a.1 ero Deus vniuersis cogna.
 ipsi erunt mihi in populū
 6 erit dies in qua clamabunt
 b.8 inter quos erunt cæcus &
 10 in insulis quæ procul sunt
 12 eritq. anima eorū quasi ho.
 c.15 nol. cō. super eis, quis nō sū
 16 quia est merces operi tui
 17 est spes nouissimus tuis, ait
 31.c.30 erant enim filii Israel
 f.35 quæ sunt in valle filii En.
 & ego ero eis in Deum
 & erant mihi in populum
 39 & bene sit eis & filiis eorū
 13, & in ciui. quæ ad Au. sūt
 33.b.9 & erit mihi in nomē & in
 eo quod non sit homo
 12 adhuc erit in loco isto def.
 c.16 & hoc est nomē quod voc.
 21 vt non sit dies & nox in tē.
 d.20 co quod non sit vltra gens
 34.a.5 regū priorū qui fuerūt ante
 b.9 id est in Iuda & fratre f.
 c.16 quos dimis. vt essent liberi
 vt sint vobis serui & ancil.
 d.20 & erit morticini eorū in ea
 35.a.4 quod erat iuxta Gephyrl.
 36.d.19 & nemo sciat vbi sitis
 c.23 igni qui erat in arula
 in ignē qui erat fup. arulā
 f.28 qui erant in primo volum.
 g.30 non erit ex eo qui sedeat
 37.c.12 multo plu. quā antea fuerāt
 14 erat ibi custos portæ per v.
 d.16 ipse en. præposit⁹ erat sup
 putāne est sermo à Dom.
 & dixit Ieremias, Est
 O.iii.

SPECIAL
 Folio
 98-B
 428
 1.3

